TRACTATVS
DE EFFECTIBVS CLERICATVS,

IN QVO PRAETER ECCLESIASTICAM IVRISDICTIONEM, & Clericorum priuilegia, omnes ferè casus, ad materiam pertinentes, eruditisʃimè declarantur, & reʃoluuntur.

AVTHORE

DOMINO DON CAROLO DE GRASSIS, SICVLO, PANORMITANO, V. I. D. CELEBERRIMO.

OPVS QVIDEM OMNIBVS IN VTROQVE FORO VERSANTIBVS admodum vtile, & neceʃʃarium.

Cum Summarijs, ac Indice locupletiʃʃimo.

ACCESSERVNT PRÆTEREA ADDITIONES AD TRACT. DE EFFECTIBVS Clericatus, & in fine operis eiusdem Authoris ʃingularis tractatus de Amicitia.

Nunc primùm in lucem editus.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET FOELICISSIMVM SÆNATVM PANORMITANVM.

SVPERIORVM PERMISSV.



PANORMI, Apud Io. Baptiʃtam Maringum Impreʃʃorem Cameralem. M.DC.XXII.

ILLVSTRISSIMO,

AC FAELICISSIMO

SENATVI PANORMITANO.

QVOD olim D. Carolus de Grassis V. I. D. frater meus proposuerat, id ego iam absoluo, optimumq; carissimi fratris consilium ne cadat irritum, efficio. Librum ille de Effectibus Clericatus ab se accuratè compositum, elaboratumque Panormitano Senatui Fęlicissimo (qui & labori pręmium benignè promisit) dicare statuerat. At mors abrupit consilium, fratrem sustulit, filumque honestarum, quas animo moliebatur, actionum acerba præcidit. Fraternum igitur opus, quasi posthumum fœtum, ego (quando adhuc vitam concedit optimus Deus) pro fratre dicatum tibi, Fęlisime Sęnatus, volo; opus enimuerò cùm fratris meique in te amoris, atque obseruantiæ pignus; tum verò sacrum, ac mea quidem sententia perutile: in quo non vna videas ex vtroque iure (cuius erat ille peritissimus) petita argumenta, vel ad erudiendum, vel ad commune bonum, quàm maximè valentia. Hoc vos, Patres optimi, si qua soletis humanitate acceperitis, cum gratum mihi feceritis, fratrisque manibus; tum verò Panormitanis omnibus animos (quod vestra cum primis interest) addideritis ad meliora semper, ac longè illustriora facinora aggredienda. Itaque fiet, vt dum Vrbis tantæ magnitudo qua peramplis ædificijs, qua ciuium nobilitate, ac multitudine crescit in singulos pene dies; in studijs, bonisque artibus (vnde venit in vrbes, ac regna verum decus, & ornamentum) minime decrescat.

Petrus de Grassis.

SIMEONIS LISINICHII SICVLI AMISTRETTINI carmina in Authoris laudem.

Quid tibi legiferum celebrare, Camæna, Lycurgum?
Trigrandemque Senem? Cecropiumque virum?
Incipe Cyrrhæis cantare sororibus, Echo
Assonet; antra sono concaua mundus erit.
Præpetibus rapidè plumis Titanis, Humique
Orbem circumadeas; filia, ab orbe polos.
Carolus hic ille est, quid maius iure Solone;
Cuius fama Indos, vel Garamantas adit.
Et veluti superat rutilantia sydera Phœbus;
Sic superas alios, Carole, iure viros.
Hoc testatur opus, gemmis quod fulget honestis;
Cæleste ingenium dicitur esse tuum.

ALIVD.

Serta tuas Petrus dedit atque insignia Cæsar,
Quorum tu sacris legibus alta paras,
Carole serta; manus Clarij, quæ legerat ante,
Serta diu meritis Grasse dicata tuis.

IN AVCTORIS LAVDEM.

Caussarum sapiens effectibus abdita pandit
Crassus facundo Carolus ore refert.
Plenius hic quidquid reliqui dixere priores
Edocet; ac fusum nectare tradit opus.
Cedat iure Solon, iactet ne græca Lygurgum
Sparte; hic ex fumo lumina clara dedit.

ELENCHVS OMNIVM EFFECTVVM, QVI IN IPSO TRACTATV ex ordine continentur.

Cle-

DON CAROLI DE GRASSIS PANORMITANI IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI.

TRACTATVS DE EFFECTIBVS CLERICATVS.

SVMMARIVM PRAELVDII.

1 Clericatus fuit constitutus de iure diuino.
2 Clerici dicuntur quodammodo tenere locum Apostolorum.
3 Clerici vnde sic appellentur.
4 Clerici sunt qui sorte Dei ministerio seruiunt.
5 Clerici dicuntur translati ad famulatum domini, & segregati à cœtu laicorum.
6 Clerici quid iurare habeant ex eorum officio, & quibus debent esse intenti.
7 Clerici debent sacramenta populis ministrare, eosq; pascere.
8 Clerici dicuntur res sacræ.
9 Clerici in actibus suis vndique elucescere debent.
10 Turpitudinibus suspicio à clericis abesse debet.
11 Clerici debent esse sicut candelæ super Candelabro.
12 Clerici debent esse perfectiores, & sanctiores laicis.
13 Clerici debent laicos moribus præcellere, & scandala quantum possunt fugere.
14 Clerici dicuntur magis peccare quàm Laici, ideo grauius puniuntur.
15 Clericatus est qualitas aggrauans peccatum.
16 Dignitas Sacerdotalis quantum est excelsior, tanta maior erit ruina si peccauerit.
17 Clericus in sacris in eodem genere peccati magis peccat, quàm constitutus in minoribus.
18 Peccare grauius dicitur qui maiori præfulget dignitate, ideo grauius est puniendus, & n. 22.
19 Fornicatio est grauior in cōstituto in dignitate quàm in Clerico simplici.
20 Delictum fit grauius & turpius ex qualitate, & dignitate delinquentis.
21 Maior in honore debet esse maior in sanctitate.
23 Clerici cur magis peccent quàm laici.
24 Clerici sunt efficatius obligati ad diuinum amorem.
25 Clerici debent oīno esse casti, & cōtinentes, & mūdi.
26 Cautus Clericorum luxuriātium, Deo plus displicet, quàm placet.
27 Dicens quòd simplex fornicatio non est peccatū mortale habetur pro hæretico.
28 Luxuria quantum sit detestabilis in Clericis.
29 Clericus habens rem veneream cum soluta quod genus peccati cōmittat, & n. 30. 31. 32. 34. 35. 36
33 Clericus quando ordinatur coniungitur Ecclesię sicut sponsus sponsæ.
37 Episcopus habens rem veneream cum soluta dicitur committere adulterium.
38 Monaci fornicantes committunt incestum.
39 Monaci & cæteri regulares expressè profitentur castitatem.
40 Clerici in sacris fornicando committunt incestum.
41 Clerici cum promouentur ad ordines sacros tacitè castitatem promittere censentur.
42 Concubina Clericorum dicitur fornicaria.
43 Coitus clerici beneficiati dicitur coitus damnatus.
44 Filij nati ex prælatis, ex regularibus, ex Clericis in sacris cōstitutis, & ex Clericis beneficiatis dicuntur nati ex damnato coitu, & sunt incestuosi.
45 Filius natus ex Clerico beneficiato, & ex soluta potest legitimari per subsequens matrimonium, & in eo habet locum dispositio loquens de filijs natis ex legitimo matrimonio.
46 Clericis omnis coitus est interdictus.
47 Pœna Clerici fornicarij, quæ nam sit, & quid si esset notorius, & scandalosus, nu. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, num. 54. & quid in foro exteriori, n. 55. & 56. & quid si fuit monitus, n. 37.
48 Clerici fornicantes in quam pœnam incurrant, & quid si essent notorij, & scandalosi, n. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, nu. 54. & quid in foro exteriore, num. 55. & 56. & quid si fuit monitus, n. 57. 59. 60. 61. 62.

Igno-

118 *Ignorantia iuris iudicem non excusat, & talis ignorantia æquiparatur culpæ.*

119 *Ignorantia computatur in numero detestabilium in ijs, qui alijs præsunt.*

120 *Iudex malè iudicans per ignorantiam punitur arbitrio iudicis.*

121 *Iudex, qui per imperitiam cõdemnauit aliquem ad mortem, debet ipse decapitari.*

122 *Artifex, qui per imperitiam errauit in eo, ad quod est conductus, tenetur omne damnum emẽdare.*

123 *Medicus, qui per imperitiam occidit ægrotum, tenetur de occiso, & punitur pœna vltimi supplitij, si vero non occidit, sed aliud damnum intulit, tenetur ad interesse.*

124 *Ignorantia quando sit peccatum in laicis, & quãdo eos excuset.*

125 *Iulianus Apostata statuit ut Christiani non possent studere neq; scientijs incumbere.*

126 *Bulla Martini 5. memoratur.*

127 *Clerici laicos scientia præcellere habent.*

128 *Doctor vbi promouetur ad aliquam dignitatem, uel officium, aut beneficium tunc non debet examinari, quod lim. ut n. 129.*

129 *Auaritia offendit clericalem dignitatem, ideo eam fugere habent, & nu. 132. & eius suspitionem, num. 133*

130 *Auaritia appellatur idolorum seruitus.*

131 *Auaritia est radix cunctorum malorum.*

134 *Sacerdotes non debent diuitijs incumbere.*

135 *Pluralitas beneficiorum quàm detestabilis propter præsumptam auaritiam.*

136 *Dispẽsatus ad plura beneficia sine causa non est tutus quo ad Deum.*

137 *Pluralitas beneficiorum, quæ mala pariat.*

138 *Auaritia ut plurimum est causa simoniæ.*

139 *Auaritia aliquando est causa hæresis.*

140 *Clerici debent esse sobrij, & multa de sobrietate.*

141 *Clerici se inebriando peccant mortaliter.*

142 *Ebrius assiduè peccat mortaliter.*

143 *Bibere sine mensura, quando quis dicatur.*

144 *Pœna Clerici ebrij, quænam sit, & ad hoc ut puniatur debet moneri, & n. 149*

145 *Clerici non debẽt in tabernis comedere, ampl. vt nec ualeat contraria consuetudo, ut n. 146*

147 *Consuetudo contra bonos mores potius est corruptela, & sic inualida.*

148 *Consuetudo contra ius canonicum est inualida.*

150 *Clerici debent fugere publica conuiuia.*

151 *Clerici non debẽt inuigilare nimis in cura edendi.*

152 *Luxuriæ nutrimẽtũ est nimis cibi, & potus perceptio*

153 *Ciborum nimia cogitatio animarum perturbat.*

154 *Clerici debent parsimoniam seruare.*

155 *Vestes Clericorum debent esse honestæ, & quales, & nu. 157.*

156 *Clerici non debent uti uestibus sericis, neq; incisis, seu frappatis, neq; uarij coloris, & quid si adesset consuetudo, nu. 158*

159 *Clerici nobiles debent uestibus pretiosioribus indui.*

160 *Clerici non debẽt uti uestibus nimis uilibus, & abiectis, aut serio exterminatis.*

161 *Vitia plerumq; se esse uirtutes mentiuntur.*

162 *Clerici debẽt esse misericordes, & charitatiui, & sunt magis obligati exercere actus charitatis, quàm laici.*

163 *Clerici tenẽtur disponere eius bona in usus pios, & esse contenti uictu, & uestitu.*

164 *Clerici debẽt pauperibus erogare id, quod eis superest ultra uictum, & uestitum.*

165 *Beneficiati in quos usus debent conuertere id, quod eis superest.*

166 *Beneficiatus potest uiuere de fructibus beneficij, & reseruare, & cumulare bona patrimonialia.*

167 *Beneficiatus non reparans Ecclesiam ruinam minantem peccat mortaliter.*

168 *Clerici debẽt esse reales, & ueridici, & in suis actibus nullam adhibere fraudem.*

169 *Contrahentes licet ad inuicem se decipere infra dimidium iusti pretij.*

170 *Clericis non est permissum secum contrahentes decipere etiam infra dimidium iusti pretij.*

171 *Clerici plus quàm laici tenentur seruare æquitatem.*

172 *Christiano uiro non licet proximum suum circumuenire, & decipere.*

173 *Ecclesia non debet pati aliquid fieri contra iustitiam*

174 *Contrahens decipiens suum contrahentem etiam infra dimidium in foro conscientiæ tenetur ad restitutionem iusti pretij.*

175 *Clerici non debẽt se inmixere rebus secularibus.*

176 *Clerici debent esse honesti, & quomodo se gerere habent, nu. seq.*

177 *Clerici nihil agere habẽt, quòd offendat laicorum aspectum.*

178 *Clerici non solum debẽt se abstinere ab ijs, quæ secundum se sunt mala, sed etiam ab ijs, quæ habent speciem mali.*

179 *Clerici prohibentur interesse spectaculis, & ludis hastilibus.*

180 *Clerici non debẽt esse loquaces, & uerbosi, & cur. num. seq.*

181 *Loquacitas quos malos effectus pariat, & multa de loquacitate.*

182 *Nugæ in ore sacerdotum sunt peccata, & sacrilegiũ*

183 *Clerici quales esse debent ad hoc, ut uerè clerici dicantur, & reprehendi non possint.*

184 *Clericatus in dubio non præsumitur fallit, ut n. 190. 191. 192*

185 *Doctor quis in dubio non præsumitur, & qui se fundat in doctoratu debet hoc probare.*

186 *Notarius in dubio non præsumitur.*

187 *Miles quis in dubio non præsumitur.*

188 *Nobilis quis nunquam præsumitur.*

189 *Qualitatem quis probare debet, qui dicit se qualificatum.*

193 *Laicus quilibet in dubio præsumitur.*

194 *Excipiens quòd aliquis non est Clericus nihil probare habet, ut n. 196*

monasterium, in quo monacantur.

373 *Populi appellatione quando veniant clerici etiam:*

374 *Vniuersitatis appellatione quando veniant Clerici.*

375 *Vassallorum appellatione, quando veniant Clerici.*

375 *Clerici quando veniant appellatione vassallorum.*

376 *Beneficium Ecclesiasticum habens præstat fidelitatem nouo regi.*

377 *Prouincialium appellatione quando contineantur Clerici, & an priuilegium concessum hominibus alicuius loci competat etiam clericis.*

378 *Hominum appellatione quando comprehendantur Clerici.*

379 *Clerici connumerantur in appellatione ciuium, populi, districtualium, & similium in his, quæ possunt Clericis competere, secus in his, quæ eis sunt interdicta.*

380 *Dispositio qualibet reducitur ad terminos habiles.*

381 *Priuilegia concessa ciuibus, & similibus, competunt etiam Clericis.*

382 *Clericatus est dignitas.*

383 *Clerici dicuntur maiores laicis, & illis præferri debent.*

384 *Clericis debetur honor, & reuerentia.*

385 *Clerici sunt superiores regibus, & principibus secularibus.*

Dignitas Clericalis est maior imperatoria.

386 *Iurisditio Ecclesiastica, & spiritualis est maior temporali.*

387 *Iudex Ecclesiasticus est maior seculari, & cur.*

388 *Iudex Ecclesiasticus potest supplere negligentiam iudicis laici.*

389 *Episcopi possunt, & debent corrigere Principes si viderint eos peccantes.*

390 *Presbyter, nomen, quid significet, & quantum sint honorandi.*

391 *Clerici sæculares sunt magis honorandi quam regulares.*

392 *Clerici sæculares sunt digniores monachis, ac cæteris regularibus.*

393 *Vita monachorum, & regularium est perfectior vita Clericorum sæcularium.*

394 *Clerici sæculares etiam sine licentia Episcopi possunt ingredi religionem regularium, intellige, vt nume. 395.*

396 *Clerici in minoribus, & nouitij possunt ad libitum à religione discedere, secus est in constitutis in sacris, vel professis alicuius religionis.*

397 *Clerici quando dicantur clericaliter viuere.*

398 *Clericus in minoribus expressis verbis renuncians clericatui, dicens quòd nolit esse clericus, non debet vlterius ad Clericatum admitti.*

399 *Vouens se non clericari fit irregularis, licèt votum sit inualidum.*

399 *Iurans nolle fieri Clericus, vel monachus, fit irregularis, licet iuramentum non teneat.*

400 *Audiendus nemo est contra id, quod viua voce approbauit.*

401 *Iuri renuntiato non datur amplius regressus.*

402 *Vita spiritualis, & contemplatiua est melior, quàm vita actiua.*

403 *Legatum factum cum conditione, quòd legatarius non ingrediatur monasterium tenet, licèt conditio reijciatur, tanquam turpis, quòd intelligas, vt ibi.*

403 *Conditio posita in legato, quòd legatarius non possit fieri religiosus reijcitur a legato, quod intelligas, vt ibi.*

404 *Legatum de mille si nupserit, & de quingentis si legatarius monasterium ingrederetur si factum sit, debeatur tota mille, etiam si legatarius fieret religiosus, ampl. vt nu. 405.*

406 *Legatum alimentorum si esset præstandum certo loco, si alimentandus nolit in eo loco stare alimenta non debentur.*

407 *Legatarius alimentorum si vult fieri religiosus consequitur legatum, etiam si nolit stare in loco, vbi testator iubsit, quòd alimenta præstentur.*

408 *Tutor si se excusat à tutela ammittit legatum.*

409 *Tutor, qui vult fieri clericus, & propterea excusatur à tutela, non emmittit legatum.*

410 *Monasterium an, & quando excludat substitutum.*

411 *Monasterium durante vita monachi habebit usufructum bonorum fideicommisso subiectorum, quod procedit quando monasterium esset capax.*

412 *Monasterium an, & quando habeatur loco filiorum.*

413 *Filius non potest excludi ex eo, quia fecit se Clericum contra voluntatem patris.*

414 *Compulsentes siue impedientes ne quis monachetur, & fiat religiosus sunt excommunicati.*

415 *Dominus potest repetere agricolas ascriptitios, qui sine eius licentia abierunt, quod lim. ut nu. 416.*

417 *Clericatus liberat seruum à seruitute.*

418 *Clericatus liberat libertum ab operibus libertorum.*

419 *Priuilegia concessa clericis debent latissimè interpretari.*

420 *Priuilegia concessa clerici, tanquam concessa non subditis transeunt in contractus.*

421 *Donatio facta per patrem filio ad hoc ut efficiatur sacerdos non computatur in legitima.*

422 *Clerici ac cæteri religiosi comprehenduntur in numero miserabilium personarum.*

423 *Ecclesia comprehenditur in numero miserabilium personarum.*

424 *Clerici sunt de numero pauperum.*

425 *Clerici tàm boni, quàm mali semper sunt honorandi*

426 *Ordini toto Clericali non est detrahendum ex eo, quia aliqui sunt mali.*

427 *Clerici orientales siue græci non sunt subiecti dispositioni iuris Pontificij.*

428 *Clerici orientales quibus priuilegijs fruantur remissiuè.*

429 *Dicens se clericum cum talis non sit qua pœna puniatur.*

Vesti-

430 *Vestibus clericalibus, vel monachalibus vtens cùm talis non sit qua pœna puniatur.*

431 *Celebrans, vel audiens confessionem vti sacerdos cùm talis non sit quomodo sit puniendus.*

432 *Laicus impetrans beneficium, tanquam clericus caret impetrato.*

PRÆLVDIVM.

MEMOR cum semper fuerim præcepti Plinij secundi, qui ad Caniniũ Rufum scribens ipsum hortatur, vt aliquid effingat, & excudat, quod sit perpetuò suum, quia (inquit) reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium dominiũ sortientur. Hoc nunquam desinit, si semel cœperit esse tuum. Qua Plinij exhortatione ductus, temporibus præteritis typis mãdaui tractatum de exceptionibus ad materiam statuti, excludentis omnes exceptiones, in cuius calce pollicitus fui alium edere tractatum de effectibus; in quo inter cætera de effectibus Clericatus aliquid scribere promisi. Ideo materiam ipsorum effectuum Clericatus in præsentibus aggredior; Et licet in fine eiusdẽ tractatus protestatus fuerim; quòd aliquid scribere, aut deducere nõ intellexerim, quod aduersetur Determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nihilominus quia materia, de qua ad præsens sum tractaturus, est magis periculosa; decreui eandem protestationem etiam præmittere, qua premissa, & singulo verbo relata deuenio ad tractatum de effectib. Cleri-
1 catus. Qui quidem Clericatus dubium non est, quod sit constitutus de iure diuino, *vt not. gl. in c. si Imperator 96. dist. Præposit. in c. in primis, §. de persona, n. 6. 2. q. 1. Abb. in c. solitę, ver. nota ibi Pontifex, de maiorit. & obed. Collegg. Ferrarien. latè cons. 3. n. 1. post cons. Zabarell. Hieron. Gigans in tract. de crim. læsa maiestatis in tit. quis cognoscat de crim. læsæ maiest. n. 14. Mart. de iurisd. p. 1. c. 6. nu. 1. cum seq. Anastas. Germon. in tractat. de sacror. immun. lib. 3. c. 3. n. 35.* vbi dicit, quòd ex actibus Apostolorum manifestissimè probatur, quòd tempore ipsorũ Apostolorum fuerũt aliqui creati Clerici, dum in eis legitur, in c. 14. cum Paulus, & Barnabas constituissent illos per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus; & commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt; & alibi legitur, in c. 15. statuerunt; vt ascenderẽt Paulus, & Barnabas; & quidam alij ex illis ad Apostolos, & presbyteros in Hierusalem; & Diuus Paulus in prima Epistola ad Thimoteum: ait, qui benè pręsunt presbyteri; honore duplo digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, in 6. Actuũ Apostolorum legitur, quod ab Apostolis septem Diaconi constituti sunt in adiutorium, pleni Spiritu sancto, & sapientia; vt fuerunt Stefanus, &c. *Et Portius cons. 166. n. 16. dicit (ex Liuio lib. 10. gestorum post Christi aduentum, c. 7. rub. de ord. relig.)* Clericorum ordinem à B. Petro, & alijs Apostolis institutum fuisse; *& Anastas. Germon. in cod. tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 3. n. 31.* dicit q̃ a Christo fuerunt constituti Apostoli, & ab Apostolis Episcopi, & ab ipsis Episcopis Clerici, qui docerẽt, & instrue-
2 rent populos; Immo Clerici quoddãmodo dicuntur tenere locum Apostolorum; ita habetur, *in c. ex authoritate 16. q. 1.* Appellantur aũt
3 Clerici illo nomine à verbo græco Cleros, qđ idem quod sors, siue hæreditas latine sonat, *Isidor. in lib. 7. etimolog. tit. de Clericis, D. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum,* si enim ait S. Hieronymus κλῆρος græce, sors latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel q̃a ipse dominus sors, idest pars Clericorum est, talis ergo dicitur esse Clericus, vt ipse possideat dñm, & possideatur a dño, & verè cum proprie dicere, tunc fit pars mea Dñs. Psal. 15 *Magister sententiar. dist. 24. lib. 4. vers. Cleros, & Clericos, c. Cleros 21. dist. vbi gl. idem gl. in c. porrò, dist. 66. & in c. duo sunt in q. 1. & in auth. Presbyteros, C. de episc. & cler. Cabell. super constit. Marchiæ, lib. 3. c. 10. gl. 1. n. 1. cart. 1010. Carauit. super ritu M. C. V. ritu 136. n. 18. Rodulph. Cupres in repet. c. oportebat 79. dist. rub. quare Rom. Põtifex, &c. art. 9. n. 15. car. 1059 Io. Brocolten. in tract. de feud. c. 5. qui feud. dare, vel accipere poss. n. 2.* vbi etiam ponit alias æthimologias huius vocis Clericus; sed communior * recepta est hæc iam dicta, quam etiam fuit sequutus, *Gras. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 3. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immu. lib. 2. c. 2. n. 1. & lib. 3. c. 3. n. 30. Iul. Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. c. 34. n. 7. Siluester in summa in verb. Clericus, in princ. Alphõs. Aluarez in Specul. iur. Pontificij c. 66. in princ. Ant. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 17. nu. 8. Io. Bertachin. in tract. de episc. in prælud. n. 9. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. 1302. Guido Papa in tract. de vsur. n. 45. in 17. tom. præditorum tract. cart. 1076.* Et primus fuit Matthias, qui ex consilio & inspiratione Spiritus Sancti sorte fuit assumptus, & electus ad ministerium Apostolatus, *Capit. Cleros, vbi Turrecr. nu. 21. dist. 21. Bertach. in suo reper. in verb. Clericus, il primo, Tiraqu. in tract. de iure primog. c. 17. in prima opi. nu. 8.* Et ideo Clerici sunt, qui sorte electi Dei
4 ministerio seruiunt; *Magister sententiarum in loco proximè allegato c. cui portio 12. q. 1. Hiero. Gigans in tract. de crim. læsæ maiest. tit. quis cognoscat*

scat de crim. læsæ maiest. n. 15. cart. 1126. Port. cons. 16. n. 19. Colleg. Bonon. cons. 1. n. 47. post cōs. Zabar. cart. 1167. Borell. in add. ad Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndum lit. G. circa principium cart. 1055. vbi dicit, ꝙ statim ꝙ quis est assūptus ad Clericatum, dr̄ tranlatus ad famulatū
5 Domini, & intelligitur segregatus à cętu laicorum; *Goffr. & Hostiens. in summ. tit. de temp. ord. Port. d. cons. 16. n. 61.* Et ex quo dicuntur serui Dei, ac Deo obsequi & seruire profitent̄ *c. clericos post princ. 21. dist. c. pen. 54. dist. c. dia-*
B *coni, post principium 93. dist. c. secundum Apostolum de præbend. c. 2. de clerico venatore, latè Anastas. Germon. in tract. de indultu, §. seruus seruorum Dei, n. 25.* Et nihil aliud debent curare nisi fugere domesticos, & vacare Deo, ne alterius
6 necessitatis munere impediantur, *c. cui portio 12. q. 2. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 1. n. 4.* circa quod Diuus Hierony. ad quendam leuitā ait, hoc hominum genus contēplationi, ac orationi prorsus deditum, ab omni temporalium strepitu cessare debere, ita habetur, *in c. duo sunt 12. q. 1. §. Deo aūt, vers. si autē œconomi, vel alij clerici fuerint, in Auth. de sanct. Episc. vbi hoc not. Bar. & Ang.* & consequentur diuinis officijs solùm eos intentos esse oportet, *l. oēs, C. de episc. & cler. Ant. de Padill. in l. 1. n. 7. C. de iur. & fact. ignor.* & nefas est eos a diuinis officijs distrahi, quod ad eorū internā professionem pertinet, *c. innoua 16. q. 7. Clemen. 1. de vit. & honest. cler. vbi Card. & Io. de Imol. Bar. & Ang. in d. §. Deo nobis,* & non solū debent orōnibus, ac alijs contēplationibus vacare, verū
7 ēt sacramenta populis ministrare, & docēdo Christi gregem diligēter pascere, *tot. tit. de baptism. & eius effect. & de pęniten. & remiss.* quod colligitur ex præcepto tradito Petro Apostolo a Domino nostro Iesu Christo, dum ei dixit, pasce oues meas; vt in Ioanne c. 20. & Paulus Apostolus admonet Titum, & Timotheū, vt in verbo Dei prædicando sedulo inuigilēt, & ex quo sūt ascripti diuinæ militiæ, ac Christo, & diuino cultui se deputarunt, dicuntur
8 res sacrosanctæ, ac spirituales, *c. cui portio, 12. q. 1. Anastas. Germo. in tract. de sacror. immu. lib. 2 c. 15. n. 29. Hieron. Gigans in tract. de crim. læsæ maiest. tit. quis cognoscat de crim. læsæ maiest. n. 15 cart. 1126. Lelius de Zanchis in tract. de priuileg. Eccles. priuil. 45. n. 16. Alphons. Aluarez in Spec. iuris Pontif. c. 35. in prin. cart. 1095. Cristoforus Ant. de Pratis in tract. de iurisd. episc. c. 3. nu. 5. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. 1363. Innoc. & alij, in c. 2. de maior. & obed. Rebuff. cons. 193. nu. 6. Martin. Vrarius Vltramon. cōs. 7. n. 17. lib. 1. Surd. cons. 193. n. 4. lib. 2. & cons. 301. n. 52. lib. 3.* & tāquam tales in actibus suis vndiq; elucere de-
9 bent, *Io. de Viscis in tract. de immun. eccl. in princ. n. 8. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. 1012.* Et ideo satis ad propositum in sacrosancto Concilio Trident. *sess. 22. c. 1. de refor.* habetur, nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultū assidue instruat, quàm eorū vita, & exēplum, qui se diuino ministerio dedicarunt; cū enim a rebus sæculi in altiorē sublati locū cōspiciantur, in eos tanquam in Speculū reliqui oculos conijciunt, ex ijsq; sumunt, quod imitentur; qua propter sic decet omnino clericos in sorte Dei vocatos, vitā moresq; suos omnes componere; vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq; oībus rebus nil nisi graue, & moderatum, ac religione plenū præseferatur, & quę sequuntur; & non solū aliquā turpitudinē in incessu, vestibus, moribus, dictis factis, ac cęteris actibus demonstrare non debent, *vt habetur in præcit. Concil. Tridentini, c. & in tot. tit. de vita & honest. cler. & in Clem. eo. tit. & voluit Paulus Fuscus in suis singul. in lit. C. n. 116.* Verū etiā
C 10 & turpitudinis suspitionem fugere debent, *tot. tit. de cohab. cler. & mulier. Fider. Prigman. Vltram. cons. 52. n. 572. & 573. lib. 1.* quia domus Cæsaris non solum dēt carere delictis, verū ēt
11 delictorum suspitione; immo esse debent vti candelæ super candelabrū, & aliorum lumen: *vt in Euangelio, vos estis lux mundi, Guliel. Durād. Spec. in tract. de modo general. cōcil. celebr. p. 1. rub. 1. n. 4. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 154.*
12 nec non & perfectiores, & sanctiores laicis oīmodo se ipsos demonstrare oportet: *Petr. Bellin. in tract. de re milit. p. 6. tit. 2. nu. 9. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 351.* ac eos moribus oī-
13 no præcellere, *Turrecr. in c. qualis, n. 2. 8. q. 1. & scandala quantū possunt fugere; c. cum infirmitas, & c. pręcipimus, de pęnit. et remiss. Flam. de Rubeis cons. 15. n. 12. lib. 1. Fider. Prigman. d. cons. 50. nu. 574.* Ideo clerici dicuntur magis peccare, q̄
14 laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati, *c. cum quidā de iureiur. c. 1. de empt. & vend. l. presbyteri, C. & de episc. & cler. & not. in c. summa, 14. q. 3. Dec. in c. at si clericis, n. 235. in fi. de iudic. Io. And. in c. ex litteris de dolo, & cōtum. Bero. in c. quia in oībus, n. 49. de vsur. Sal. in l. 2. n. 4. C. vt nemo priuatus; Turrecr. in c. homo Christianus, n. 4. & 5. dist. 40.* vbi dicit, ꝙ Clericatus est
15 qualitas aggrauans peccatum, *Bertach. in suo reper. in verb. clericus periurus, tex. & gl. in verbo cadit, in d. c. homo Christianus,* vbi habetur quod
16 fortiter cadit in peccatū ꝑꝑ duas causas, aut ꝑꝑ magnitudinem peccati, aut ꝑꝑ altitudinē dignitatis peccantis, *c. duo sunt, 96. dist. ibi, tanto grauius pondus est sacerdotū;* ꝙ clarissimè deducitur *ex sacrosancto Concilio Trid. sess. 22. c. 1. ibi leuia delicta, quæ ī ipsius maxima essent, & in c. multi 40. dist.* dicitur, quod malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem: & S. Hieronymus, ait, quod grandis est dignitas sacerdotum, sed grandis est ruina, si pec-

peccant, *vt eum refert Parisien. Conciliũ celebratum tpibus Gregorij 4. Summi Pontificis, lib. 1. c. 12*
17 Sic etiam in eodẽ genere peccati clericus in sacris, & beneficiatus magis peccare vr, q̃ simplex clericus, *not. Vital. in Clemen. diœcesanis, §.*
18 *præsenti, n. 7. de vit. & honest. cler.* & qui maiori præfulget dignitate, grauius ẽt peccare dicit: *Turrecr. in d. c. homo Christianus, n. 4. & 5. dist. 40 Zabar. in Clement. 2. §. dignitatem de uit. & honest. cler. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu 392. nu. 16.*
19 quo fit vt in episcopo, vel alio prælato fornicatio est grauius, q̃ in clerico simplici: *Menoc. in tract. præd. casu 418. n. 4.* Et prædictorũ oĩum est rõ, quia peccatum grauius, & turpius iudi
20 catur ex qualitate, & dignitate delinquentis, & peccantis, *l. oẽ delictum §. 1. de re milit. l. quadã ff. de pen. l. presbyteri, in fi. C. de episc. & cler. c. excommunicamus, §. credentes, vers. si vero clericus, vbi gl. in verb. exerceatur, de hæret. c. cum quidã de iureiur.* ibi tanto grauius vendicandum, quãto maiori præeminet dignitate, *de hæret. c. ac-*
21 *cusatus in 6. c. nulli fas, in fi. 25. q. 1.* vbi Hylarius Papa, dicit, quod reatu maiori deliquit, q potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantum, *Oldr. cõs. 65. in fi. Crauet. cons. 9. n. 2. lib. 1.* vbi dicit, ꝙ de-
22 lictum fit grauius rõne presbyteratus, & dignitatis delinquentis; & huius rõnis rõ est, q maior in honore debet esse maior in sanctitate, *c. rationis 100. dist. c. vilissimus 1. q. 1. Sebast. Medices in 3. opusculo n. 9.* vbi ẽt dicit, ꝙ grauius est puniendus, quãto in maiore honore reperitur is, qui peccat, *allegat c. presbyteri, 5. q. 6.* & quòd clerici sint in maxima dignitate consti
23 tuti, dicam infra hoc eodẽ præludio nu. 382. cum seqq. Secunda ratio principalis, cur Clerici magis peccant, quàm laici, est quia si oẽs homines generaliter tenentur, & sunt debitores Deo Omnipotenti pro tot tãtisq; erga eos collatis beneficiis; & q̃ quotidie ab ipso Dño accipiuntur, *vt meminit text. in Auth. quo oporteat episcopus in princ. S. Antoninus in summa p. 2. tit. 3. c. 9. §. 8. & seq. Michael Auiuio. in tract. de vnitate ouilis, & pastoris, c. 1. n. 14. & seq.* quanto magis erunt obligati sacerdotes, ac cęteri
24 clerici, ac religiosi, qui altiora, & maiora beneficia a Domino acceperunt: de quibus beneficiis, dignitatibus, ac priuilegiis iam supra scripsi, & inferius per totum præsentem tractatum scribam; quo fit, vt efficatius striɑiusq; ad amorẽ Dei, & Euangelicæ legis custodiam erunt obligati, *vt habetur in Concilio Valentino, sess. 2. c. 32.* vers. cũ igitur. Cui enim multum datum est, multum quæretur ab eo, *Lucas cap. 12. & ex S. Augustino habetur in c. 1. de pęnitent. distinct. 1.* quòd in hoc quilibet peccator fit culpabilior, quò est Deo acceptior; & ad pręsentem materiam benè cõferũt ea, quæ aliàs dixi in meo tractatu de effect. amicitiæ; hoc est, quòd amicitia, & familiaritas iniuriantis aggrauat iniuriam, & tandem si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo, *c. alienum, 50. dist. c. si sacerdos de pęnit. dist. 1.*

Et quia inter cætera, quæ dignitatem clericalem contaminãt, principale, & præcipium est luxuria, ideo ab ea exordium sumendo; dico, quod Clerici debent omnino esse casti, &
25 continentes, *c. vt clericorũ de vit. & honest. cler. vbi Anchar. n. 1.* dicit, ꝙ debent esse casti, & continentes, & ab oĩ delectatione, non solum secundum actum, quod facit castitas strictè sumpta, sed etiam secundũ gustũ, visum, auditum, & olfatum qđ à principio fuit determinatum *per Concilium secundũ Carthaginense in canone 2. prout reperitur relatũ, in cap. in præterito, 84. dist. & voluit etiã Calixtus Papa, in c. presbyteris, 27. dist. c. proposuisti, 82. dist. cap. 1. dist. 28.* vbi Gregorius Pontifex Maximus scribens Petro subdiacono dicebat, nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit, quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata; circa quam Clericorum castitatem multa scribit *Gratian. d. dist. 28. & dist. 32. gl. in d. c. cum in præterito, in verb. sacramentis, & in d. c. proposuisti, in verb. plane, & in c. vnico, de uoto in 6. & in tit. de Clericis qui nuptias cõtrahere non possunt, in Nouella, & in Cõstit. 3. Leonis Imperatoris, Tertius cons. 149. n. 11. Th. Docti. cons. 147. n. 4.* Si. n. gentilium Sacerdotes (*prout dicit Textor in officina tom. 2. in tit. sacerdotes Deorum*) cum fallis, & immundis ministrassent demonibus) *vt est scriptum in Psalmo 95. ibi, oẽs Dij Gentium demonia, & notauit S. Antoninus in summa p. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. in princ. & Alfons. de Castro aduersus hæreses, in verb. sacerdotum hæresi, il 1. vers. admoneo)* castitatem seruabant, vt testatur *S. Augustinus sermone 37. in fi. ad fratres in heremo*, vel castrando se ipsos, vel abstinendo a cibis, Venerem prouocantibus, *vt tangit Textor vbi supra in tit. castissimi, vers. Origenes, & latissimè Tiraq. in legibus cõnubial. l. 15. n. 119. & 121. & seq.* si ipsi (vt dixi) qui sacrificabant demonibus, erant castissimi, quid dicendum erit de Sacerdotibus immortalis Dei viui & veri? de quibus dicebat Moyses: *Leuit. c. 20.* Sancti estote, qm̃ ego sanctus sum, *c. plurimos 82. dist. et Esaias c. 52.* mundamini, qui fertis vasa Domini, & Apostolus ad Titum c. primo, oĩa mũda mũdis, nã qui sancti non sunt, sancta tractare nõ debent, *c. Maximianus 81. dist. & in Ecclesiast. c. 34.* ab immundo quis mundabitur? & *Macabeorum 24.* dictum est Leuitis, sanctificamini, & mundate domũ Domini, & *Neemia c. 12.* dicitur mũdati sunt sacerdotes, & leuitæ, & mũ-

B daue-

dauerunt populum. Vtiq; concludendo, di-
co, quod non solũ debẽt esse castissimi, & plus
ꝙ prædicti antiqui sacerdotes; verùm ẽt debẽt
esse mundi ab oĩ inquinamento, iuxta ea, quę
scribũt, *Turrecr. in c. his ergo, n. 1. dist. 33. Port.*
cons. 149. n. 11. Iac. de Grass. in decis. aur. p. 2. lib. 3
c. 1. n. 6. Immo Dñs noster Iesus Xp̃s adeo ca
stitatis, & puritatis amator est, maximè in mi
nistris diuino cultui dicatis, vt ppea notabi-
liter S. Augustinus dixerit, quod plus placet
Deo latratus canium, mugitus bouum, grun-
nitus porcorum, ꝙ cantus clericorum luxu-
riantium; quẽ locum citat *Tho. Hiberius in suo*
libro intitulato Flores Doctorum in verb. oratio, so
26 la enim castitas est, quæ cum fiducia põt ani-
mas hominũ Deo p̃sentare, ut in §. sancimus,
in Auth. de Lenoni: & gl. in prohem. decre-
tal. in verb. pudicos; Et è contra luxuria est,
quæ animas perpetuò damnat, cùm sit vnum
ex septem peccatis mortalibus, corpora con-
sumat, & facultates dissipat, quæ cũ sit dam-
D nata in laicis; ita, & taliter, ꝙ si quis auderet
27 affirmare ꝙ simplex fornicatio non est pecca
tum mortale, esset hæreticus, *Caccialup. in repet.*
l. si qua illustris, col. 11. ad Orficinianũ Io. de Anan.
in c. qualiter & quando, §. corrigendos, col. 7. de ac-
cusat. Io. Sader, & Ang. de Aret. Instit. de patria
potestat. in fi. princ. Hostiens. in c. lator, qui fil. sint
legit. Io. Andr. in c. sine culpa, de reg. iur. in 6. in
mercurial. Ant. de Butr. in c. cum sit generale, col. fi.
de foro compet. Archid in c. fertur, 1. q. 1. cum mul
tis alijs, quos allegat Marquat. de Susan. in tract. de
28 *cælibatu p. 3. c. 8. n. 4.* multò magis erit detestan
da in Ecclesiasticis, & etiam in minoribus cõ
E stitutis, *c. nullus 32. dist. c. præter, & c. accepimus*
de ætate & qualit. ordinand. c. vestra, & c. fi. de co-
habit. cler. & mulier. l. eum qui C. de episc. & cler.
& in Auth. de sanctiss. Episc. §. cleros, c. in oĩbus,
81. dist. c. quidam clerici, & c. presbyter si forni-
cationem, 82. dist. Astens. in summa lib. 3. tit. 32.
Et propterea multi dixerunt, quod simplex
Clericus, habens rẽ venereã etiam cum solu-
29 ta, dicatur committere incestum; huius in-
quam opinionis fuit *gl. in l. 2 in verb. filij, C. de*
episc. & cler. vbi Bald. n. 2. dicit ita aliquãdo
fuisse iudicatum, & ibidem *Paul. de Cast. Paul.*
Griland. in tract. de pœnis omnifar. coitus, lib. 3. q.
* *vlt.* vbi testatur hanc esse cõm.* opi. *Corrad. in*
tract. de prætor. in tit. de incestis & nefarijs, n. 12.
cart. mihi 647. Sed in hoc articulo contrariam
opinionẽ tenuerunt *Cyn. & Bart. in d. l. 2. idem*
Bal. sibi contrarius in l. si quis incestis, C. de incest.
nupt. Corset. in suis sing. in verb. fornificatio, in fin.
Suarez in comm. opin. in verb. clericorum nu. 132.
* vbi asserit hanc esse cõm. * opin. & alios alle-
gat *Couar. in epitom. de sponsal. in 2. p. c. 8. §. 5. nu.*
14. Menoc. in addit. ad suum tract. de arbit. iud. ca-
30 *su. 289. n. 6.* vbi prædictas, & sequentes ponit
opiniones, Alij vero in aliam descenderunt
opinionem, hoc est quòd clericus simpliciter
fornicans, nihilominus ex persona sua dica-
31 tur committere adulterium; *ita gl. in c. per ve-*
nerabilem, qui filij sint legitimi; vbi etiam Abb. nu.
32. Imol. in Clem. 1. col. fin. de offit. ordinar. idem
Abb. in c. vt clericorum. n. 8. de vit. & honest. cler.
Lupus in repet. rub. de donati: inter virum, & uxo-
rem §. 30. n. 6. Couar. loc. cit. Pet. a Plaza in epi-
tom. delict. c. 41. n. 31. Suarez in dicto verb. clerico-
* *rum n. 133.* vbi dicit quod ista opinio * est cõ-
32 munis, *Couar. in tract. de publicis concubin. in præ-*
fati n. 23. dixit etiam esse stuprum, & incestũ;
Ioseph Gonzales in lib. variar. quæst. c. 5. n. 8. pro
qua secũda opinione potest adduci ratio, quia
clericus quando promouetur ad ordines, cõ-
33 iungitur ecclesiæ tanquam sponsus sponsæ,
ideo, fornicando adulterat talem cõiunctio-
nẽ, *Rodulphus Cupers in repet. c. oportebat 79. dist.*
in verb. diaconus. nu. 21. cart. mihi 319. Menoc. in
tract. de arbi. iud. casu 418. n. 7. Quam secundam
opinionem multi etiã oppugnauerunt, prout
fuit *Boss. in suo tract. crim. in tit. de coitu damnato,*
n. 10. Vasquez in tract. de success. creat. lib. 3. de te-
stam. §. 22. n. 50. Clarus in §. fornicatio, vers. cum
presbytero, qui dicit, quod impropriè potest ap
34 pellari adulterium. Alij etiã dixerũt quod for-
nicando cõmittunt sacrilegiũ, *Turrecrem. in c.*
de ijs, n. 6. dist. 28. Menoch. d. casu. 418. n. 8. Co-
uarr. in tract. de publ. concubin. in princ. n. 23. vers.
35 *apparet ex præmissis,* qui adducunt rationem,
F scilicet, quia fuerũt cõsecrati Deo, & ei dediti,
& ob copulã carnalẽ à Deo separantur, & sic
efficiuntur sacrilegi.
Sed reuera prædictæ tres opiniones sũt fal-
sæ, & verior opinio est, quod committãt sim-
36 plicem fornicationem, si cum soluta se immi-
scent, quò ad clericos in minoribus, *Card. &*
Imol. in Clement. ad nostra, de hæret. Fider. de Sen.
cons. 166. Fel. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iu-
dit. Coueron. in tract. de publicis concubi. rub. de in-
cestu, n. 30. & in verb. seu gl. & alios non publicos,
n. 12. Boss. in d. tit. de coitu damnato nu. 10. Lelius
de Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuil. 135. n. 12
Vasquez in d. tract. de succes. creat. lib. 3. de testam.
§. 22. n. 50. Clarus in d. §. fornicatio, vers. cũ pres-
bytero, & in §. incestus vers. nunquid, Menoch. in
tract. de arbit. in addit. ad casum 289. n. 6. in ultima
opinione, Suarez in cõm. opin. in uerb. clericorum n.
134. qui asserit istã esse cõm. * opi. Qua vltima
* opinione retẽta eã limitabis quatuor modis.
Primo limitatur in episcopo, qui ẽt habẽs
37 rem cum soluta, dicitur non solum cõmittere
adulterium, quia episcopus dicitur cõtraxis-
se matrimonium spirituale cum ecclesia, ad
quam est promotus, *c. inter corporalia, de trans-*
latione episcoporum; & in specie dixit *Corsett.*
in singul. in verb. fornicatio, in fi. Marquat. de Su-
sannis

ſannis in tract. de cælibatu. p. 3. c. 1. n. 14. Menoch. loco proximè citato n. 8. & 9. verum etiam, & ſacrilegium ratione ordinum vt infra.

38 Secundo fallit in monachis, ac cæteris regularibus, quorum coitus non dicitur ſolùm fornicatio, ſed ſacrilegium *Butr. in cap. ſignificaſti, de adulter. Fel. in c. at ſi clerici, §. de adulter. de iud. Marquat. eod. n. 14. Menoch. in tract. de ar-*

39 *bit. iud. in addit ad caſ. 289. n. 7.* & ratio eſt, quia ipſi expræſſe profitentur caſtitatem, *c. cum ad monaſterium, de ſtatu monachor. Dec. in c. at ſi clerici, n. 235. de iudi. Monald. conſ. 69. n. 6. lib. 2.*

40 Tertio limitatur in clericis in ſacris conſtitutis, qui habẽtes rem veneream cum ſoluta, non ſimplicẽ fornicationẽ, ſed ſacrilegiũ committere dicũtur *Purpur. conſ. 17. n. 2. lib. 1. Corrad. Lancell. in tract. de prætor. tit. de inceſtuoſis, & nefarijs n. 12. cart. mihi 647. Thom. Doct. conſ. 197*

41 *n. 4.* Et ratio eſt, quia clerici cùm ad ſacros ordines promouẽtur, tacitè caſtitatem promittere cenſentur, *c. quæſtio, & cap. de hijs, & c. præterea, 28. diſtinct. not. ſcribentes in c. 1. de voto. Dec. in c. at ſi clerici n. 227. de iudit. Rodulphus Cupers, in repet. cap. oportebat 79. diſt. verſ. explicatur de Cardinali b. art. 1. c. 10. cart. mihi 212. Monal. conſ.*

42 *69. n. 6. lib. 2.* vbi dicit quòd ad caſtitatem obſeruandam aſtringuntur ex conſtitutione eccleſię, & concubina clericorũ in prædictis tribus fallentijs non dicitur propriè concubina ſed fornicaria, quia cũ ea matrimoniũ contrahere non poteſt. *Ioſeph. Gonz. in lib. variar. reſolut. c. 5. nu. 6.*

43 Quarto, & vltimo limitatur in clericis beneficiatis, quia eius coitus nõ dicitur ſimplex fornicatio, ſed coitus damnatus ratione beneficij, *§. Clericos in Authen. de ſanctiſſ. epiſc. Pur-*

44 *pur. conſ. 92. n. 5. lib. 1.* quo fit quod filij nati ex fornicatione cõmiſſa in prędictis quatuor caſibus, & fallẽtijs dicũtur nati ex dãnato coitu, & ſunt inceſtuoſi; *Purpur. d. conſ. 92. n. 5. & cõſ. 17. n. 1. lib. 1. Corrad. in tract. de prætore tit. de inceſtuoſis, & nefarijs n. 12. cart. mihi. 647.* de quo articulo dicã infra effect. 35. & licet hoc ſit veriſſimũ, nihilominus tamẽ filius natus ex cle-

45 rico beneficiato, in minoribus cõſtituto cum muliere ſoluta, poteſt legitimari per ſubſequẽs matrimoniũ, *Angelus de Claua in ſua ſumma in* * *verb. filius;* vbi dicit, quod hæc eſt cõmunis* opinio Canoniſtarũ *Maiolus in tract. de irreg. lib. 1. c. 4. n. 15. Purpur. conſ. 92. n. 5. lib. 1.* vbi dicit, quòd in taliter legitimato habet locũ diſpoſitio loquẽs de filijs natis ex legitimo matrimonio. *Dec. conſ. 155 per tot.* qui atteſtatur iſtos poſſe ſuccedere in feudis, quod vltimũ tamẽ ego non firmo, quidquid in contrariũ te- * nuerit *Ripa in tract. de actis in articul. mort. c. 82. n. 6. & ſeq.* & redeundo ad noſtrũ inſtitutũ dico quod in Clericis omnis coitus eſt de iure

46 reprobatus, *d. §. cleros in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſi qui autem, Auth. de monach. l. eum qui probabilem C. de epiſc. & cler. Ripa in tract prædict. de*

47 *act. in art. mortis c. 83. nu. 8.* ideo de rigore iuris antiqui pœna clerici fornicarij eſt depoſitio, *c. presbyter 83. diſt. Io. Andr. Dom. de S. Gemin. Butr. & alij in c. pen. de Bigam. & in c. vt clericorũ*

H *de vit. & boneſt. cler.* ſed hodie eſt redacta ad arbitrium confeſſoris, *c. fraternitatis 34. diſt. c. presbyter 82. diſt. Fider. Scotus conſ. 32. n. 9. to. 2.* * *lib. 4.* vbi dicit, ꝙ hæc eſt cõm.* opin. tàm in

48 clerico in ſacris, quàm in minore *Vaſques in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. lim. 18. nu. 48. &* * *50.* vbi dicit, hanc eſſe communem* opinionem, & omnino tenendam; & alios allegat, prout etiam multos alios congerit *Hieron. Ceuall. in Specul. pract. quæſt. comm. contra comm. q.* ** *262.* qui teſtatur de comm. & magis cõmu.* opin. *Duenas reg. 101. vbi hanc opinionem ponit pro regula Lelius de Zanchis in tract. de priuil. eccleſ. priuileg. 135. nu. 14. Nauar. in c. conſiderat n. 121. de penit. diſt. 5. Graſſ. in comm. opin. lib. 1. c. 18 q. 4.* vbi etiam teſtatur de comm. opi. & alios allegat *Deci. in c. at ſi clerici nu. 223. & 225. &* * *227. de iudic.* vbi dicit, hanc eſſe communem* opinionem *Marquat. de Suſana. in tract. de cælibat. p. 3. c. 2. num. 2.* vbi prout alij teſtantur de

49 comm.* opin. vbi dicit, quod iſto caſu melius * eſt, quod iudex repræhẽdatur de miſericordia quam de rigore, & quod iſto caſu arbitrium iudicis verſatur, vt conſideret circunſtantias, & ſcandat inde inſurgentia, & conſuetudinem patriæ.

Limitatur primò prædicta concluſio, quãdo clericus eſſet notorius, continuus, vel ſcandaloſus fornicator, quia in eo debet omnino ſeruari rigor iuris antiqui, & ſic poteſt, & dẽt deponi, *Felin. in c. dilectus, nu. 2. de accuſat. vbi dicit, quod ita not. Domin. in c. presbyter 28. diſt. gl. in cap. ſi. 1. q. 1. Aretin. late in c. cum non ab homine de iudic. Duenas prædicta regul. 101. lim. 4. Nauarr. in cap. conſideret nu. 121. de pœniten. diſt. 5. Fideric. Scotus conſ. 32. nu. 54. tom. 2. lib. 4. Paul. Griland. in tract. de pœnis omnifar. coitus q. 9. n. 1. Menoch. in tract. de arbit. in addit. ad caſum 289. num. 15. Marquat. in præcit. c. 2. num. 3.* vbi dicit, quòd iſti tales non ſunt abſoluendi, niſi prius e domo eiecerint concubinam; & hoc propter malum exemplum quod ex cohabitatione oriretur, & ꝑꝑ periculum recidendi ad primum peccatum: & ſi clericus notorius fornicator, & concubinarius, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, audet celebrare, efficitur irregularis, *cap. 1. de re iudic. in 6. Silueſt. in ſumma in verb. concubinarius, nu. 4. Cardin. in cap. propter hoc 32. diſtin. Nauarr. in manual. confeſſ. cap. 25. num. 77. Maiolus in tract. de irregul. cap. 37. num. 1. Alphonſ. Aluarez in ſpe-*

cul.iur.pontif. c.81. vers. & clericus notoriè concubinarius, cart. mihi 497. Menoc. in tract. de arbi. in addit. ad casum 289. nu. 16. Io. de Anan. in c. quæsitum nu. 2. de coniugat. Turrecr. in c. propter hoc, n. 1. & 2. 22. dist. Marquat. de Susan. in tract. de cælibat. p. 3. c. 2. nu. 4. Guido Papa dec. 558. nu. 2. vbi dicit, quòd notorius concubinarius celebrans ipso facto incurrit irregularitatem: licet in Afforismis Emanuel Sà expurg. a magistro sacri Palatij Apost. teneat quod non sit incursa ista irregularitas. Immo audientes missam, vel alia diuina officia à clerico notoriè fornicario peccant mortaliter, Card. in c. nullus 32.
50 dist. vbi dicit, quòd nō excusantur ex eo, quod talis clericus sustinetur a prælatis, Alphons. Aluarez d. c. 81. vers. & fideles audientes, cart. mihi 497. Marquat. de Susan. in tract. de cælibat. p. 3 c. 2. n. 3. in fi. vers. & non sunt admittendi, intellige etiam secundum Nauar. in Manuali conf. 25. n. 78. quod peccant mortaliter inducentes ad celebrandum sine causa, peccant etiam mortaliter scientes, aut scire debentes esse legē prohibentem auditionem sacri à Sacerdote concubinario, & audiunt. Quod tamen est intelligendum, dummodo habeant aliam commoditatem audiendi missam, vel talia officia, secus si nullam aliam haberent commoditatē; vt quia esset in villa, in qua vnus tātum adest sacerdos, vel esset hora nimis tarda, & non in-
51 ueniretur alia missa: & vltra isti tales non sunt admittendi ad celebrandum diuina officia simul cum alijs clericis, vt not. in c. sacerdotum de consecr. dist. 2. Marquat. in loco proximè citato. Quando autem quis dicatur notorius fornicator, & concubinarius, ponunt Abb. in cap. vestra de cohab. cler. & muli. Foller. in pract. crim. canoni. in fi. in miscellan. n. 32. cart. mihi 328. Masc. in tract. de probat. concl. 810. per totā, Marcell. Cala in tract. de modo articul. & proband. §. 2. gl. vnica, nu 691. Marquat. de Susann. in tract. de cælibat. p. 3. c. 2. n. 6. Fran. Monald. conf. 74. nu. 1. lib. 1. Decian. omnino videndus in suo tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. nu. 9. vbi dicit, quod pluribus modis
52 dicuntur clerici concubinarij, de quibus habetur late ibi per eum, & per Coueron. in tract. de publ. concubin.
53 Limitatur secundo, qn̄ non esset simplex fornificatio; sed coitus haberet aliquam deformitatem insignem, vt quia clericus committeret adulterium, stuprum, incestum, vel aliud peius contra naturam; tunc enim est omnino deponendus, ita Grass. in com. opin. lib. 1. cap. 18. q. 5. Vasquez in tract. de success. creatio. lib. 3. §. 22. limit. 18. nu. 49. vbi dicit, quod hæc est comm.* opin. & allegat glo. in c. Maximilianus 81. dist. Couar. in 4. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 3. Imol. in c. vt clericorum de uit. & honest. cler. Abb. Deci. Fel. & communiter scribentes in c. at si clerici, de iudi. Duenas reg. 101. limit. 1. vbi loquitur in clerico cognoscente monialem; & limita-
54 tionibus sequentibus ponit varias qualitates aggrauantes fornicationem. Quæ omnia tamen procedunt quò ad pęnas spirituales, quò verò ad pœnas temporales clericus fornicator punitur pœna suspensionis ab officiis, ita glo. in d. c. Maximilianus in verb. remoueatur 81. dist. Abb. noster Panorm. in c. ex parte nu. 1. in fi. de testib. Imol. in c. at si clerici in princ. num. 11. de iud. & ibidem Fel. n. 14. vers. vtrum autem & Deci. n. 36. & Berous nu. 365. Corset. in suis sing. in verb. fornicatio vers. propter, Siluester in summa in verb. concubinarius n. 4. Io. de Selua in tract. de benefic. in 3. p. q. 3. num. 16. Coueron. in tract. de publ. concubin. in verb. & alios non publicos, num. 10. Boss. in suo tract. crim. in tit. de coitu dum nato n. 10. Duenas d. reg. 101. in princ. Diaz in pract. crim. canoni. c. 72. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu 418. nu. 1. Vasquez in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22 limit. 18. nu. 48. Clar. in §. fornicatio vers. sed quæro, vbi dixit, hanc esse communem * opinionem, & ab ea in praxi minime recedendum, quos omnes refert, & sequitur Menoch. in tract. de arbit. in addit. ad casum 289. n. 14. & vltra eos, hoc idem dixerunt Decia. in tract. crim. p. 2. lib.
55 6. c. 21. nu. 7. vbi dicit, quòd debet repelli a cōmunione clericorum, & quod statim ab ordine ecclesiastico cadit.
Sed in hoc verior opinio puto, quod sit, vt
56 puniatur pœna extraordinaria iuxta arbitriū iudicis, Diaz in pract. crim. c. 85. nu. 5. in princ. Ignat. Lopez ibi in addit. in verb. cum ea adulterā s Coueron. in tract. de publi. concubinar. in verb. & alios non publicos n. 10. Franc. Monald. cons. 2. nu. 60. & cons. 137. n. 2. lib. 2. vbi dicit, quod hodie imponitur pęna suspensionis, vel pecuniaria pro fornicatione simplici, Pau. Griland. in tract. de pęnis omnifariam coitus q. 9. n. 3. Abb. Paner. in c. vt clericorum n. 8. & seq. de uit & honesi. cler. Sed
57 si is talis fuisset monitus, & post monitionem non destiterit à fornicatione etiam simplici, esset acrius puniendus, ac grauius, q̄ non monitus, c. sicut, vbi Abb. Panorm. n. 2. & c. si autem de cohabit. cler. & mulier. Goffred. in summa eiusdē tituli nu. 2. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. n. 30. & seq. vbi dicit, quod hæc monitio dēt esse tri-
58 na, & quod debeat fieri separatim ex interuallo dierū, dixerunt gl. in c. constōnem in verbo nominatim de sent. excom. in 6. D. Nicolaus Iutrigl. cons. 24. n. 15. & si non destiterit poterit etiā beneficiis priuari Monald. d. cons. 137. n. 3. Bellonus cons. 56. per tot. Clarus in §. Fornicatio vers. & in primis, Viuius in lib. 2. cōm. opi. opinione 55. Suarez ēt in comm. opin. in verb. clericus, nu. 106. Kircoui. in cōm. opi. in lit. C, concl. 37. n. 11. vbi testatur de cōm.* opin. Ripa in l. si vnquā n. 74. & seq. C. de reuocan. don. Rol. a Valle cōs. 98. n. 7. lib. 3

Etprædicta procedunt in clericis cõmittentibus simplicem fornicationem,tàm si sunt in sacris,q̃ in minorib⁹;at si cõmitterẽt fornicationem habentẽ qualitatẽ aggrauantẽ, vt puta si cõmitterent adulterium,incestũ, stuprũ, nefandum,vel rẽ habuerint cũ filia spirituali,cum parrochiana,cum ea,quã in fonte,vel chrismate leuauit, vel cum similibus, vel cũ iudea,uel aliter infideli;tunc sunt grauius puniendi iuxta qualitatẽ delicti, ẽt quod nõ fuerint moniti; *ita Decian.late d.lib.6.c.23.per tot.* vbi singularũ prędictarũ fornicationũ pęnas recenset *Io.Bapt.Ferret.cons.366.n.5.& 7. lib.2*
59 vbi dicit, ꝙ puniri poterint pœna corporali, *Emanuel Suarez in com.opi.in verb.clericus,n 110* vbi dicit,ꝙ pro adulterio dẽt deponi,& detrudi in monasterium,& multos alios allegat; ꝑut hoc idem dixerunt *Flam.de Rubb.in tract.de adulter.in c.16.in 12.& 13.pęna adulterij carr. mibi 76.& cart.88.vers.quid si adulter, Lelius de Zanch.in tract.de priuileg.eccl.priuil.55.n.11.& priuil.135.n.27.* dicit, ꝙ clericus concubinarius priuatur beneficijs, & tenetur restituere fructus perceptos.
60 Quæ oĩa tamen procedũt de iure antiquiori;at de iure moderniori,hoc est,ex dispositione sacri Concilij Tridentini aliter est dispositũ,hoc est quod si moniti concubinã non dimiserint, & à cõcubinatu nõ se abstinuerint, tertia parte fructuũ,obuentionũ,ac prouẽtuũ beneficiorũ suorũ quorumcunq;,& pensionũ ipso facto sint priuati;q̃ fabricæ ecclesiæ,vel al
61 teri pio loco arbitrio epĩ applicẽt; sin vero in eodẽ delicto cũ eadẽ,vel alia fœmina perseuerãtes secundæ monitioni adhuc nõ paruerint, non tantum fructus oẽs, ac prouentus suorũ beneficiorũ, & pensiones eo ipso ammittant, qui ꝑdictis locis applicent,sed ẽt ab ipsorũ beneficiorum administratione suspendant,& si ita suspensi nihilominus eas non expellãt,aut
62 cum ijs ẽt versent,tunc bñficijs,portionibus, ac officijs,& pensionibus,quibuscunq; ecclesiasticis perpetuò priuent,ac inhabiles, atq; indigni quibuscunq; honoribus,dignitatib⁹, beneficiis,ac officijs in posterũ reddant; donec post manifestã vitæ emendationẽ ab eorũ superioribus cum illis ex causa visum fuerit dispensandum; Sed si postquã eas semel dimiserint,intermissum cõsortiũ repetere,aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint,ꝑter prædictas pœnas excõicationis gladio plectant. Nec quæuis appellatio,aut exẽptio ꝑdictã executionem impediat: Clerici verò bñficia ecclesiastica, aut pẽsiones nõ habẽtes iuxta delicti, & cõtumaciæ ꝑseuerantiã & qualitatẽ,carceris pœna,suspẽsione ab ordine, ac ĩhabilitate ad bñficia obtinẽda,alijsq; modis iuxta sacros canones puniant: epĩ quoq;(quod absit) si ab hmõl crimine non abstinuerint, & a Synodo prouinciali admoniti se non emendauerint,ipso facto sint suspensi. Hæc prædicta ferè sunt verba *sacri Concil.Trid.sess.25.de reform. c.14.*

63 Secundũ,ꝙ ipsam clericalẽ dignitatẽ multũ offendit,& contaminat, est ignorãtia,q̃ reputat certorũ malorũ mater;& ideo in ꝑsonis ecclesiasticis summopere est dãnãda;vt expresse apparet *in Concil.Toletano 4.canone 24.& habetur in c.ignorãtia dist.48. Aluarez in Spec.Pontif.c.7. in vltimis verbis cart.mibi 25. Viu. decis. 455.n.3. D.Flam.Paris.in tract. de resign. benef. lib.4.q.vlt.n.18.* vbi dicit, ꝙ ecclesia Dei odit uiros illiteratos, *& lib.5.q.3.n.69.* Vnde Leo Papa in epistola 22. ad Clerũ Constãtinopolitanũ dicebat, si in laicis uix tollerabilis est inscitia,quãto magis in ijs, qui ꝑsunt,nec excusatione digna est,nec uenia. *Et Diuus Hiero. super Aggeum Prophetã in c.2.satis ad propositũ* dixit,sacerdotis officiũ est de lege interrogat⁹ rñdere,si sacerdos est sciat legẽ dñi, si ignorat legẽ dñi,ipse se arguit nõ esse sacerdotẽ Dñi: sacerdotis.n est scire legẽ, & de ea ad interrogationẽ rñdere;& iterũ in *epistola 4. ad Rusticum monachũ* dicebat,si clericatus te titillat desideriũ,discas,ꝙ possis docere,et rõnabilẽ Christo hostiã offeras,ne miles,antequã tiro, ne prius magister sis, quàm discipulus; ut habetur *in c.si clericatus 16. quæst.j.* Et quod scientia omnino requiratur in clericis, et cæteris personis ecclesiasticis liquidissimè deducitur ex ipsa sacra scriptura; ut in euangelio, uos estis sal terræ, *& in Malachia Propheta capit.2.* labia sacerdotis custodient scientiam, et le- 1 gem requirent ex ore eius, *& 1.Pet. capit.2.* Vos genus electum etc. ut uirtutes annuntietis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum; *& 1.Macha.cap.4.* elegit sacerdotes sine macula uoluntatẽ habentes in lege Dei,& Osiæ c.4.Quia tu scientiam repulisti,repellã te,ne sacerdotio iũgaris, *Turrecr.in c.si in laicis dist.38.*ubi dicit,quod de iure diuino requirit sciẽtia in clericis,prout eũ
64 refert Illustris.& Reuerendis. D.Flam.Paris. *ĩ tract.de resignat.Benefi.lib.4.q.4.n.7.*Quod requirit ẽt de iure Canonico,ut habet *in c. oẽs, in fi. 38.dist.& in c.nisi cũ pridẽ,§.pro defectu, & de renũc.* & ex nr̃atib⁹ hoc idẽ dixerũt,*Io.Hugo in tract.de offic.quatuor prælator. rubr. qualiter debeant esse iudices,nu.3.in 13.tom.tract.diuers. p.2.cart.mibi 296. Alphons. Aluarez in Specul. iuris Pontific. c.7. in vlt.verbis cart.mibi 25.Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg.24.nu.4.Iac.de Graff.in decis.aur.p.1.lib.3. c.5.nu.10.* qui dicit, ꝙ licet Glos. in cap. legi in verbo instructio, 16. q. 1. teneat, quod in monacho bonitas,& non scientia sit necessaria,

ria, nihilominus hodie, & monachi, & clerici debent esse scientia ornati; & quod si in laicis ignorantia est damnata, quanto magis debet damnari in viris ecclesiasticis, c. si in laicis, dist. 38. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 425. nu. 47. Io. Hugg. in præcitat. loco n. 3. Et prædi-
65 ctorum ratio est, quia clericorum officiũ est, populum Dei docere, & ab errore eum remouere, d. c. ignorantia, Io. Hugo loco proximè citato Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 2. c. 3. nu. 5. vbi dicit, officium clerici est, docere, & pascere populum, vti gregem sibi commissum, quod dictum fuit originale Iustiniani in nouella 133. ideò si docendi acceptum officium exequi nesciant, in eis culpæ inferiorum refunderentur, Rot. Rom. dec. 881. in antiq. Marches. in tract. de commis. p. 2. c. 8. nu. 33. cart. mihi 557. Et in tantum est vera hæc conclusio, quod ignorantia in clericis sit detestabitis, & omnino debent esse scientia prædi ti; vt si quis clericus inueniretur litterarum omnino inscius præsumatur non fuisse pro-
66 motus, ex quo tales nullo modo sunt promouendi, secundum Iustini: in Authen. quomodo oporteat episc. &c. quæ est in nouella 6. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. n. 48. vbi recenset eiusdẽ nouellæ verba, sed a clericatu, & ordinibus repellendi, c. præcipimus 34. dist. c. fin. de tempor. ordinand. in 6. c. si. de ætate qualit. ordinan. Spec. in tit. de dispensa. §. iusta vers. scias quod est, Decian. cons. 14. nu. 32. lib. 1. & Dom. Flam. Paris. in tract. de resignat. Benef. lib. 4. cap. fi. n. 20. & lib. 5. c. 3. n. 77. dicit, quod illiteratus circa ordines, & beneficia consequenda, est magis odiosus, quàm homicida, allegat Innoc. in c. cum nostris de conces. prabend. & Dec. in c. suscitatus de rescriptis. Et iterum eodem tract. lib. 4. q.
67 4. nu. 5. vbi dicit, quod iste defectus est omnino indispensabilis, allegat Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordinan. Fely. in c. in quæstionis de sentent. excomm. Diaz in pract. crim. canonica c. 18. vers. illiterati, Maiolus in tract. de irregular. lib. 1. c. 32. & Ant. Gambarus in tract. de authoritate le
68 gati à latere lib. 7. n. 458. dicit, quod licet illiterati caracterem ordinis recipiant; monstra tamen sunt, & opprobrium in ecclesia Dei, D. Paris. in tract. præd. lib. 5. q. 3. n. 74. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. n. 2. cart.
69 mihi 99. & clericus illiteratus, non potest obtinere beneficium, Lambert. loco citato n. 1. & per totum, immo si illud iam obtinuisset, & habe-
70 ret, cogi poterit renunciare, & relaxare beneficium, quod iam obtinuerat, Hostiens. in c. nisi cum pridem nu. 14. Bald. n. 3. & alij omnes de renunciat. idem Hostiens. in c. fin. num. 3. vers. sed etiam, de ætat. & qualit. & ordinand. & ibi etiam Abb. Panorm. num. 1. & 2. Fel. in c. si quando nu. 14 de rescript. Alphons. Hoiedo in tract. de incompatib. benef. p. 1. c. 24. n. 29. in fi. Illustriss. & Reuerendiss. Dom. & Præceptor meus in almo studio Romano Flam. Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. n. 20. & 21. vbi dicit, quod hoc probatur etiam, in c. fi. de ætate, & qualit. ordin. & quod hæc conclusio procedit etiam in episcopo, & testatur de commu.* opi. & ratio est
71 quia collatio beneficij facta illiterato, & ignoranti est ipso iure nulla, Innoc. in c. cum nostris: vbi etiam Abb. de concess. præben. idem Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordinand. Fel. in c. per tuas collum. 1. de Simon. Archid. in c. nullus de tempor. ord. in 6. Dom. Paris. in tract. præd. lib. 4. c. 11. nu.
72 19. & lib. 5. q. 3. n. 76. & huius ratio est, quia illiterati sunt incapaces beneficiorum, c. illiteratus dist. 36. c. penitentes dist. 55. Rebuff. in tract. de pacifica possess. n. 261. Alphon. Hoiedo in
73 tract. de incompat. benef. p. 1. c. 24. nu. 28. Archid. in c. si qui 1. q. 7. D. Paris. d. q. 3. n. 25.

Nec est necessaria eminens, exquisita, & su-
74 prema scientia in quolibet clerico, sed sufficit quod sit aliqualis, competens, & mediocris, quæ tamen tanta sit, vt sufficere possit ad munus illud obeundum, & tractandum ad quod est promotus, c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. oportet 8. q. 1. glos. in Clement. 1. §. vt igitur in ve. b. sufficientem, de magistris, Abb. in c. extirpandæ, n. 3. de præben. & in c. venerabilis
75 n. 3. & 8. eod. lib. vbi declarat, quæ sit scientia eminens, quæ mediocris, & quæ sufficiens, D. Flam. Paris. in tract. præd. lib. 4. q. vlt. n. 23. & 24. Cepoll. in repet. l. si contra n. 10. & seq. ff. de vsucap. pro empter. Io. Hug. in tract. de offi. quatuor prælat. rubr. quales debeant esse iudices, n. 4. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 296. Menoc. in tract. de arbi. iud. casu 425. n. 27. & 51. Trotius in tract. de perfecto clerico lib. 2. c. 33. n. 4. vbi cõcludit, q̃ eminens scientia dicitur per quam quis difficillimas qõnes resoluit sine reuolutione librorũ, mediocris cum ipsorũ librorũ reuolutione, cõpetens verò, seu sufficiens dr̃ ea, quæ sufficit illi, de quo quæreret ẽm qualitatem status, in quo reperitur, attento illius officio, & beneficio, & cõsiderata ecclesiastica dignitate; vnde alia requirit, & sufficit in clerico simplici bñficiato, alia in curato, & alia in episcopo; ita cõcludunt in Doctores in d. c. cũ in cunctis de electi; & in d. c. nisi cũ pridẽ, §. pro defectu, de renũt. Trotius in d. c. 33. per tot. Lãbert. ĩ tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. per tot. Gãbarus in tract. de author. legat. de latere, lib. 7. n. 459. Parisius d. c. 11. n. 25. & seq. Et ppea in sacerdotio sufficit
76 scientia canonũ pœnitentialiũ, homeliarũ, &
K hmõi, c. quãdo, & c. nulli, & c. quæ ipsis, 38. dist. c. si decreta, 20. dist. Quod etiam ordinauit Cœlestinus Põtifex Maximus, qui dũ in 3. epistola scriberet ad epos Calabriæ, dixit nulli sacerdotũ licere canones ignorare, qd̃ ex nr̃atibus etiam

etiam notauerunt. *Gliel. Durand. aliàs speculator appellatus in tract. de modo celebrandi generale concilium rub. 30. nu. 2. Gemin. in c. illiteratos col. 1 vers. in presbyteris 36. dist.* vbi etiam dicit, quod non est necesse, vt ij sciãt canones iudiciales, quia ij sunt solum iudices aiarum, & non corporum, *c. omnes de pœnit. & remiss. Menoc. d. casu 425. n. 49. qui ex Ang. in §. hæc de eo in Auth. quo oporteat epis. &c.*) refert Florentiæ fuisse determinatum quod presbyteri debent esse versati in sacris litteris, & ceremoniis, & aliàs fuit cõstitutum in Concilio Toletano, quod sacerdotes omnino callere debeant Theologiam, & canones, *vt habetur in c. 1. & in c. nulli, & in c. omnes 38. dist. & in c. Statuimus 68. dist. Decian. cõs. 14. n. 29. lib. 1.* Circa quod Leo Papa in prima epistola dixit ignorare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonũ regulis est diffinitum, & S. Innocentius etiam Papa in epistola 5. ad Maximum, & Seuerum, Ecclesiasticorum canonum norma nulli debet esse incognita sacerdoti.

77 At in cæteris ordinibus sacris sufficit, vt ordinãdus sciat latinè loqui, & intelligere, quia si hoc nescit, non est promouendus ad subdiaconatus, vel diaconatum, *Dom. de S. Gemin. in c. illiteratos 36. dist. Menoch. d. casu 425. nu. 50*

78 Cæteri vero in minoribus ordinibus assumendis ex dispositione sacri Concilij, Tridentini *sess. 23. c. 11. de reformat.* censentur illiterati, qui latinam linguã non intelligunt, cuius Concilij Tridentini hęc sunt verba, Minores, ordines ijs, qui saltem latinam linguã intelligant per temporũ interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur, ex quibus vltimis verbis, nisi aliud episcopo, &c. Menoch *d. casu 425. n. 58.* infert, quod episcopus poterit arbitrari, qualem promouere habeat, etiã quod latinam linguã non intelligat; Ego vero (salua reuerentia tãti iurisconsulti) prædicta verba intelligo, vt per ea collatum arbitriũ episcopo in submouẽdis interstitijs, quibus interstitijs episcopus ex causa poterit dispẽsare, quod clarius patet in codẽ cap. Cõcilij Tridentini, de quo tamen cogita.

79 In confessarijs autẽ qualis, & quãta requiratur scientia, ponit Iacobus de Graff. *in decis. aur. p. 1. lib. 1. c. 15. per totum, & præcipue n. 2.* vbi dicit, quod confessarius tunc dicitur habere sufficientẽ scientiam, quando scit distinguere inter peccatũ, & non peccatũ, mortale, & veniale ex genere; quia alia penitẽtia est iniungẽda pro veniali, & alia pro mortali, & pro mortalibus alia, & alia secundũ grauitatẽ eorum, & nu. 7. cõcludit quod illiterati non debent admitti ad audiendam confessionẽ; si tamen de facto reperiuntur admissi, poterũt ligare, & soluere, licet tunc peccarent mortaliter acceptando confessionem.

Sed in prælaturis maior optatur scientia, cum prælati debeant esse instructi iure canonico, & sacra Theologia, vel saltim aliquo ipsorũ, *c. qui episcopus, 22. dist. c. 1. & 2. 62. dist. Decian. cons. 14. n. 27. lib. 1.* & licet in prælatis sciẽ-

80 tia eminẽs requiratur, nihilominus sufficiẽs, siue competens tolleratur, quia tunc deffectũ scientiæ, potest supplere perfectum caritatis, *vt not. in c. cum nobis olim, §. pen. de elect. Iac. de Graff. in appendi. ad decis. aur. lib. 4. c. nu. 25.* & modernissimè hodie hoc est determinatũ per sacrum Concilium Trident. *sess. 7. c. 1. & sess. 22 c. 2.* quod non nisi in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel iure canonico ad prælaturam promoueatur; sic etiam in Concilio Basilien

81 si est ordinatum, vt ad Cardinalatus fastigiũ nemo possit assumi, nisi sit magister in Sacra Theologia, vel doctor in iure canonico, vel saltim licẽtiatus, *vt dicit Gambar. in tract. de offi. & potest. legati de latere lib. 7. nu. 80. D. Flam. Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 4 c. 11. nu. 26.* Ex

82 quibus verbis Concilij Tridentini clarissimè patet, quod doctoratꝰ principis rescripto nul

83 lo præuio examine ad dignitates, atq; beneficia ecclesiastica non admittitur; quod etiam est dispositum de iure canonico, vt refert Iac. Benius *in tract. de priuil. iurisc. priuileg. 1. n. 8. p. 2* vbi dicit, quod doctorati per rescriptum principis dicũtur doctorati per abruptum, & quæ scientia requiratur in cęteris ordinibus, & dignitatibus ponit *D. Paris. d. c 11. n. 27. & seq.*

84 Quo vero ad Summũ Pontificẽ dico, quod ex quo ipse est præpositus curæ totiꝰ Christianæ reipublicæ, oportet, vt habeat lõgè maiorem scientiam, quàm alij, *Abb. noster Panor. in c. cum in cunctis de elect. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 1. c. 15. n. 3.* vbi dicit, quod pro eo sufficit præsumptio iuris, qua præsumitur habere oĩa iura in scrineo pectoris, *c. 1. de constit. in 6. & ibi gl. in verb. habere, in fi.*

Quam quidem scientiam, & literarum experientiam cõsiderans sacrum Conciliũ Triden. *sessio. 24. c. 12.* (licet non præceptiue, sed

85 hortatiuè) disponit, vt in prouintijs, vbi cõmodè fieri põt, dignitates oẽs, aut saltim dimidia pars canonicatuũ in catridalibus ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, vel ẽt licẽtiatis in theologia, vel iure canonico. Et prædictorũ rõ est, quia viri scientia pditi melius inseruiũt

86 ecclesiæ, eiusq; iura defendũt, q̃ simplices, & idiotæ, *c. cum ex eo de elect. in 6. & voluit Fulgos. in l. qui sub prætextu C. de sacros. eccles. quem referendo sequitur Decian. dicto cons. 14. num. 26. & 30. lib. 1.* Hinc dicebat *Io. de Lignan. in tract. de plurali. benefic. relatus ab eodem Decian. in cons.*

præ-

prædicto n. 37. quod plus prodest vnus doctus
decem ecclesijs, quàm decem in docti vni ec-
87 clesiæ, ad quod dicendum mouetur per text.
in c. constitutis il 2. de app.

Vnde cum Ecclesia Dei maxime viris lit-
88 teratis indigere dignoscatur, per quos mun-
dus totus illuminatur, c. cum ex eo de elect. in 6.
c. fi. de magistris, Auth. habita, vbi Doctores, C. ne
fil. pro patre, gl. in extrauag. execrabilis Ioannis 22
in verb. viris literatis de præbend. & dignit. Mar-
chesi. in tract. de commissio. p. 2. c. 8. n. 33. cart. mi-
hi 557. Do. meus Parisius in tract. de resign. lib. 4.
89 c. 11. n. 17. ob id multum fauet ipsis viris lite
ratis, eisq; multa concedit priuilegia, c. de mul
tis in fi. de præb. vbi Abb. idē Abb. in c. licet eo. tit.
& Gemi. in c. cū ex eo, de elect. in 6. satis ad propo
situm dixit, quod expositum per clericos ra-
90 tione studij, dicitur expositum in vtilitatem
ecclesiæ, sequitur Fel. in c. cum M. Ferrari. in gl. in
ver. per industriam de constit. Dec d. cons. 14. nu.
34. lib. 1. vbi etiam ex Hostiens. in proœ. suæ sum-
mæ in §. vnde, vers. ciuili, dicit, quod studijs ca-
91 nonum incumbentes non parum merentur,
quod dictum refert, Ias. in l. 1. in pen. col. ff. de iu-
sti. & iur. & ideo ex hac causa motus in c. 18.
sessio. 23. de reform. sacrum Tridentinum Con-
cilium determinauit, vt in qualibet diœcesi
erigatur vnum seminarium pro instruendis
adolescentibus, quod prius fuit exequutum
per Gregorium Decimum tertium Pontificē
Maximum, qui tum in Alma Romana vrbe,
92 tum etiam in diuersis alijs externis prouin-
cijs multa erexit seminaria, & diuersarum na
tionum, ex quibus seminariis quotidie mul-
ti, atq; multi producuntur viri doctissimi in
diuersis professionibus, & præcipue in sacra
Theologia, & in hac vrbe Panormi pro exequ
tione eiusdem sacri Concilij fuit erectum se-
93 minarium propè palatium Archiepiscopale
per quondam Illustriss. & Reuerendiss. Don
Cæsarem Merulla Messanensem huius vrbis
dignissimum atq; vigilantissimum Pastorē,
virum quidem magnæ experientiæ, & irrepre
hēsibilis vitæ, cuius anima requiescat in pace.

94 Et eandem rationem dicimus, quod legatū
factum alicui pro se manutenendo in studio,
vel pro emendis libris causa studij, dicitur
pium; scribentes omnes, & præcipuè Ripa, & Soc.
iun. in l. 1. in fi. ff. sol. matr. Rim. iun. cons. 117. nu.
13. & 14. lib. 2. Hond. cons. 57. n. 9. lib. 2. Caualc.
in tract. de vsufr. mulier. relicto n. 226. vbi dicit,
95 quod ex tali legato non detrahitur falcidia, si
legatum est pro studio Theologiæ, Surd. in tra
cta. de alim. tit. 5. q. 20. n. 9. Tiraq. in tract. de pia
causa in præfati. vers. item relictum causa studij;
Doctores in Auth. habita C. ne fil. pro patre, Decia.
cons. 14. n. 12. lib. 1. Bartius dec. 25. n. 19. Adden.
ad Bar. in l. fideicommissa, §. Sticus in lit. A, ff. de le
gat. 3. Ias. in l. 1. ff. sol. matr. vbi hoc limitat in
studio sacræ Theologiæ, & in l. apud §. constat
nu. 15. & 16. ff. de legat. 1. Horatius Lucius in tra-
cta. de priuil. scholarium priuileg. 1. in 18. tom. tract.
diuers. cart. mihi 72. vbi dicit, quod hoc idem
procedit in studentibus iuris ciuilis, quæ oīa
dicta in studentibus sacræ Theologiæ proce-
dunt etiam in studentibus iuris canonici; q͂a
hodie ad ecclesiam bene regendam non mi-
96 nus prodest ius canonicum, quam Theologia
Hostiensis in c. 1. quem alij Doctores sequuntur, de
consang. & affinit. Iac. Benius in tract. de priuil. iu-
risconsult. priuil. 15. n. 4. p. 1. immo (quod plus est,)
idem Hostiens. & Io. Andr. in d. c. 1. dixerunt, q͂
97 ecclesia Dei non posset regi per puram, & so-
lam Theologiam absque facultate canonica,
quod dictum refert, & sequitur Euerard. in to-
pica iuris in loco ab author. n. 8. & ex Theologis hoc
idem dixit Melchior Cano. in tract. de locis Theolo-
giæ lib. 8. c. 6. dum voluit scientiam iuris cano-
nici esse necessariam Theologis, maxime ad
interpretationem iuris naturalis, & diuinis
quod secus est quò ad spiritualitatem, & tui-
tionem fidei, ita Mart. de iurisdict. p. 2. c. 7. n. 15
& Iacob. de Graff. append. ad decis. aur. lib. 4. c. 1.
n. 45. dicit, quod Prælatus dēt esse magis do-
98 ctus in iure Pontificio, quam in Theologia; &
ideo cū Episcopus examinatur, dēt examina-
ri super iure canonico; & dicit ēt, quod bonus
99 Canonista poterit prædicare; & iterum eo. lib.
c. 4. n. 16. dicit, q͂ Prælatis est multum necessa
ria scientia iuris canonici, cum tendat de di-
100 recto ad regimen animarum, & Siluest. in sum-
ma in verb. doctor. nu. 4. 5. ius Canonicū, Theo
101 logiam practicam appellauit, Benius in tracta.
de priuil. iurisconsult. priuil. 15. n. 4. p. 1. Hinc fit
102 quod doctor in iure Canonico præfertur in
collatione beneficij doctori in Theologia, qn̄
beneficium est in partibus, vbi nulla adest hę
resis, vel hæresis suspitio, prout est in isto Re-
gno Siciliæ, Fel. in c. fi. n. 2. de magistris, Euerard.
in topica iuris in loco ab authoritate nu. 8. Trotius
in tract. de perfecto Clerico lib. 2. c. 33. nu. 6. Io. Lo
pez in repet. c. per vestras in 3. not. §. 26. nu. 16. de
donat. inter virum & vxorē, Rebuff. in concordāt.
Galliæ tit. de reg. ad prælaturas nominat. in glos. in
verb. licentiatum & in c. postulasti, nu. 204. de sent.
excom. Iac. de Carolis in gemmato pauone in cons.
vnico, post proœm. n. 14. Io. Bojas in tract. de hær.
p. 1. n. 389. Petr. Lesnader. in tract. de priuil. Docto-
103 rum p. 3. q. 1. cart. mihi 24. vbi ēt dicit, quod do
ctor Canonista præfertur doctori iuristę, & q͂d
doctor in vtroq; præfertur in vna tantū scien
tia doctorato; quod dictum deducitur ex tex.
in c. 1. de tregua & pace; & in l. fi. C. de adopt. &
voluit gl. in c. placuit 16. dist. cum alijs adductis per
Tiraq. in tract. de nobil. c. 5. nu. 8. Iac. Benius in d.
tract. de priuil. iurisconf. p. 3. priuil. 1. n. 25. & 27.
vbi

vbi dicit, quòd si quis in vno studuerit, & in vtroq; promoueatur, vt sunt aliqui qui doctorantur in iure pontificio, qui tamen prorsus canones ignorant, per hoc non debent præferri doctoribus iuris Canoni, ex quo gradus ille est inualidus, *allegat Anch. in c. 1. col. 2. de parroch. Oddo cõs. 14. n. 36. lib. 1. Io. Staphil. ĩ trac. de prærogat. expectat. §. seu sectione, secundo principaliter n. 21. Petr. Rebb. in tract. de nominat. q. 5. n. 9.* & litteratus cæteris paribus ad dignitates, & non alia officia est præferendus, *l. 2. C. de pact. Paul. Montan. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 161.* & litteras nescire dicitur, qui nescit legere, & scribere, vt *idem Montan. nu. 160. referẽs Borellum cons. 16. per tot.* Et reddeundo ad nostrum institutũ scilicet, quod Clerici debẽt esse litterati, dico, quod licet aliàs *in c. extirpandæ §. qui vero, de præbend.* sit cõstitutum; vt oẽs beneficiati, qui habent curam animarum, teneantur in propriis ecclesijs residere, aliàs pri-
104 uantur fructibus ipsorum beneficiorum, *c. tuę fraternitati, de cler. non resident. Gl in c. cum oẽs, in princ. de constit.* quia ex eo beneficia conferuntur, vt omnibus derelictis Dei Opt. Max. ministerio inhæreant, *l. generaliter in fi. C. de episc.*
105 *& cler.* nihilominus tamẽ clericus, qui est absens causa studii, & existit in publicis gymnasijs, habetur pro præsente, & pro residẽte; nec
106 poterit beneficio priuari propter talem non residentiam, & fructus ipsius beneficij consequitur, prout præsentes, præter distributiones quotidianus, *est tex. in c. super specula, & ibi communiter scribentes de Magistris, Abb. Pan. in d. c. tuæ fraternitati, & in c. relatum, de clericis non residentibus Fel. in c. fi. de Magistris, n. 2. vbi etiã Io. Andr. nu. 8. & Socy. n. 8. idem Abb. Panor. in c. licet nu. 5. vers. an autem studens de præbend. Oldrad. cons. 17. per tot. Ant. Piaggia in tract. de cõsuetud. q. 11. n. 262. Decian. in pluries citato cons. 14. nu. 36. lib. 1. Staffileus in tract. de litteris gratiæ in tit. de vi & effectu clausulæ vers. post dicta verba nu. 2. Cephal. cons. 83. nu. 6. lib. 1. Paul. Fuscus in sing. lit. A, nu. 3. Pet. Lesnauder. in tract. de priuil. Doctorum p. 2. §. 22. cart. mihi 21. Lælius de Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuileg. 77. n. 7. Menoch. in tract. de arbi. iudicum casu 425. n. 27. Bar. in l. quæsitum nu. 3. ff. de leg. 3. & in l. si cui annũ, ff. de annuis legatis. Doctores cõiter in l. 1. ff. sol. mat. Horat. Lutius in tract. de priuileg. scolarium priuil. 10. in 18. tom. tract. diuers. cart. mihi 73. Graff. in append. ad decis. aur. lib. 4. c. 4. n. 17. Iacob. Benius in tract. de priuilegijs iurisconsultorum p. 1. priuil. 15. n. 1.* vbi dicit, quod licet aliqui tenuerint, quod hoc vendicabit sibi locum tantũ in studentibus, nihilominus veritas est, vt procedat etiam in professoribus ob vniuersalem vtilitatem ecclesiæ, & n. 8. dicit, quòd si absens est pauper obtinebit etiam distributiones quotidianas, & est Regulare, quod absens causa studii, habet pro præsente, *l. quæsitũ, & ibi Bar. ff. de legat. 3. l. Seiæ, §. Pãphil. ff. de fundo instruct. Horat. Lucius d. priuil. 10.* Et prædictæ conclu-
107 sionis ratio est, quia absens causa studii, dicit abesse propter publicam vtilitatem, Bal. *in l. sed & si per prætorẽ in prin. ff. de rest. in integr. vbi etiam Alber. n. 3. Dec. in c. ex literis, n. 9. de constit. Boer. dec. 16. n. 20. & 22. Ant. Vsillus in §. rursus, n. 5. instit. de act. Oddo in tract. de rest. in integ. q. 7*
108 *art. 14. n. 123.* Vnde is talis gaudet cõmodis, & priuilegiis eorum, qui præsentes sunt, *c. de quibusdam, & quod ibi not. Gl. Archid. & D. de S. Gemin. 37. dist. c. fi. de magistris, c. 2. de priuil. in 6. c. licet de pręben. Oldr. cons. 220. in fi. Calder. cons. 8 de offic. leg. cũ alijs, quos allegat Horat. Lutius d. priuil. 10. Oddo d. q. 7. n. 121. & seq.* vbi dicit, quòd
109 poterit restitui in integrum, & multa cõgerit circa absentiam causa studiorum, prout obligari monasteriũ pro nũtio ex causa necessitatis in studio, quãdo ibi manet de licẽtia, & dispẽsatione abbatis, *Abb. in c. quanto, n. 5. de offi.*
110 *ordin. & in c. cũ contingat n. 24.* de foro cõpetẽt. secus extra causam suæ necessitatis, vt ibi Abbas. Et supradictorum rõ ea est, quia scilicet non minus dicuntur seruire ecclesiæ ij, qui docent, vel studẽt, q̃ cęteri diuinis officiis interessentes, *Abb. in c. licet in fi. de præbendis,* & ista dispensatio, seu priuilegium absentibus cau-
111 sa studii dicitur esse secundum ius; *Gamb. de offic. legat. cart. 219. n. 56.*
112 Et non solum clerici debent esse versati in sacra Theologia, & iure Põtificio; sed etiã debent scire humanas literas; *Turrecr. in c. 1. n. 1. 36. dist.* Vbi dicit, quòd eis licet erudiri literis
113 sæcularibus, & si haberet aliquod officium in ecclesia debet oĩno scire quod pertinet ad tale officium; vt si est cantor debet habere sciẽtiã cantus, & sic de similibus, *Card. Alex. in c. illiteratos 36. dist. Io. de Selua in tract. de bencfi. p. 3. q. 5. n. 56. in 15. to. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 56.*
114 Et hoc ita, & taliter dẽt scire, quod aliter eorum ignorantia est peccatum mortale, *Siluest. in sum. in verb. ignorantia n. 8. Gaeta. & Rosell. ĩt in suis sũmis in eod. verb n. 1. & Armilla in d ver. n. 3. Sebast. Medices in summa de peccat. p. 1. tit. 5 q. 37. in fi.* vbi dicit, ꝙ isti tales peccãt in omittendo, quia ommittunt scire ea, quæ ad eorũ officiũ spectant; *& ideo Cardin. in Clem. 1. in 2. q. de celebratione missarũ, quẽ sequitur Bertach. in suo repertorio in ver. clericus dicẽs officiũ,* affirmauit,
115 quod clericus dum recitat officium, si illud non intelligit, peccat; quia hoc scire tenetur, *Io. Batt. Costa in tract. de ignoran. iuris, & facti regul. 2. num. 1.* vbi dicit, quòd ignorantia
116 non excusat, quem decet ex officii ratione inuestigare; & ideo iudex iudicans cõtra ius clarum, & expressum, per ignorantiam & imperi-

117 tiam, tenetur quasi ex maleficio, & facit litē suam, *vt instit. de obl. quæ ex delict. nascun. in prin. & in l. ex maleficijs, §. si iudex ff. de act. & obl. Bar. & alij in l. fi. C. de pœnis iud. qui male iud. Natt. cōs. 172. n. 8. lib. 1. Paris in tract. de sindic. in verb. iudex male iudicans c. 2. n. 1.* vbi dicit, quòd ignorantia iuris ciuilis, uel canonici, vel positiui
118 iudicem non excusat a toto, licet a tanto, & quod punitur si male iudicat, *allegat tex. in l. si iudex de varijs cognit. l. si filius de oblig. q̄ ex quasi malefic.* & iterum dicit, quod talis ignorātia, & imperitia æquiparatur culpæ; *l. si quis fundum, §. si quis vitulos, ff. locat.* Quia turpe est in iudice ignorantia iuris, in quo versatur; *l. 1. §. seruus, ff. de origin. iuris, Iulius Cæsar Imbrianus in tract. de iudice regni, dialogo 2. n. 44.* qui di
119 cit, quòd ignorantia quò ad eos, qui aliis pesse volunt in detestabilium numero, & plus vltra computabitur, cum in iis, nec excusatio ne, nec uenia digna sit; *c. scriptura de consecrat.*
120 *dist. 2. c. fi. 37. dist. & iterum n. 72.* dicit, quod debet puniri arbitrio iudicis; & quod nō dicitur extra culpam, *allegat glosā magnam in l. si quis per imperitiam, ff. de euict. Farinac. in tract. crim. p. 3.*
121 *q. 87. n. 47.* vbi dicit, quod iudex, q culposum homicidam ad mortem indebitè condemnauerit propter imperitiam, debet & ipse decapitari, *allegat Dec. in l. in actionibus, nu. 19. vers. adde etiam casum ff. de in lit. iurand. Mars. in l. lege Cornelia, n. 4. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Sal. in l. 1. n. 5 in fi. vers. fallit ratione officij, C. deposit. Bertach. in reper. in verb. culpa lata sub n. 21. Diaz reg. 540. in 5. & 6. lim. Pet. à Plaza in epit. delict. c. 26. n. 4 vers. qd si neglīgētia medici, Farin. q. 111. n. 379. vbi allegat Io. Fab. in §. 1. n. 2. vers. si tamen per dolū in sti. de obl. quæ ex quasi delict. nascu. Alber. in l. 2. n. 2. in fi. & nu. 3. ff. quod quisq; iuris, Bal. in rub. de pœnis iud. qui male indica. nu. 6. & alios doctores, breuitatis gratia prætermittam: & iterum eadem q. 111. n. 479. Carau. latè in trac. de loca. & conduct. p. 4. q. 3. per tot. cart. mihi 163, & seq. & iterum p. 5. in tit. de septimo gradu accidentalium n. 1. car. mihi 245.* & quod dictū est de iudice procedit in quolibet artefice, qui si per imperitiā, & igno-
122 rantiā errauerit in eo, ad quod est cōductus, tenetur omne damnū emēdare; quia ex quo locat operas suas, qui detur asserere se esse in illa arte peritū, *§. imperitia, & quod ibi not. Io. Faber & cæteri scribentes instit. ad l. Aquil. Caualc. dec. 26 nu. 5. lib. 1. Carpan. super statut. Mediol. p. 2. c. 398 nu. 220. Iulius Cæsar Imbrian. in d. tract. de iudice regni dealogo 2. nu. 73. Caroc. in tract. de locat. & & conducto, p. 4. in tit. de imperitia agrimensoris p totum, & in titulis sequentibus etiam per totum car.*
123 *mihi 164. & seq. quod etiam procedit in medico, qui si per imperitiam, & ignorantiam ægrotum occiderit, tenetur de occiso; & poterit puniri pœna vltimi supplicij; Ripa in tract. de peste in tit. de remed. ad curandam pestem, num. 66. Gomez in 3. tom. variar. resolut. c. 3. nu. 16. in fi. vers. & idem est in medico, vel Chirurgico Petr. a Plaza in epitom. delict. c. 26. nu. 4. in princ. & in vers. quod si negligentia medici, cum alijs, & quos congerit Farinac. d. q. 87. nu. 45.* & si infirmus non moreretur, tunc teneretur ad interesse, *Glo. in § præterea Instit. ad l. Aquil. Fely. in c. tua nos de homoc. Additio ad Dynum in reg. non est culpa in 6. Benintend. dec. 9. Caroc. in tract. de locat. & conduct. p. 7 tit. de septimo gradu accident. nu. 8. cart. mihi 245. Caualc. dec. 26. n. 16. lib. 1.*

Et vt reuertar ad meū institutū, dico, quod
124 ignorantia nō solum in clericis; verum etiam in sæcularibus est causa peccati, *D. Thom. in 2. 2. q. 76. art. 1. & 1. q. de malo, q. 3. art. 6. & in 2. dist. 22. art. 4.* & si est voluntaria, non excusat peccatum, *c. excellētissimus 11. q. 3.* & præcipui in ijs, quæ quis scire tenetur, de pertinentibus ad fidem, de quibus per S. Thom. in 2. 2. art. 5 & 38. dist. c. scisma & ibi gl. 24. q. 1. vbi habetur, quod si quis propter ignorantiam errat in articulis fidei, non excusatur; ex quibus apparet quam diabolica fuerit illa Iuliani Apostatæ Imperatoris inuentio, qua præcepit, vt
125 nullus Christianus admitteretur in generali studio ad docendum, vel addiscendum, *vt meminit Cassan. in Catalag. glor. mundi p. 12. consider. 17. vers. Iulianus:* & plusquam diabolicum fuerit institutum additum a pessimo illo hæretico Ioanne Kucileff. in suo errore 29. qui in eo damnabat vniuersitates, studia, collegia, graduationes, magisteria; cuius erroneum dictū merito dānauit Martinus V. Pontifex Maxi. per suā Bullā, de quo errore, & contra illū scri
127 bit Alphonsus de Castro aduersus hæreses in verb studia generalia. Et p cōclusione, dico, quòd clerici laicis scientia pcellere habēt, *Turrecr. in c. qualis n. 2. 8. q. 1. Aluarez in speculo iuris pontifi. c. 7. in vlt. verb. car. mihi 25.* Sed nō ppea simplices sacerdotes, q doctrinā nō habēt, nō sunt honorandi, & venerandi: *dicit enim tex. in c. cū ex iniuncto §. licet, de hær.* quod non est simplicibus sacerdotibus etiā a scolasticis detrahēdum, cum in eis sacerdotale officiū debeat honorari, *Durād. in rōnale in prohe. n. 5.* & est faciēdū prout facimus de aliquib⁹ magnatibus qui licet sint ignari, & ignarissimi, nihilominus quia sūt nobiles, titulati, vel diuites, ab oī b⁹ obsequiātur, & venerātur; & sic patet quod potius veneratur dignitas in qua reperiūtur, quam qualitas personæ exposceret.
128 Vnū tamen non ommittam quod vbi Doctor in sacra Theologia, in iure canonico, vel ciuili est promouendus ad aliquē ordinem, dignitatem, officiū, vel beneficiū, non esset examinādus, licet aliàs in tali gradu, & beneficio obtinendo requireretur examen, quia semel

appro-

approbatus non deberet amplius examinari
129 nisi aliter cautum esset, & merito pluribus de causis *c. de Petro 47. dist. Petrus Laderan. in tract. de priuileg. Doctorum p. 4. q. 28. Petrus Cenedus in collectan. iuris canon. p. 1. collect. 15. n. 3. cart. mihi 23. Iulius Cæsar Imbrian. in tract. de iudice regni, dialog. 2. n. 85. Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconsf. p. 2. priuileg. 31. n. 1.*

130 Tertium, quod non parum offendit dignitatem clericorum, & ecclesiasticarũ personarũ est Auaritia, quæ idolorum seruitus appellatur ab Apostolo *ad Ephes. c. 5. & est tex. in c. cum omnis prima q. 1. c. auaritiæ; vbi Doctores de præ-*
131 *bend.* Namque secundum sanctum Gregoriũ, in moralibus li. 9. c. 2. auaritia est radix cũctorum malorum, *vt habetur in c. bonorum 47. dist. & clarius adnotauit gl. in c. quia radix de penit. dist.*
132 2. Et cũ sit malorũ omnium causa à sacerdotibus, & viris ecclesiasticis omnino est fugiẽda; ne in ipsis verificetur, quod Micheas Propheta dicebat, c. 3. ibi; sacerdotes eius in mercede docebant, Hinc Maguntinum Conciliũ canone, 10. clericos admonebat dicẽdo, amorem pecuniæ quasi matrẽ cunctorũ criminũ,
133 *c. his igitur 23. dist. & in c. viuũ. 47. dist.* dicitur virũ catholicũ, & præcipue Domini sacerdotẽ nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari: Immo sacrũ Conciliũ Tridẽt.
134 sess. 21. de reformat. c. 1, vult, vt non solũ auaritiã à ministris ecclesiæ arceri; verũ etiã eius suspitionẽ, *quod etiam tradiderunt Diuus Ant. in summa p. 3. tit 13. c. 3. §. 11. Trotius in tract. de perfecto clerico c. 51. nu. 12. & seq. lib. 2. Marc. Ant. Marf. columna in tract. de reddit. ecclesiast. p. 2. c.*
135 *20. n. 12.* Ignominia namquè sacerdotis est, proprijs studere diuitijs; *c. gloria episcopi 12. q. 2. Areletan. Concil. prim. canon. 12. & Concil. 2. canon. 14. & Concil. Cartag. primũ canon. 13. & Concilium Aquisgranense tẽpore Ludouici Pij, celebratũ canone 61. & Conciliũ Parisien. tẽpore Gregorij IV.*
136 *Summi Pontificis in lib. 1. cano. 13.* Cæca enim hæc animi passio, & inordinata cupiditas, & auaritia passim non nulla damna, & scandala generat. Quod si generaliter in omnibus ex traditis per sanctũ Ant. in summa p. 2. tit. 1. c. 1. & seq. præcipue tamen in viris ecclesiasticis maiora producet; vt in pluraliter beneficiorum; præbendarum, & dignitatum colligi poterit, vt ad saturitatem de pluralitate bene-
137 ficiorũ scripserunt, *Io. de Lign. Nicolaus Gimonteus, & alij, S. Ant. vbi sup. p. 3. tit. 15. c. 1. per totum, & præci. §. 6. Sotus in tract. de iustit. & iure lib. 3. q. 6. art. 3. Trotius in d. tract. de perfecto clerico, lib. 2. c. 45. & 46. Lamb. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 15.* & licet ex dispẽsatione Sũmi Pontificis aliqui obtineãt plura beneficia nihilominus hæc dispẽsatio vt plurimum est potius extorta per exquisitos modos, & subreptitie impetrata, quã legitime obtẽta, prout aduertit Ioãnes Papa 22. in extrauag. execrabilis de præben. & vt plurimũ impetratur sine causa, vt cõsiderat Petrus Rebuff. *in concordãt. Galliæ in tit. de forma mandati Apostolici in Glos. in verb: dispensationũ vers. vnũ tamen dicebat,* quo casu ita dispensati sine causa nõ sunt tuti quò ad Deum, *Glos. in cap. non est, in verb. adimplere, de voto. Nauar. in Manuali, c. 12. n. 76. vers. nemo, Couar. in 4. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 9. n. 7. Io. Rojas in epit. succes. c. 23. n. 8.*

Et non solum auaritia aliquorũ clericorũ inducit eos ad obtinẽdum plura beneficia per fas, & nefas, & cum illegitima dispensatione, & sine, ita, & taliter, quod alij abbundãt, & cũ maximo omniũ scãdalo, pompis, ac vano apparatu, & famulorũ caterua exuberãt; alij vero esuriunt, & quotidie fame affliguntur, eosdẽ etiã ad simoniã pronos facit, qua spiritualia, & diuina, sicut terrena vẽdunt, & emunt,
138 prout videtur innuere S. Antoninus in summa, qui immediate post tractatum de auaritia, statim ponit tractatum de simonia, quasi per cõtinuationẽ dicat, quia propter auaritiã deuenitur ad simoniã, ita habetur, p. 2. tit. 1. c. 4. & seq. vnde à clericis, & personis ecclesiasticis summopere est fugienda auaritia, quę (secundũ Alphonsum de Castro in tract. de iusta hæreticorũ punitione, lib. 3. c. 1. vers. altera hæresum radix; & secundũ Corradũ Brunum, *in tract. de hæret. lib. 1. c. 5. n. 22. & seq.* est vna ex
139 præcipuis causis hæresum in ecclesia Dei; ex quo. n. in ecclesijs sicut in Romano Imperio creuit auaritia, perijt lex de sacerdote, & visio de Propheta, ita dixit S. Hieronymus, prout est relatum, *in c. diaconi sunt, §. nunc autem vers. hincq; cogitant propter sacerdotum auaritiã 93. dist:* Ideo pro sedanda tali mala opinione, caueãt clerici ab isto peccato, vt reddant omnino mẽdaces eos, qui dicere solẽt clericorũ auarissimum genus, prout dixit Socin. sen. cons. 15. num. 18. lib. 1.

Et non solum clerici debent esse casti, & literis ornati, & non auari, vel tenaces, verũ etiã debent habere multas alias optimas partes, &
140 qualitates, & Primo debent esse sobrij, & honesti, & à crapula penitus alieni, ne sint de numero illorũ, de quibus dicit Apostolus ad Philipp. 3. quod sunt inimici Crucis Christi, propterea quod eorum Deus venter est, à quibus decet nos caueri, vt habetur in cap. a crapula de vit. & honest. cler. c. vinolẽtũ, & c. ante omnia 35. dist. circa quod idem Apost. ad Colossenses scripsit, nemo vos iudicet in cibo aut potu; & ad Ephesios, c. 5. nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & Lucæ c. 21. Christus discipulos admonebat dicens, Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra

crapula, & ebrietate, quod & sancta mater Ecclesia quotidie admonet in hynno primæ horæ canonicæ, dum dicit carnis terat superbiã, potus, cibique parcitas: immo dũ ponit en-
141 comia sanctorũ confessorũ in hinno vesperorum ipsorum dicit sobrius, castus, &c. & ideo Abb. noster Panormitanus, *in d. c. a crapula nu. 2. de vit. & honest. clericorum* dicit, quod cleri-
142 cus assiduè se in ebrians peccat mortaliter, *& hoc per tex. notabilem in c. vinum & alias, dist. 25. quem sequuntur Ripa in l. generaliter n. 72. & 73. C. de reuocan. donati. Ant. Scappa in tract. de iure non scripto c. 63. n. 5. lib. 1. Sebast. Medices in summa de peccatis tit. de concord. canon decretaliũ, art. 4. cart. mihi 20. Moscon. in lib. de maiest. militant. eccles. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. idem dicit in capitulo car. mihi 408. Anch. in d. c. a crapula n. 3. Vital. in Clement. 1. vers. eis in vestibus n. 6. de vit. & honest. cler.* qui dicit, ꝙ religiosis excessus cibi, & potus est interdictus, & in *Clem. 1. n. 47. de celebrat. missar.* & dicitur excedere, & sine mensura bibere, qui vltra trinam vicem in prandio, vel cœna bibit, *c. quando 44. dist. Ripa in d. l. generaliter n. 72.* Et propterea in Agatensi Concilio fuit dispositum; vt clericus, de quo con-
143 stiterit fuisse ebrium, aut triginta dierum spatio a communione sub moueatur, aut corporali supplicio subdatur, *ita est relatum in c. si. 35 dist. Hostien. in summa tit. de tempor. ordinand. §. & cui, vers. pœna autem*, vbi dicit, ꝙ si episcopus presbyter, uel diaconus immoderatæ potioni
144 vini operam dederit, si vtiq; non desistant, deponũtur subdiaconus, uel inferior, siue clericus, siue laicus, c. si episcop⁹ 35. dist. & si clericus monitus nõ destiterit a crapulis, & multa vini potione, ab officio & beneficio poterit suspendi: ut in *d. c. crapula de vit. & honest. cler.* & ne clerici crapulis, ac uinis se immergerẽt, est dispositum, in c. non omne, & in c. nulli, & in c. clerici 44. dist. & in c. clerici de vit. & honest. cler. Quod clerici non debent in ta-
145 bernis comedere, & eas introire, nisi hoc necessitatis causa faciant, ut si essent itinerãtes, uel in partibus externis, & in proprio domo non haberent sufficiẽtem commoditatẽ, *Turrecr. in præcitato, c. clerici, Card. in Clem. 1. q. fin. de vit. & honest. cler. Purpur. cons. 135. n. 10. Rosell. in summa in verb. clericus, il 2. nu. 1. Port. cons. 84. n. 9. Bertach. in suo reper. in verb. clericus potest ingredi, Io. Franc. Pauin. in tract. de visitat. p. 2. q. 9. n. 58. in 14. tom. tract. diuers. cart. mihi 209.* Nec
146 ualet consuetudo permittens clericos tabernas introhire; & in eis comedere posse, quia hæc esset corruptela, & non consuetudo, licet excuset, Purpur. *cons. præd.* 135. *nu.* 10. lib. 1. Et
147 ratio est, quia hæc consuetudo esset contra bonos mores, & per consequens inualida, Abb. Panor. *in c. cum inter n. 3. de consuet. & in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordinar. & in c. quod super n. 4. de consang. & affini. & in c. tua nobis de decim. Ias. in l. more, n. 5. ff. de acq. poss. Vinc. Caroc. dec. 111. n. 23. Benuenut. Stracca in tract. de mercatura in tit. de sponsion. n. 7. cart. mihi* 142. Alia est
148 ratio, quia consuetudo, quæ disponit contra dispositionem iuris canonici, est etiam nulla, & non ualet, *c. cum causam de re iud. Petr. Aug. Morla in emporio vtriusque iuris p. 1. tit. 2. q. 22. n. 8. Mars. in prac. §. quoniam n. 98. Rocc. de Curte in repet. c. fi. n. 53. de consuet. Caroc. d. dec. 111. nu. 12. Petr. Asin. pract. q. q. 5. n. 7. Io. Vasm. cons. 18. n. 7. de electiõ. & cons. 226. n. 4. de præbend. & di-*
149 *gnit.* Et ad hoc ut clericus ex tali excessu possit puniri, debet prius moneri iuxta dispositionem sacri Concilii Tridentini, *c. 6. §. eos sess. 21 de reform. & ex nostratibus dicit Franc. Monald. cons. 74. n. 11. lib. 1.* Et non solum non debent comedere in tabernis; sed etiam debent fuge-
150 re publica conuiuia, Iac. de Graff. *in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 7.* & solitam nimis edẽdi curam, *S. Ant. in summa in 2. p. tit. 6. c. 1. §. 5. & per tot.* ubi dicit, quod cura edendi consistit circa
151 quantitatẽ, qualitatem, studiositatem, auiditatẽ, & importunitatẽ ciborũ; & ideo diues ille, de quo per S. Lucam c. 16. non fuit sepultus in inferno, quia simpliciter edebat; sed quia splendidè epulabatᷣ: & rõ cur clerici debent esse sobrij, est, quia nimia perceptio uini, & cibi, luxuriam, & non naturã substẽtat, *& nutrit; ita dicit Prosper. in lib. 2. de vita cõplatina, c. 22.* iuxta illud S. Pauli ad Ephesos, c. 5.
152 nolite ebriari uino, in quo est luxuria; Ceres nãque, & Bacchus prouocant uenerem, *c. venter, & c. luxuriã 35. dist.* & etiã apud idiotas dr.
Sine Cerere, & Baccho friges Venus.
153 ultra quod nimia ciborũ cogitatio maximã animi perturbationẽ generat, *ut dixit gl. in l. 1. in verb. epulis, C. de comitib. Consistorianis, lib. 12 quem refert Boer. in addit. ad tract. de auctor. magni Concilij, n. 3. in verbo cibaria.*

Secundo debent esse parci, & honestã par-
154 simoniã seruare, *c. parsimoniã 41. dist. Gendislaus Villadego in tract. de legat. q. 7. n. 20. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi* 261. & hoc vt parcè viuendo, Deo Opt. Max. fructificent, dispensando bona sibi superflua pauperibus, iuxta tradita per *Port. cons. 34. nu. 3. & 4.* & ideo debent vti honestis vestibus iuxta eorum qualitatẽ, conditionẽ, & dignitatẽ, ẽt nõ fulgidis,
155 pretiosis, ac põposis; vt per decentiã habitus extrinsici morũ intrinsicã honestatẽ ostẽdãt, *iuxta Clemen. 2. de vit. & honest. cler. Petr. Baisius in directorio electionum, p. 2. c. 7. n. 4. in 15. to. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 387. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 6. in fi.* qui dicit, vbi pompa, ibi humilitas non habet locum, *Menoch. cons. 912. n. 23. lib. 10.* qui dicit, quòd clerici

rici non debent vti vestibus sericis, *Rosell. in summa in verb. clericus, il 1. n. 2.* vbi asserit, quod
156 clerici non debent deferre vestes incisas, & lingulatas, scilicet frappatas ad modum ioculatorum, nec varij coloris, *Patian. in tract. cui imcumbat onus probandi negatiuam, lib. 2. c. 34. n. 34.* 38. vbi dicit, ꝙ in vestitu clericorum est dili-
157 genter attendendum, quid locis, quid temporibus, & quid personis conueniat; *Turrecr. omnino videndus in c. 1. per tot. 21. q. 4.* qui multa,
158 & doctè scribit circa vestes clericorum, & dicit, quod est peccatum vti vestibus pōposis, & fulgidis, & in c. seq. n. 1. quod tamen fallit, quando adesset consuetudo in regione, quod clerici vterentur vestibus pretiosis; quia tunc possunt se conformari moribus eorum, inter
159 quos viuunt, Patian. d. nu. 38. est bene verum quòd clerici nobiles debent pretiosioribus vestibus indui, *Alber. in l. 2. C. quæ res vend. non poss. Petr. Gerard. sing. 82. Tiraq. in tract. de nobili, c. 27. n. 10. D. Paris. ĩ tract. de resign. benef. lib. 5. q.*
160 *6. n. 151.* Et qa oē extremū est vitiosum, ideo sicut nō debēt vti uestib⁹ nimis fulgidis, & pōposis, ita nec ēt nimis uilib⁹, aut sordidis, aut senio exterminatis, & laceratis ꝑꝑ humilitaté qa ex hoc dignitas clericalis uilesceret, *Abb. in c. ut clerici, n. 11. de uit. & hone. cler. Patia. ĩ trac. cui incumb. onus proband. negat. lib. 2. c. 34. n. 34. & 35. Vitalin. in Clemen. eis in uestibus, n. 5. de statu monachor.* ubi dicit, quòd uestes clericorum debent esse mundæ, *Turrecr. d. c. 1. n. 3. 6. & 7. 21. q. 4.* & hoc ne sub nomine parsimoniæ auaritia tegatur *iuxta tex. in c. sæpe dist. 4.* ubi dicit, quòd vitia plerumq; se esse uirtutes mentiun-
161 tur, sic etiam quando prodigalitas, & effusio uelatur nomine liberalitatis, & largitatis; & crudelitas, ut plurimum ab aliquibus fiscalibus appellatur Zelus iustitiæ; & facilitas, seu lenitas remittendi delicta, pietas, & misericordia a multis nuncupatur, & ideo non dēt quis humilitatem, & parsimoniam prætendere ex eo solo, quia vilioribus uestibus contra mores aliorum uestitur, namq; sub talibus uestibus, tàm superbia, quàm parsimonia possunt abscondi, uide Rebuf. p. 3. cart. 17. n. 9. & iuxta illud Euangelicum, cauere ab illis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: In hac enim materia non vsus uestium reprobatur, sed inspicit abusus, scilicet iactantia, & uoluptas; ideo pro conclusione dico, quod clerici in isto casu debēt esse cauti, ne eis succedat id quod apud nos Italos dici solet;

Cascar dalla padella nelle braggie; & apud latinos. *Incidit in Scillam cupiens vitare Caryddim.*

162 Tertio debent esse misericordes, & charitatiui iuxta illud Apostoli *1. ad Corint. c. 8.* quod imperfectum scientiæ suppleat perfectio charitatis; Ideo sunt magis obligati exercere actū charitatis, quàm laici, *Abb. in c. peruenit nu. 1. & c. 1. n. 3. de fideius.* ubi dicit, quòd sunt magis obligati ad subueniendum indigentibus, & pauperibus, quàm laici, & quod clerici, & ministri ecclesiæ teneant hospitalitati, & pauperum usibus inuigilare, *est tex. in c. 2. 42. dist. & in c. fratrē 86. dist. & in c. 1. & per tot. 12. q. 1 & in c. quoniam quidquid 16. q. 1. Gl. in extrauag. execrabilis in verbo debita, de præben. & nouissimè hoc est constitutum per Concilium Trid. sess. 25. c. 8 de reform.* quo fit, ut clerici teneantur dispensare tum bona ecclesiæ, cuius sunt prælati, & beneficiales, tum etiam bona propria in usus pios, deductis tamen alimentis, & reparatio-
246 Sciendum est ẽt, quod hoc nomẽ clerici, est generale, comprehendens omnes species, & in quocunque ordine, & tàm maiores, quàm minores, *c.de persona,11.q.1.c.12.q.1.c.vt lex continentiae 27.q.3.c.si quisquam, de cohab.cler.& mulier.glos.in c.cleros in verb.salmiste 21.dist.& in c.si quis suadente ver.quid in cler.17.q.4.Spec.in tit. de instr.edict.§.nunc vero aliqua circa finem vers. quid de praepositis, Card.in Clem.1.in princ.de offic. ordin.Maran.in pract.p.4.dist.11.nu.3.Bonifac. de Vital.in Clement.& clericorum, nu.2.de offic.ordin.& in Clem.Bonifac.nu.30.de sepult.Port.cõs.164.n.25.Corrad.in templo iud.lib.2.c.1.§.4.nu.3.cart.mihi 164.Thom.Zerola in praxi episcop.in verb.clericus,§.1.Barbatius in tract. de praestant. Cardin.in basilica primae partis, quaest.7.n.2.ĩ 13. to.tract.diuers.p.2.car.mihi 80.Tur.ecr.in c.1.n.1.*

247 *32.dist.* vbi dicit, quod comprehendit omnes ordinatos, *Cabell.super constit.Marchiae, lib.3. c.10.gl.1.n.2.Lambert.in tract.de iure patron.in 1. p.lib.2.art.2.q.7.princ.n.2.Marc.Ant.Eug.cõs. 26.n.9.Borg.in tract.de irregular.p.2.in tit.de interpretatione, & extensione, n.22.vers. item nomẽ, car.mihi 33.Io.Lupus in tract.de libert.ecclesiast. p.2.q.2.n.1.13.tom.tract.diuers.p.1.car.mihi 5. Henric.Botta in tract.de sinodo episcop.p.1.n.66. in eodem tomo 13.p.2.cart.mihi 380.Io.Iacob.a Canibus in tract.de exequut.vlt.volunt.in prima particula, n.41.in 8.tomo eorundem tract.p.1.car. mihi 187.Sebast.Medices in summa decretor.art. 4.* vbi dicit, quòd comprehenduntur omnes seruientes diuinis ministerijs *Rosella in summa in verb.clericus, il 1.in princ.* vbi dicit, quod veniunt omnes, qui non sunt laici, quod dixerunt etiam *Io.Brocolten.in tract.de feud.c.5.n. 2.car.mihi 202.qui allegat l.3.de episcop.& cler. in c.Teodosiano, & c.clerici 21.dist. Rodulph.Cupers in repet.c.oportebat 79.dist.rubr.quare Roman.Pontifex, & art.9.n.14.cart.mihi 59.Marant.in pract.p.4.dist.11.nu.3.cart.mihi 192.Magister sentent.dist.24.de ordin.eccles.lib.4.versic.*

248 *talis autem, Io.Pet.Molign.in tract.de appell.verbor.vtriusque iur.in ver.clericorum appellatione.* Hinc est quòd veniunt monachi, ac religiosi cuiuscunque regulae, *Vital.in Clem.si uero n.12 de sepult.& in Clemen.dignum, n.3.de celebra.missar.Harman.Vulteius in tract.de feud.lib.1.c.9. n.67.vers.atq; hi car.mihi 459.* quod secus est si stricte & proprie caperetur, quia tunc non venirent religiosi, *Fel.in c.tua nos de iureiur.& in c.fi.de simon.not.Doctores in l.omnes,§.praeterea,C.de episc.& cler.& in c.1.& praecipue, Abb. Panor.ne cler.vel mona.notat Soc.in c.vniuersitati, n.5.de sent.excom.Io.Brocolt.Vltram.in tract. de feud.c.5.n.19.* vbi copiose hanc materiam tractat. Nec etiam in odiosis appellatione cle-

249 ricorum veniunt religiosi, *Tho.Zerola in praxi episcopali in verb.clericus,§.1.in fi.vbi allegat c.quia periculosum, de sent.excom.in 6.Siluest.in summa in verb.clericus, il primo, n.1.* Sic è contra appellatione religiosorum, vel monachorum latè sumpto vocabulo veniunt etiam clerici saeculares, *gl.in c.psens in religiosos 20.q.3.c.nullus itaque vbi glos.in verb.religiosis 1.q.1.glos. in c.ex multa in verb.religiosi, de voto, & in Clem. 1.in verb.praesidentis, de rescript.gl.2.& 3.in c. obeuntibus 63.dist.& ibi D.de S.Gemin.Fel.in c. tua nos, nu.1.de iureiur.ubi ad hoc allegat alia iura, Lamber.in tract.de iur.patron.art.11.in 11.quest. princ.p.1.lib.2.Io.Petr.Molignat.in tract.de appell.verbor.in verb.religiosorum appellatione,* sed

251 stricto sumpto vocabulo cõprehẽdunt ij soli, qui emittunt tria uota substãtialia, *vt not. in rub.de reg.iur.Abb.in c.ecclesiae S.Mariae, n.3.de consti.* Itẽ appellatione clericorũ veniunt, tam

252 existentes in maioribus, quàm in minoribus ordinibus, & ẽt in prima tonsura tãtũ, & hoc tàm in materia odiosa, q̃ fauorabili, *c.1.ubi gl. de praebend.c.1.& ibi ẽt gl.de cler.cõiug.in 6.Abb.*

in

in 6. Abb. in c. quoniam, n. 1. de vit. & honest. cler. Io. Lop. in repet. c. per vestras §. 42. n. 8. de donat. inter virum, & uxor. Dec. in c. non licet, nu. 17. de præben. Rol. a Valle cons. 4. n. 16. lib. 1. Corset. in suis sing. in verb. accusat. n. 4. Didacus Perez in l. 2. tit. 3. gl. 1. lib. 1. Emanuel Suarez in tesaur. receptar. sent. in verb. clericus, n. 126. Tho. Gramm. voto 33. n. 4. Aluar. in Spec. iuris Pontif. c. 35. circa principium car. mihi 95. Meniz. cons. 59. n. 5. vbi multos alios citat Dec. in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 10. n. 22. Hieron. de Ceual in Specu. pract. q. côm.
253 *contra comm. q. 524. n. 6.* Item appellatione clericorũ veniunt nouitij, conuersi, ac moniales cuiusuis religionis approbatæ. *c. locum illorũ de senten. excom. c. monachi, & c. de monialib. eod. tit. c. religiosos, §. quãuis de sentent. Petrus Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndum, n 5. & 6. car. mibi 52. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. clericus*
254 *§. 1.* de quo dicam late inferius effectu primo ampliat. 9. 12. & 13. Item veniunt, tàm clerici regulares, vt sunt Reuerẽdi patres Clerici Regulares Teatini, & societatis Iesu, & hospitalarij, seu de Cruce, quàm seculares viuentes liberi, c. 1. & c. generaliter 16. q. 1. *Diuus Tho. 22. q. 189. art. 4. respons. ad secundũ argumentum Port.*
255 *cons. 164. n. 93.* Itẽ appellatione clericorum secundũ aliquos veniũt tertiarij de qua materia
256 dicã etiã infra effectu primo ampliat. 11. Item veniunt milites Hierosolemitani, S. Iacobi, S. Stefani, S. Mauritij, ac similes, vt dicã infra in prædicto effectu primo ampl. 15. & 16. *& voluit Iulius Cæsar Imbrian. in tract. de iudice regni in præfat. n. 42.* ꝙ secus est in odiosis, *Octau. Bãbac. in c. j. §. qui cleric⁹, n. 25. si de feud. defunct. content. fuer. & n. 45.* dicit, quòd largo modo comprehẽdũtur, & alios allegat, *Io. Bapt. a Costa in tract. de rat. part. q. 40. n. 5.* Itẽ viniũt hæremitę, qui sunt sub obediẽtia alicuius superioris, vel
257 episcopi, prout in hac Vrbe Panormi sunt heremitæ, qui vocantur de Monte Caluario, seu vulgariùs de fratre Iacobo *glos. in c. qui vere in verb. vero, & ibi Archid. 16. q. 1. Siluest. in summa in verb. hæremita, §. 1. nu. 2. & in verb. ecclesia, il primo, §. 5. Abb. in c. ex parte n. 10. de conuers. côiugat. Th. Zerola in praxi episcop. in verb. heremita Iul. Cæsar Imbr. in tract. de iudice regni in præfa. n.* 8. vbi alios allegat, & dicit, q̃d hoc nõ hẽt locũ in heremitis vagabũdis, & qui nemini præstãt obediẽtiã, prout sũt multi hodie in isto regno qui solũ sibi vsurpãt nomẽ heremitarũ, vt possint ad alterius expẽsas, & sine labore viuere, & Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Doria Archiepisc. Panor. tales Heremit. extirpauit.

Item appellatione clericorum secundũ ali-
258 quos veniunt indistinctè oẽs in quacunq; dignitate positi ecclesiastica, *est tex. in c. cum tibi de verb. signif. & probatur in rub. & nigro de vit. & honest. cler.* dum in rubrica solum fit mentio de clericis, & in nigro fit etiã mentio de episcopis, sic etiã & istud probatur, *in rub. & nigro de clericis non residen. & de cohabit. cler. & mulier.* dũ vtrobique in rub. fit mentio de clericis, & in nigro de clericis etiã in dignitate constitutis, *Abb. Panor. in d. rub. de vit. & honest. cler. Anch. in c. non dubium, nu. 1. de sentent. excomm. Lapus, in c. maritia, nu. 2. & in c. 1. §. hæc autem de elect. in 6. Corrad. in templ. iud. lib. 2. c. 1. §. 4. n. 3. cart. mihi 164. Carau. super ritu M. C. V. ritu 135. nu. 18. Rosel. in summa in verb. clericus, il primo, in princ. Campa. super c. Regni Neap. in rub. de clericis clericaliter viuen. c. 98. n. 7. cart. mihi 133. Barb. in tract. de præstant. Card. in Basilica prima part. q. 7.*
259 *n. 2. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 80. Dec. in c. non licet, n. 19. de præbend.* Sic etiã secundũ aliquos cõprehẽdũtur canonici, *Io. de Ana. in ca. ad abolen. n. 16. de hæret. Dec. in c. dilecti n. 17. de appellat. Lap. in c. 1. n. 5. de elect. in 6. Barba. loco prox. cit. Butr. in c. cum tibi de verb. signific. Abb. Panorm. in rub. de postul. prælat. Franc. March. dec. 1124. n. 3. p. 1. e Alber. Troit. in tract. de perfectione clericor. c. 7. n. 2. Milleus in suo repert. in verb. canonicus, n. 5. in fi. Bero. cons. 3. nu. 29. & seq. lib. 2.*
260 *Bursat. cons. 187. n. 6. lib. 3.* Sed in hoc cõtrariũ nihilominus tenuerũt multi relati per *Cassan. super consuetud. Burgun. rub. 4. §. 7. n. 31. cart. mihi 662. Lapus in c. vnico de cler. egrotan. in 6.* Et licet prædicta prima opinio sit approbata a tot tãtisque Doctoribus, nihilominus puto ꝙ nõ
261 sit recedẽdũ à distinctione, quã magis cõmuniter Doctores amplectũtur, hoc est, aut materia de qua tractatur est odiosa, & restringibilis, & tũc appellatione clericorũ cõtinẽtur tãtũ clerici simplices, & nõ prælati, ac alij in dignitate cõstituti; quia in eis est qualitas, quæ nõ reperitur in clericis simplicibus *c. quã periculosũ de sentent. excom. in 6. c. in fidei fauorẽ de hæret. etiã in 6. Io. de Silua in tract. de benefic. p. 1. q. 1. n. 24. & p. 3. q. 14. n. 27. in 15. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 7. & 78. Abb. Panor. in rub. de maiorit. & obed. & in c. bona, il primo, col. 1. de postulat. Rosell. in summa in verb. clericus il primo, in princ. Th. Zerola in praxi episc. in verb. clericus, §. 1. in fi. Marc. Ant. Eugen. cons. 33. n. 85. Suar. in com. opin. in verb. clericus, n. 125. Crot. cons. 50. n. 9. lib. 1. Bero. cons. 153. n. 61. lib. 1. Troil Maluez. in tract. de canonic. sanct. dubio 2. nu. 35. in 14. to. tract. diuers. cart. mihi 99.* quo fit vt statutũ, vel rescriptum editũ cõtra clericos alicuius ciuitatis nõ cõprehẽdit episcopũ, ac cæteros prælatos eiusdẽ ciuitatis, *Bart. in l. nulli ff. quod cuiusque Bal. in l. siue pars C. de dilat. C. lib. 3. Fab. de Ann. obseru. 6.* Aut sumus in materia fauorabili, quæ ex se solet ampliari, & tũc cõtinẽtur omnes etiam in quacũq; dignitate cõstituti, *c. per exẽpti, de priuileg. in 6. d. c. bone, il primo, iuncta gl. de postul. prælat. vbi etiam Card. Fider. de sen. cons. 71. Barba. in tract.*

tract. de praestant. Card. in basilica primę partis, q. 7. n. 1. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 80. Suarez. & Troil. Maluez locis sup. cit. Quod vltimũ mẽbrũ intelligas, vt procedat quãdo materia de qua tractatur est proportionabilis, & conueniens, tàm clericis simplicibus, quàm alijs in
265 dignitate cõstitutis, & tũc omnes cõprehẽdũtur, secus si nõ est ꝓportionabilis, nisi ad clericos simplices quia tũc nõ cõprehenduntur in dignitate cõstituti; *ita Fel. in reper. in verb. clerici an dicãtur*, quod procedit etiã in eo quòd dixi supra, quod appellatione clericorũ veniunt religiosi, & e cõtra appellatione religiosorum veniũt clerici, nãque est etiã intelligẽdũ in materia proportionabili, vt est in materia cap. Odoardus de soluti: vel capit. si quis suadẽte diabolo, decimaseptima, q. 4. vel similibus, quia tũc appellatione vnius venit alter, secus materia improportionabili, vt est in collatio-
266 ne beneficiorũ, vel similib. *Fab. Turret. cons. 5. n. 12. lib. 2.* quo fit, vt statutũ loquens de ingredientib. monasteriũ ex quo nõ est proportionabilis nõ extẽditur ad clericos qui nõ intrãt monasteriũ *late Cephal. cons. 641. nu. 58.*

267 Secundo sciẽdũ est, quòd habitus clericalis cõsistit in duobus copulatiue in veste scilicet, & tonsura, nec vnũ sine alio sufficeret, *c. si iudex laicus circa medium de sentent. excom. in 6. Bal. in l. si qua per calumniã, n. 3. C. de sacros. eccl. Gem. in c. 1. de cler. coniugat. Franc. Aret. cons. 16. & ibi Addentes in lit. C. Iul. Patia. in tract. cui incumbat onus probãd. neg. lib. 2. c. 34. n. 25. Masul. in addit. ad Capit. dec. 161. n. 10. Aluar. in Spec. iuris Pontif. c. 35. vers. & notabis cart. mihi 98. Bertach. in suo repert. in verb. clericus, il 2.*

268 Est bene verũ quod clericus non coniugatus incedẽs sine altero ipsorũ nõ dicitur incedere sine habitu, & tonsura, *Zabbar. in c. perpendimus de senten. excom. Cepol. cõs. 11. n. 42. in crim. Roland. a Valle cons. 4. n. 26. lib. 1. Farinac. q. 8. nu. 65. Cuccus in instit. canon. maiori, lib. 3. tit. 9. n. 70. quos omnes refert Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 91.* Quod secus est in clerico cõiugato, qui si
269 alterũ tantũ ipsorum defert, dicitur omnino incedere sine habito, & tõsura; *Rota Rom. dec. 202. alias dec. 3. in tit. de sentent. excomm. in nouis Guido Papa dec. 138. Couarr. in lib. pract. q. c. 31. n. 7. vers. 2. & 3. Farinac. d. q. 8. n. 64. Scaccia eod. n. 91.* & an clericus deferens alterũ ipsorũ ammittat priuilegiũ fori dicam infra effectu primo in limitationibus.

270 Et quia vestes siue habitus clericalis nõ reperitur de iure determinatus, cum de iure antiquo esset amictus, linea tunica super quibuscumque vestibus, vt refert Carol. Tapp. in repet. Auth. ingressi in verbo monasteria, c. 1. n. 22. C. de sacros. eccl. qui tamẽ hodie nõ defertur, ideo circa hũc est omnino attẽdenda consuetudo regionis, in qua clericus reperitur *glos. in c. pen. in verb. decratis de vit. & honest. cler.* vbi dicit, quod ad videndũ an aliquis incederet in habitu, & tõsura clericali, videndũ esset an ille qui in tali habitu incedere prima facie si videretur a populo, iudicaretur clericus an
127 laicus, *Glos. in Clem. 1. in fi. de elect. & ibi Barb. Card. in Clem. fi. in fi. de vit. & honest. cler. Abb. in praecitato c. pe. Cappel. Thol. & dec. 227. & dec. 252 Couar. in lib. pract. q. c. 31. vers. 4. illud, Farin. d. q. 8 n. 69. Diaz in pract. crim. canon. c. 69. per totum, Marc. Ant. Cuccus in instit. cano. maiori. lib. 2. tit. 2. vers. 2. curare Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. c. 34. n. 35. Clarus in §. fi. q. 36. n. 11. Tho. Zerola in praxi episcopal. in verb. clericus, §. 14. Camil. Borel. in addit. ad Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videamus in lit. B. cart. mihi 61. Cassa. super consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. n. 59 cart. mihi 147. Roland. a Valle cons. 4. n. 27. lib. 1. Alex. cons. 8. n. 17. lib. 1. Fider. Scot. cons. 9. n. 10. lib. 1. tom. 1. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 69.* vbi dicit, quòd omnis habitus honestus dicitur cõueniens clericis, dũmodo nõ sit a cõsuetudine reprobatus, *Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 84. & 87.* vbi dicit, quod illę dicũtur vestes clericales, quae a sacris canonibus nõ reperiũtur prohibitae; ex quo ius canonicũ in ista materia ꝓcedit potius prohibẽdo, quàm permittẽdo: prohibet. n. clericis nonnullos habitus, de quibus infra; non tamẽ praescribit, quã deferre habeãt (vt vtar verbis eiusdẽ Scacciae, d. n. 84.) qui etiã dicit, quod ita cõiter asserũt Doctores, allegat Clarũ, *in §. fi. q. 36. vers. dixi clericum.* Forma verò habitus clericalis, qualis debeat esse habet, *in c. pen. de vita. & honest. cler.* vbi habetur ꝙ debet esse clausa desuper nec nimis lõga, nec nimis breuis, *& in c. contingat interdũ de senten. excom.* vbi Doctores notãt, quod clerici debẽt deferre vestes vsque ad tallos, ꝙ
272 dictũ referũt, *Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 392. n. 2. Patian. in tract. cui incũb. onus prob. neg. lib. 2. c. 34. n. 38. & 39. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. clericus, §. 14. Cepol. cõs. 11. n. 30. in crim. Moscon. in tract. de maiest. milit. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. de habitu autẽ car. mihi. 412.* vbi dicit ꝙ vestes talares vsque ad pedes vel quasi iuxta rationabilẽ mensurã: Color vero vestimẽtorũ debet esse poti⁹ niger quã aliter, *Mosc. loco prox. cit.* est tñ verũ quod aliqui colores sũt clericis specialiter interdicti, vt est rubeus, qui permittitur solũ Cardinalibus, & viridis, q cõcedit Episcopis tãtũ *c. pen. de vit. & honest. cler. Cepol. eod. n. 30. Menoch. d. cas. 392. n. 12. Patian. sup. cit. c. 34. n. 39. Foller. in pract. crim. in verb. audiantur excusatores n. 42. Ant. Cucc. in instit. canon. maiori lib. 3. tit. 10. nu. 1. & seq. Scacc. in tract. de iudit. p. 1. c. 11. nu. 85. & 86.*

273 Et sicut clerici prohibẽtur deferre aliquos colo-

colores, ita ēt aliquas vestes, & ornamenta, vt manicas, pileū epitocchū, seu tabbarrū foderatū vsq; ad orā, calligas saccatas, & indumēta aperta, ita habet in *pracit. c. pen. de vit. & honest. cler. Menoc. latè d. casu* 392. *per tot.* vbi lucu lenter declarat omniū supradictorū verā etimologiā, & significatū, *Patia. in d. tract. cui incumb. onus prob. neg. p. 2. c. 34. n.* 39. vbi vlterius
274 addit, quod non possunt vti frenis, sellis, pectoralibus, aut calcaribus deauratis, item nec fibulis, nec corrigijs auri, itē nec possunt vti vestibus virgatis partitis, vel diuersi coloris, clem. *quoniam de vit. & honest. cler.* vbi habet
275 ēt quibus pęnis plectant clerici pdictis vestibus, seu coloribus se induentes, *Vital. in pracit. clem. quoniam n.* 1.4.19.20.21.22. *& per totā, Rosell. in summa in verb. clerici, il* 1. *n.* 3. *Turrecr. in c. oēs, n.* 2.21. *q.* 4. *Clarus in* §. *fi. q.* 36. *n.* 11. *in fin. Cappell. Thol. dec.* 228. *n.* 6. *Menoc. d. casu* 392. *nu.* 19.20. *&* 22. vbi tandem concludit quod punitur iudicis arbitrio, & quod dictū est, quod attendit consuetudo circa habitū qn dicatur
276 clericalis, ita ēt est dicendū quoad birrettū, cū nec hoc in iure reperiatur determinatū, *Isodor. Mosco. in tract. de maiest. mil. eccl. lib.* 1. *p.* 2. *c.* 2 *vers. de berretto vero car. mihi* 412. *Menoc. d. casu* 392. *n.* 11. *&* 14. vbi dicit φ eis est interdictū deferre pileum lineū, quæ oīa tñ tpe primiti-
277 uæ ecclesiæ non obseruabantur, ex quo tunc clerici nullū deferebant habitū distinctum a laicis, *ita Decia. consi.* 50. *n.* 18. *lib.* 4. & pro conclusione dicendū est quod clerici non debēt vti uestibus superbis, & laicalibus, sed congruētibus statui, & ordini clericali, prout fuit determinatum *in 6. Concilio Constantinopolitano canone* 27. *& in secūdo Niceno canon.* 16. *& habetur in c. clerici* 23. *dist. c.* 1. *& seq.* 21. *q.* 4. *clemen. quoniam de vit. & honestat. cleric. Glo. in c. pen. in verb. de aurat. etiam de vit. & honest. cler. & nouissime per Concil. Trid sessi.* 14. *c.* 6. *de refor. Rebuf. late super const. Galliæ to.* 2. *in rub. de pannis aureis n.* 18. *Trotius in tract. de perfecto clerico lib.* 2. *c.* 38 *Couar. in lib. pract. qō. c.* 31. *n.* 8. qui oēs ad saturitatē loquuntur de vestibus clericis congruentibus; Nec omittam dicere quod sicut est in-
278 dignum quod viri vtant vestibus muliebrib⁹, iuxta tradita in *l. vestes,* §. *muliebria, ff. de aur. & arg. legat. & p Tiraq. in tract. de leg. connubial. lib.* 3. *n.* 58. pari modo & indignum, & abhominabile reputabitur quod clerici, & præcipue
279 sacerdotes laicalibus vestibus vtantur, vt aduertit *Concil. Matisconense, il* 1. *canone* 5.

Deueniendo modo ad tonsuram dicit, *Vi-*
280 *tal. in clem.* 2. *n.* 14. *& seq. de vit. & honest. cler.* quod est quadruplex, s. rasura, tonsura, clerica, & corona, q̃ tñ videntur quasi sinonima, licet quælibet significet aliquid diuersum ab alijs, exceptis rasura & clerica, quę idē sunt, & est rasura, vel clerica illa pars capitis, quæ inter capillos apparet pilis denudata: Corona vero est pars capillorū remanens, q̃ si per se inspiciatur, se hēt per modum coronæ circularis, & ista vtūtur monachi, ac alij regulares; Tonsura aūt est pars inferior capitis denudata pilis, *Patia. vero in tract. cui incumb. onus proban nega. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 26.28. *&* 30. dicit quòd tonsuræ duæ sunt species, vna quæ figuratur in modum sphæræ, seu coronæ, & hæc competit clericis deputatis ad diuina officia, de qua habetur *in c. probibitæ* 23. *dist. & in cap. duæ sunt* 12. *q.* 1. Altera est, quæ ex parte inferiori capillorum fieri debet, & hæc est proprie tonsura, & non rasura, & competit eius delatio conuersis, qui quoniam misteriis diuinis non occupantur, ideo capilli superius illis non raduntur, sed inferius tondenter, quia temporalia deponunt, quod dixit etiam *Io. Iacob. Masull. in addit. ad Capyc. dec.* 161. *n.* 10 Quæ quidem clerica, siue corona initiū sum-
281 psit à Beato Petro Apostolo in ciuitate Anthiochena, cui ibi Iudæi abraserunt summitatem capitis in contumeliam, vt post Bedam dixit *Durand. in rationali lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 31. & est nobis quoddam continuū memoriale illius sacratissimę coronæ Domini nostri Iesu Christi, vt aduertit *Tribu̇rinense Concilium canone* 20 & non est dubium quod tāti misterij frequēs consideratio, clericorum vitam in melius reducit, & cum sit circularis, et careat angulis, significat clericos debere carere sordibus, quia vbi adest angulus ibi sordes, vel sic ex quo tonsura in capite repræsentat coronam, datur intelligi, quod clerici in Deo regnum habent, & dum se, et alios virtutibus regunt, possūt dici reges in signū regni, quod in Christo expectat; hæc sunt verba *Patia. d. c.* 34. *n.* 27 qui nec fuit clericus, neq; religiosus ꝑut ego sū (licet indignus) de quo fortasse posset dici, quod trahit aquā ad eius molēdinū, dū tātā dignitatē clericis attribuit, necnon et idē dixit *Port. cōs.* 164. *n.* 31. q nec ēt fuit cleric⁹. Deniq; pilorū rasura liberā mentē à mūdi cogitationibus denotat, *c. duo sunt vers. rasio* 12. *q.* 1. *Durand. in rationali lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6. *in fi. & habetur i catachism. parrocch. i tit. de ordinis sacram. vers. do cendū, & ver. tondētur vero capilli*, et licet hæc tōsura (vt dixi) habuerit originē tpe Apostolorū nihilominus in ecclesia fuit ordinata ab Aniceto Summo Pontifice, ut habetur *in c. probibitæ* 23. *dist. & meminit Platina in vitis Pontificū in eiusdem Anaceti vita.* Sed Ant. de Butr. *in c. pen. in fi. de vit. & honest. cler.* prout eū refert Patia. *d. c.* 34. *n.* 32. *&* 33. dixit quod hæc rasura, seu tonsura fuit inuenta à Nazarenis, qui, seruato tñ ordine, radebant caput ad continentiam, & capillos ponebāt in ignem sacrificij.

282 Tertio sciendum est quod (secundum aliquos) ordines clericales sunt nouem scilicet. Prima tonsura, ostiariatus, Salmista, siue Lectoratus, siue Cantor, Exorcista, Accolitus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotiũ, siue presbyteratus, & Episcopatus, huius opinionis fuit *gl. in prohem. sexti in verb. epus, Turrecr. in c. clericos, n. 10. dist. 21. Glo. & Butr. in c. quoties de purgat. canon. Barbat. in c. quanto, col. 2. & 3. de consuet. Io. a Cernates in legibus Tauri l. 5 num. 14. Imol. & Cardin. in c. plerisque, de elect. Fel. in c. sicut pro certo, de simonia. Harman. Vult. Vltramon. in trac. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. Conrad. in templ. iud. lib. 2. c. 1. §. 4. nu. 1. car. mihi* 164. & licet hæc videatur communis opinio Canonistarum, nihilomin⁹ mihi videt verior opinio, quod sint septem, quam sequuti fuerũt nõ solum aliqui Canonistæ, verum ẽt & Theologi, & Legistæ, ita tenuit Magister Sentent. *in prin. 24. dist. Bertac. in trac. de episc. in plud. n. 9. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi* 302. *Foller super in constit. regni in tit. de episc. & cler. c. clerici quoq; n. 5. car. mihi* 100. *Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. li. 1. c. 9. n. 6. vbi D. Flam. Parisius in tract. de resign. benefit. lib. 5. q. 6. n.* 180. vbi asserit quod hæc est com.* opi. *Bartol. Vgol. in tract. de simonia tabula 1. c. 43. n. 3. cart. mihi* 138. *Io. Lupus in trac. de libert. ecclesi. p. 2. q. 5. n. 3. in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi* 6. vbi testatur de cõm.* opi. & dicit quod istorum septem sunt, primus Ostiariatus, & reliqui præter episcopatum, Quorũ

283 septem ordinum hæc sunt officia Ostiarij, nãque cura est sacras edes tueri, aperire, & recludere, & omnia, q̃ sunt intus, & extra custodire, fideles recipere, & infideles, ac excõicatos expellere; ideo ei qui promouetur ad talẽ ordinem, traduntur claues, quo quidem officio functus fuit Dominus Noster Iesus Christus in propria persona quando eiecit ementes, & vendentes de templo, item qñ dixit attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, *Foller. super const. Regni in tit. de episc. & cler. c. clerici quoque n. 5. car. mihi 51. Io. Bracol. in tract. de feud. c. 5. n. 16. Rodulph. Cupers in repe. c. oportebat dist. 79. in tit. de ordine Ostiarij per tot. car. mihi* 326. vbi multa ad talem ordinem spectantia congerit, prout facit ẽt in cæteris ordinibus in rub. sequentibus, *Anastas. Germo. in tract. de sacror. immu. lib. 3. c. 3. n. 64. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. n. 6.* Ad quem quidem

284 ordinem prout ẽt ad cęteros ordines minores non potest promoueri minor septennio, *c. fi. & ibi gl. in verb. infancti, de tempor. ordiuan. in 6. Glo. fi. in clem. fi. de ætate & qualit. ordin. Cardin. Alex. in c. de ijs 28. dist. Cagnol. in l. 1. §. item impuberes n. 13. vers. ad primam tonsuram, ff. de reg. iur. Bertach. in tract. de episc. lib. 2. p. 1. q. 31. n. 56 Mandos. in trac. de minori ętate c. 4. n. 12. Gigans in tract. de pens. q. 13. n. 3. Rebuf. in pract. in tit. de dispens. rntione etatis ĩ prin. & ĩ tract. de pacifica poss. n. 209. D. meus Flam. Parisius in suo sollenni tract. de resign. benefic. lib. 4. q. 9. n. 9. Gãbar. in tract. de offic. & potestate legati lib. 7. nu.* 432.

Secundus ordo est Salmista, siue lector, siue

285 cantor, qui dicitur a psallendo, siue legendo, siue canendo, cuius est officium, lectiones legere, ac veteris testamenti, & sacrarum historiarum libros recte, & vere populo pronũtiare, ideo cum quis ad talem gradum assumit, ei datur missale, quod officium exercuit etiã Dominus noster Iesus Christus in medio seniorum, librum Esaiæ aperiens et legens, quẽ legit distincte ad intelligendum dicens, spiritus Domini sup me, etc. *Foller. Brocolt. & Graf. in locis supra cit.. Germo. d. c. 3. n. 63. Rodulph. Cupers in repet. eiusdem c. oportebat in tit. de ordine lectoris art. 1. per tot. car. mihi* 325

286 Tertio ordo est Exorcista, ad quẽ pertinet exorcismos memoriæ retinere, ac manus sup energumenos, et a malis dęmonibus obsessos exorcizãdo imponere, eosq; adiuuare adiurãdo eos p Dñum, vt exeat ab eis Satanas, quod misteriũ pluries fuit operatus Dñs, vt legitur in pluribus Euãgeliis quod multos dęmones expulsit, et præcipuè in personã Mariæ Magdalenæ, a qua fugauit septem dęmones, et ex hoc in eorũ ꝓmotione traditur liber; *Foll. eod. n. 5. Brocolt. d. tract. de feud. c. 5. n. 14. & 15.* vbi ẽt ponit hui⁹ nominis diuersos significat⁹, *Germ. in pd. tract. de sacror. immu. lib. 3. c. 3. n. 58. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. n. 6. Rodulph. Cupers in præcitata repet. cap. oportebat distinct. 79. in tit. de exorcistis art. 1. per tot. car. mihi* 324

Quartus ordo est accolitus, qui alio no-

287 mine ceroferarius appellatur, cuius munus est candelebra, luminaria, & vrceolos ad aram deponere, & portare, & necessaria ꝓ eucharistiæ ministerio subdiaconis præparare; ideo tempore quo ordinantur, eis assignatur candelabrum cum cereo, et vrceolis, *Foller. super constitut. regni in tit. de episcop. & cler. capit. clerici quoque, num. 5. cart. mihi 51. Brocolten. dicto cap. 5. num. 13.* vbi etiam ponit vnde deriuet hoc nomen, *Germon. d. tract. lib. 2. cap. 2. n. 8. & lib. 3. c. 3. n. 56. Rodulph. Cupers in d. c. oportebat in accolitos iure diuino art. 2. per tot. car. mihi 323. & Graff. eod. n. 6.* et hi quatuor ordines prædicti vocantur ordines minores.

288 Quintus ordo est subdiaconatus, qui ideo sic appellatur, quia subiacet præceptis, et officijs leuitarũ, cuius onus est oblationes percipere, calices, et patenã attrectare, et sacrificiũ deferre vinũ, et aquã in vrceolis diaconis administrare, et manle, et manutergiũ tenere, et pro lauãdis ante altare manibus sacerdotib⁹ aquam præbere, & hoc ẽt officio functus fuit

Ie-

Iesus Christus Dominus noster qñ linteo se præcinxit ad lauandos pedes discipulorū, & qñ de aqua in nuptiis fecit vinū, & ppea cum ordinantur, eis dantur calix vacuus cum patena, & vrceoli vino, & aqua plena, *Foller. loco cit. Rodulph. Cupers in repet. præd. §. subdiaconus ordo art. 1. per tot. car. mihi 322. Graff. d. n. 6. in fi. Brocolt. d. c. 5. n. 12. in fi.* & ad talem ordinē de
289 iure canonico non assumebantur minores 17 anno, *clem. fi. de vit. & honestat. clericor. vbi Vital. n. 12. Mādos. in tract. de minori etate c. 5. n. 67* sed hodie ex dispositione sacri Concil. Trid. *sessi. 23. c. 12. de refor.* promouendus ad talē ordinē dēt excedere 21. annum, & hic est primus ex ordinibus sacris, *c. erubescant 32. dist. Cardin. in clem. vt hi n. 7. de etat. & qual. ordin. Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat 79. dist. in tit. de ordine ostiarij n. 20. car. mihi 328.*

290 Sextus ordo est diaconus cuius officiū principale est verbum gentibus prędicare, & sacerdotibus in sacris ecclesiæ actibus deseruire, ad quos actūs oēs alii, qui attribuuntur huic officio, reddunt, quod officiū ēt Dominus noster exercuit qñ post cęnam sacramentū sanguinis, & carnis ministrabat discipulis, ac qñ prædicabat Euangelium, ideo eis assignatur liber Euangelii, & stola in modū iugi alteri tantūmodo eius humero iniecta, *Rodulph. Cupers in d. c. oportebat rub. diaconatus institutū art. 1. nu. 38. cart. mihi 317. & per totum illum articulū*, vbi multa de diaconatus ordine scribit Foller. & Brocolt. locis iam dictis, qui Brocoltēs etiam ponit vnde dicatur hoc nomen diaconi *Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. n. 7.* vbi ponit nouem munera illius ordinis, quę vt dixi redduntur ad illa duo, & ad hoc vt quis possit or
191 dinari de tali ordine, prius requirebatur ętas annor. 20. *vt in clem. fi. ubi Vital. n. 13. de etat. & qual. ordinan. Mandos. in d. tract. de minori etate c. 5. n. 95. sed per Concil. Trid. sess. 23. c. 12. de refor.* ordinandus dēt explere vigesimum secundū annum, & attingere vigesimum tertium.

Septimus, & vltimus ordo est presbyteratus, siue sacerdotium, cuius officiū est sacra
292 mentū corporis, & sanguinis Domini in altare Dei conficere, & pro peccatoribus orare, ac per iniunctam penitentiā Deo rursus conciliare potestatē habēt, vnde ait Dñus sacerdotibus, hoc facite in meā cōmemorationē, *vt habetur Lucæ c. 22.* Tunc enim Dñus Apostolos sacerdotes ordinauit, quibus dedit potestatē, ut quemadmodum ipse ex pane corpus suū consecrauit accipiens panem, ac dicens, Hoc est corpus meū Hic est calix, &c. & qñ p peccatis humani generis se ipsum ī ara crucis obtulit patri, & modo etiā gloriosus implet, dū ad dexterā patris sedens interpellat pro nobis, sic habentes ordinem sacerdotalē in virtute verbi possunt panē in corpus, & vinū in sanguinē conuertere, pro cuius quidē sacerdotij insignibus in promotione tradit calix cū vino, patena cum hostia, stola super vtrunque humerū & casulā, *Foller. eod. n. 5. Graff. d. nu. 7.* vbi ēt huic ordini attribuit alia munera, *Brocolt. in pluries cit. c. 5. n. 11.* vbi cū Grassio dicit, q appellant presbyteri, idest seniores quod
293 nō refert tām ad ætatē, q̄ ad dignitatē, ex quo prudentia, & grauitate ceteris debent esse venerabiliores, de quibusquidē sacerdotibus, p̄heminētia, ac dignitate, ex quo ample loquuti
294 sunt, *Cassa. ī Catalag. glor. mundi, li. 4. quasi per totum, & Marc. Ant. Mars. Columna in tract. de reddit. ecclesiast. c. 17. per tot. Marquat. de Susannis in tract. de celibat. p. 1. c. 5. n. 2.* ideo circa eas non insisto, sed ad per eos scripta me remitto, & in isto ordine ius canonicū, & Concil. Trid. cōcordāt circa ætatē ex quo ambo reqrirūt ætа
295 tem annor. 25. inceptorum de iure canonico, *vt in clem. 2. de etat. & qualit. ordinād. c. generalē eo. tit. c. eū in cunctis §. inferiora de elect. in Concil. Trid. vt ī sess. 23. c. 12. de refor. & ex canonistis tradiderūt Lapus alleg. 35. n. 3. Vital. in Clem. fi. n. 16 de et. & qual. ordin. Mādos. ī tract. de minori etate, c. 5. n. 102. Gābar. in tract. de offi. leg. lib. 7. n. 426 & 432.* & isti tres vltimi dicunt ordines sacri, qa ordinati in eis sunt quorū actus, aut habēt
296 sacra tangere, aut sacramētū altaris perspicere, *Aluarez in Spec. iuris Pontif. c. 81. vers. circa istū articulū, car. mihi 497.* aliā ponit rōnē cur appellentur sacri, D. nicus Flam. Paris. *in trac. de resign. benef. li. 5. q. 6.* hoc est, qa eis est annexū votū castitatis, nō ut essentiale, sed accidētaliter ex statuto ecclesiæ, *c. nullū, dist. 38. c. decernimus, dist. 23. c. 1. de voto ī 6. Naua. ī manual. c. 22. n. 23. ad fi.* licet quatuor primi largo mo
297 do dicant ēt sacri, & illos habētes qñq; dicuntur in sacris cōstituti, *vt est gl. sing. 32. dist. ī sūma Abb. in c. clericus, n. 7. ne cler. vel monachi D. de S. Gem. in c. sint sacerdotes 2. q. 7. Vrsil. in ad notat. ad Affl. dec. 2. nu. 7. Io. Gul. a Ceruates super legib. Tauri l. 5. nu. 14. & 15.*

At ij, qui dicunt esse nouem ordines con
298 numerant inter eos primum tonsuram, & episcopatum, quæ quidē prima tonsura non est ordo reuera, sed potius ianua, præambulum gradus, vel dispositio ad ordines, *vt dixit D. Tho. in summa p. 3. q. 35. art. 2. & q. 4. etiam art. 2. Magister senten. in 4. senten. 24. dist. q. 2. art. 1. per tot. Gl. in §. sancimus in verb. tonsura, Auth. de monach. D. Ant. in summa tit. 14. de ordin. §. 6. incip. de prima tonsura Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. n. 75. Menoc. in tract. de præsum. lib. 6. p̄sump. 76. n. 37. Io. Lupus in trac. de libert. ecclesiast. p. 2. q. 5. n. 2. & 3. in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi 6. vbi insimul cum Grām. voto 33. n. 2. Mart. de iurisd. p. 2. c. 31. n. 17.* (licet ipse

E 2 Gram-

Grãmaticus contrariũ teneat in casu suo) dicit, ꝙ prima tonsura proprie non potest dici ordo, sed ianua ad ordines, q̃ ostendit animũ,
299 & intentionem illã recipientis esse clericandi, licet ipsa per se proprie non contineat ordinẽ, nec exercitum, & asserit hoc probari *in c. 1. 25. dist.* dum in eo oẽs ordines connumerantur præter primam tonsuram, ꝙ clarius probatur *in c. cleros, in princ. 21. dist.* dum dicit, ꝙ clerici generaliter nuncupantur oẽs, qui in ecclesia Christi seruiunt, vt sunt ostiarij &c. nec etiam nominatur prima tonsura, *& in c. de persona §. nec vero 11. q. 1.* quã opinionem ẽt quod non sit ordo fuerunt sequuti, *Dec. in c. cum non ab homine de iud. Menoch. consl. 912. n. 21. lib. 10. Didac. Coua. in c. quia nos nu. 4. de testam. Vinc. de Franc. dec. 189. n. 9.* qui ad hoc põderat Concil. Trid. *in c. nullus prima tonsura sess. 23. de refor.* dũ extra minores ordines ponit initiatos prima tonsura; & licet hæc opinio sit verissima, nihilominus clerici prima tonsura tantũ insigniti gau-
300 dent oĩbus priuilegijs clericalibus, sicut clerici constituti in sacris, vt dixi supra *nu. 300. & & add. Mart. d. c. 31. nu. 18.* & dicã infra effectu primo ampl. 8. nu. 77. & ratio est quia prima
301 tonsura initiatus dr̃ clericus, *c. cum cõtingat vbi Butr. & alij de ætat. & qual. ordinan. Io. Gul. a Ceruates super legibus Tauri l. 5. n. 13. 15. & 16. Hartman. Vulteius Vltramontan. in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. cæterum sunt clerici, car. mihi 459. Anastas. Germon. in tractatu de sac. immu. lib. 3. c. 15. n. 76.* qui duo vltimi dicunt ẽt quod prima
302 tonsura largo modo dr̃ ordo, *Rodulph. Cupers in repet. cap. oportebat dist. 79. in tit. tonsuram, seu salmistam, art. primo, per totum, cart. mihi 329.* vbi multa scitu digna de tonsura scribit.

303 Episcopatus vero ꝙ sit ordo (quem ꝓ nono tenentes opinionem, ꝙ ordines sunt nouem) dixit *Hartm. Vulteius in præcitato ver. cæterũ sunt clerici, Abb. in c. aqua de consecr. eccl. cum alijs quos recenset Corrad. in tẽpl. iud. lib. 2. c. 1. in §. seu sect. incip. ordinũ defectus, n. 2. car. mihi 164.* Sed reuera episcopatus nõ est ordo, sed ordinũ cacumen, & culmen dignitatum, imò est dignitas dignitatũ, *c. venerabilis in ver. culmina dignitatũ de præb. Barb. in trac. de præst. Card. in basilica primæ partis, q. 1. nu. 16. Anast. Germ. in tract. de sacror. imm. lib. 3. c. 8. n. 9. Borg. in tract. de irreg. par. 6. in tit. de simonia, n. 39. cart. mihi 242. & par. 3. in tit. de dispens. n. 8. car. mihi 60. Cæph. cons. 1. nu. 47. & seq. lib. 1.* vbi dicit, quod in ecclesia Dei non est maior dignitas, & n. 49. dicit, ꝙ sunt sũmi sacerdotes, *allegat c. 1. de sacra vntione*, ideo quandoque vocantur Pontifices, quandoq; summi sacerdotes, vt dixi, est tex. *in cap. inclita, & c. de persona 11. q. 1. c. qui ecclesiasticis, c. si officia 59. dist.* de cuius quidem dignitate, ac eminentia, multa scribit Anastas. Germon. *in tract. de indultu in ver. episcopus per totum, Bertacch. in tract. de epis. in proœm. & per totum tract. Sfort. Oddo in tract. de rest. in integr. q. 32. n. 150. Fabb. Turrett. cons. 80. n. 4. lib. 1. Tob. Noni. cons. 71. nu. 31. Lancell. Corrad. in templo iud. lib. 1. c. 6. n. 5. fol. 131. & lib. 2. c. 6. §. 4. nu. 2. & per totum, cart. mihi 208.* In tantum quod episcopi dicunt̃ esse maiores
306 Cardinalibus, vt tenent multi relati *per Barb. in tract. de præstantia Cardinalium in basilica 1. p. q. 1. nu. 16. & seq. in 13. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 64.* licet ipse contrariũ defendat, *Cambar. in tract. de offic. & potest. legat. lib. 7. n. 134. 135. & 136.* vbi dicit, quòd Episcopi à Romano Pontifice appellantur fratres, & Cardinales vocãtur filij, *allegat c. frater noster 16. q. 1. & not. per Doctores in proœm. 6. & gl. in c. fundamenti, in uer. fratres de elect. in 6. & in c. graui de crim. falsi & voluit etiã Cephal. d. cons. 1. n. 49. lib. 1.* Et nihilominus
307 Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, *Hostien. in c. dilectus, n. 2. de præbend.* & faciunt vnũ corpus cum Papa, *idem Hostiens. in c. antiqua de priuileg. Archid. in c. cum Redemptor, & in c. abbatibus 12. q. 2. Roma. cons. 418. D. & præceptor meus Flam. Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 1. q. 10. n. 25. & 26. & lib. 3. q. 1. nu. 69. Martin. Laudens. in tract. de Cardin. p. 2. q. 5. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 69. Anastas. Germon. in d. trac. de indulto in verb. episcopus, n. 9. Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat 79. dist. §. explicatur, de Cardin. art. 1. nu. 30. car. mihi 213.* sicut & consilia-
308 rii dicuntur pars corporis principis, *l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. l. unica, C. de ꝓpos. labor. lib. 12. Boer. in tract. de author. magni Concilij, nu. 129. & dec. 17. n. 4. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 2. c. 6. n. 2. Gigans in tract. de crim. lesę maies. q. 14. n. 2. Clar. in §. crimen lesę maiest. nu. 5. vers. quęro ẽt, Rim. sen. cons. 128. n. 6. lib. 1. Rim. iun. cons. 601. n. 61. 62. & 67. lib. 5. Capiblanc. in tract. de iure & author. baron. pragm. 3. num. 7.* Immo ex alio for-
209 tiori argumento patet; quòd dignitas episcopalis est sublimior cæteris hoc est, quia Papa in dipplomatibus appellat se episcopum, *c. in illis, in fi. dist. 4. c. fi. dist. 21. c. 1. de const. in 6. Gãbar. in tract. de potestate legati a latere, lib. 2. n. 44. Dom. meus Paris. in tract. de resignat. benef. c. lib. 3. q. 1. n. 11. Mãdos. in gl. facult. in prin. in verbo episcopus*, vbi late loquit̃ de p̄senti materia, *Anastas. Germon. in tract. de indultu in verb. ep̃us, n. 23.* vbi dicit, ꝙ Papa vocat se ep̃um p excellẽtiã, q a in ecclesia Dei non est maior titulus, quã ep̃atus, *Gambar. loco cit. n. 45.* vbi ad hoc allegat ali
210 qua iura & præcipue proœmium Decret.

Quorum quidem episcoporum tres sunt classes; nam aliqui sunt episcopi simplices, alii qui Archiepiscopi, siue Metropolitani, & alii Patriarchæ, siue primates, q sunt minores Patriarchæ, *Anastas. Germ. in trac. de sacror. imm. li. 3. c. 3. n. 31.* q oẽs in exercitio ordinis episcopa-
lis

lis parēs sunt, *Isodor. Moscon. in tract. de maiest. Ecclesiæ militantis p. 1. c. 8. vers. epus ergo, cart. mihi* 154. & vno nomine episcopi vocantur, *Lancel. Corrad. in templo iud. lib. 2. c. 3. §. 4. de patriar-*
311 *chis, n. 2. cart. mihi* 181. licet inter se in hoc differăt, quia episcopus simplex est ille, q præest vni ciuitati tătū cū vicis ac suburbijs illi subiectis, *Io. Brocolt. in tract. de feud. c. 5. num.* 8.
312 Archiepiscopus est, qui præest prouinciæ, quæ multas ciuitates continet; *Brocolten. d. c. 5. n. 7. Lancell. Corrad. in templo iud. lib. 2. §. 4. n. 2. cart. mihi* 183. Et dicitur dux episcoporū *Mart. de iurisd. p. 2. c. 35. n. 27.* Hinc est ꝙ cum hoc re-
313 gno Siciliæ in tres diuidat prouincias (quas nos valles vocamus) tres habet Archiepiscopos, nēpè Panormitanū, qui cæteris præest, & in sessionibus, & parlamētis habet primā vocē, in quo Archiepiscopatu modo sedet Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Di-
314 dacus de Hœdo Hispanus vir summę bonitatis, & vitæ irreprehensibilis, in quo quidē Archiepiscopatu fuit olim assumptus Nicolaus Tudiscus V. I. D. dictus Abbas Panormitanus quia est sepultus in hac vrbe Panormi, & in Catridali ecclesia. Messanensem; qui cæteris maiorem habet prouinciā, & diœcesim cū in
315 ea sint multæ, & magnę ciuitates & huius Archiepiscopatus est Archiepiscopus Illustris-
316 simus, & Reuerēdissimus frater Bonauētura Segusius de ciuitate Calatagironis ordinis S. Frācisci de obseruātia, qui est etiā Patriarcha
317 Constantinopolitanus; ad quē gradū fuit assumptus ob eius maximā doctrinā. & experiētiā, ac vitæ sanctitatē, & tēporibus ab istis pa-
318 rū decursis præerat cōdam D. Antonius Lombardus Marsalēsis, qui ex proprijs meritis ad talē peruenit dignitatē, de quo licet modern⁹ quidā Historicus, siue magis Istrio, aliqua multū à veritate distātia (prout in ceteris solitus est dicere) dixerit, nihilominus eius maxima pietas erga pauperes, & sūma bonitas erga omnes nō denigrabitur ex assertione tam maledici, ac falcidici viri, qui fortasse ab eodē Archiepiscopo fuit correptus, & punitus pro aliquo ex suis excessibus, & cū nō posset aliter de eo vindictā sumere prorupit in illis malignis verbis, & Messanēsi sequitur Archiepisco-
319 patus Montis regalis, qui licèt sit vltimus in ordine, est tamē primus in diuitijs, & iurisdictione, quia vltra ꝙ habet iura episcopalia, & spiritualia in multis ciuitatibus, & terris, hēt etiā merū, & mixtū imperiū, ac omnimodam iurisditionem ciuilē, & criminalē in ipsa ciuitate Mōtis Regalis, & in aliquibus alijs terris, & castris, & quò ad diuitias reputatur maior platura, quæ sit in Italia, cui Archiepiscopatui ad presēs pręest Illustriss. & Reuerēdiss. D. Ludouicus Torres; q. ob summā prudētiā,
320 exquisitā doctrinā, & modestiā morū ad talē gradū fuit assumptus. Patriarcha vero (vt ad rē reuertamur) est ille, qui nō vni ꝓuinciæ, sed
321 multis est prefectus, & in Archiepiscopos etiā potestatē habet, *Io. Brocolt. in tract. de feud. c. 5. n. 6.* qui Patriarchæ olim erāt solū quatuor, sci-
322 licet Cōstātinopolitanus, Alessandrinus, Hierosolemitanus, & Antiochenus, *c. diffinimus 22. dist. ca. reuocantes 20. dist. not. in c aniq. de priuil. Harman. Vulteius in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. cæterū sunt clerici, cart. mihi* 459. *Io. Brocolten. d. c. 5. n. 5. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immu. lib. 2. c. 4. n. 14. Lancel. Corratt. in tēpl. iud. lib. 2. §. 4. c. 3. n. 4. car. mihi* 181. *Dom. Flam. Paris. in tract. de resign. benefic. li. 2. q. 1. n.* 41. qui dicit, ꝙ ij habēt maximā prerogatiuā, & quod prædicti quatuor fuerūt ordinati de iure antiquo, & ꝙ hodie adsunt, & alij, hoc est Aquileiensis, & Gradēsis, *c. cleros 21. dist.* & quia Patriarchat⁹ Gradēsis hodie est extinctus ꝑpter desolationē illius ciuitatis huiusmodi dignitas fuit translata in ciuitatē Venetiarum per Nicolaū V. Pōtificē Max. anno Domini 1451. ꝙ etiā vltra Domin. Parisium, *d. q. 1. nu. 42. dixerunt Gigans per eundem Parisium allegatum in tract. de residen. episc. c. 18. n. 12. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 7. nu. 3.* Et licet hę tres dignitates videātur inter se quodammodo differre, nihilominus sunt idem in effe-
323 ctu, & habent eadem iura, & veniunt omnes appellatione episcoporum, *Dominus Parisius d. q. 1. n. 43. 51. & 52. Lancellot. Corrad. in dicto templo iud. lib. 2. c. 5. n. 6. Gigans loco præcitato,* licet non e cōtra, quia appellatione Patriarcharū non veniūt omnes alij episcopi, vel Archiepiscopi, *c. multi Archiepiscopi nonagesimanona dist. Io Brocolten. in d. tract. de feud. c. 5. nu. 6.*
324 Cæteri vero dicunt habere dignitatē, & nō ordinē prout sūt Illustrissimi Cardinales, Abbates, Præpositi, Priores, & quinis ecclesiæ alicuius collegiatæ præfecti, *Vulteius in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. cæteri qui car. mihi* 460. ideo de eis Doctores nullum verbum faciunt circa materiam ordinum.
325 Et reddeundo ad nostrā ordinū materiā, dico, ꝙ ordines gradatim sūt suscipiēdi, & non per saltū, vt de subdiaconatu ad sacerdotium, vel de ostiario ad acolitū, *vt in c. vnico, de clerico per saltum promoto,* & ideo furtiue, & ꝑ saltū ordines suscipiēs, vel eadē die suscipiēs ordines minores, & subdiaconatū erit puniēdus, *c. 2. & c. fin. de eo, qui ordin furt. suscep. Hostiens. in summa eiusdem tituli Bernard. Diaz in pract. crim. canon. c. 25. in fi. Menocch. in tract. de arb. ind. centur. 6. cas. 564. num. 2.* vbi dicit, quod Zozimus Pontifex Maximus in epistola ad Isichium Salonitanum Episcopum relata in cap. 2. 59. distinct. hoc modo rescripsit. Qui ecclesiasti-

cis

cis disciplinis per ordinē non est imbutus, nec tēporum approbatione diuinis stipēdijs eruditus, nequaquā ad summū sacerdotium ecclesiæ aspirare, vel præsumere debet, & nō solū in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiā ordinatores eius careāt ordine, quē cōtra præceptū crediderant præsumendū, qui Menoch. recenset tria alia capitula, prædicto sequentia, & alia iura, quæ idē determināt, quæ cum sint impressa in decret. ad illa me remitto. Ex dispositione sacri Concil. Trid. *sess. 23. c. 11. de re-*
326 *for.* non possunt cōferri ordines sacri, nisi seruatis interstitijs, hoc est nisi intersit anni spatiū de vno ordine ad aliū, ibi, Hi vero nō nisi post annū a susceptione postremi gradus minorū ordinū ad sacros ordines promoueātur, nisi necessitas, aut ecclesiæ vtilitas iudicio episcopi aliud exposcat, hæc sunt verba Concilij, ꝙ ex nostratibus dixerunt *Sim. Maiol. in trac. de irregul. lib. 4. c. 11. nu. 1. Igna. Lopez in addit. ad prac. Diaz c. 25. in verb. vna, & eadē dic, Menoch. in tract. de arb. cent. 6. cas. 564. nu. 3. 4. 5. & 6.* & hoc ita fuit statutū, vt tātū, & admirabile euāgeliū sacerdotiū debita reuerentia sumāt, & ne si statim illud acciperēt, parui haberēt collatū gradū quē prius per multū tempus nō exopta-
327 uerūt, vt in simili cōsiderabat D. August. *prout habetur in c. institutum 27. q. 2. Io. de Neuiz. in silua nupt. lib. 2. n. 112. vers. dicunt quod nō præcipitet*, & etiā ex alio, hoc est vt per hęc tpa, & interstitia ordinādus accuratius quātū sit huius rei pōdus possit edoceri, ac in vnoquoque munere se exercēs, ac iuxta præscriptū episcopi, ita de gradu in gradū ascēdat, vt in eo cū ætate, vitæ meritū, & doctrina maior accrescat, maiorque erga ordines superiores reuerētia cognoscatur, ꝓut vr̄ fuisse de mēte Cōcil. Trid. in loco proxime citato, cū alijs quæ circa vtilitatē interstitiorū quò ad ordines, *latè tradit Grat. dist. 77. per tot.* Sicut. n. nemo repēte fit turpissimus, ita nemo repēte fit summus, *vt habetur in c. si sermo meus ver. e cōtrario de penit. dist. 2. & in auth. de ord. epis. & cler. § vers. q cūi illis uerbis, & prius quā purgati sint purgāt, heri sacrilegi, hodie sacerdotes, heri extra sacra hodie ꝓsules misteriorū, vcteratores malitia, nouitij pietate, & in c. 1. vbi gl. in verb. subito 61. dist. & per tot.* Immo etiā ꝑ has promotiones, q̄ habebūt lōgius tēpus poterit probari, qua fide qua modestia, qua grauitate, & modestia se gesserit ordinādus, & si dignus fuerit probatus ad sacerdotiū promouebit, *ita legitur in Sardicense Concilio, canon. 13.* ad ꝙ bene faciunt dicta per Paulū Apostolū, *in 1. ad Timotheum c. 5* dū dixit manus citò nemini imposueris, ꝙ Leo
328 Pōtifex scribēs, ad Africanos Episcopos declarauit quid est cito manus imponere nisi ante maturitatē ætatis, ante tēpus examinis, ante meritū laboris, ante experientiā disciplinæ, sacerdotalē honorē tribuere, & paulò post idē Pontifex, si enim ad honores mūdi sine suffragio tēporis, sine merito laboris indignū, est ꝑuenire, & notari ambitus solēt, quos probitatis documēta nō adiuuāt q̄ diligens, & quam prudēs habēda erit dispēsatio diuinorū munerū, & cęlestium dignitatum prout hæc omnia referuntur *in decret. in c. miramur 61. distinct.*

Ex quibus est aduertendum, q. dum sacrum Trid. Concil. (dum loquit de interstitijs submouēdis) dicit, nisi necessitas, aut vtilitas ecclesię iuditio episcopi aliud suadeat; hoc totū iuditio episcopi remictit, qui tñ nō dēt abuti ista potestate, & cum omnibus passim dispensare, sed cū certo moderamine, & cū maxima cōsideratione, & ꝙ causa propter quā mouet
329 ad dispensandū, sit sufficiens, & iusta, quia dispensatio quæ fit sine causa est potius dissipatio q̄ dispensatio, *Archid. in c. consequens 2. dist. Ferdinand. Vasques in lib. 1. controuers. Illust. vsu frequent. c. 26. n. 10. Gambar. de offit. deleg. car. 150. n. 89. & cart. 307. n. 159. & 160.* non mediocriter Deū offendit, *vt dicit speculator de offit. & potest. legat. §. qualiter autē in princ. Gammar. vbi supra lib. 10. n. 163.* quia reuera est relaxatio iuris ab habente potestatē, sed cum causæ cognitione, *Abb. in c. fi. n. 4. de scismat. Marches. de commiss. in tit. de signat. grat. p 1. c. 2. n. 68.* Immo in casu licito potest compelli superior ad dispensandū, *vt dicit Tusc. in d. lit. D. concl. 456. n. 8.* sic etiā nostrates dicunt ꝙ quādo princeps sæcularis vtitur plenitudine potestatis sine causa iusta, & rationabili ea non dicit plenitudo potestatis sed tēpestatis, ita dicit *Soccin. Sen. consi. 120. n. 14*
330 *lib. 3. Ferdinand. Loaz in allegat. pro Marchione Veles n. 65. car. mihi 54. Soccin. iun. cōs. 65. n. 6. lib. 2. Crauett. in tract. de antiq. tēpor. p. 1. n. 3. Vasq. d. c. 26. n. 11. Card. Tusc. in lit. D. concl. 458. nu. 7.*
319 patus Montis regalis, qui licèt ſit vltimus in ordine, eſt tamẽ primus in diuitijs, & iuriſdictione, quia vltra q̃ habet iura epiſcopalia, & ſpiritualia in multis ciuitatibus, & terris, hẽt etiã merũ, & mixtũ imperiũ, ac omnimodam iuriſditionem ciuilẽ, & criminalẽ in ipſa ciuitate Mõtis Regalis, & in aliquibus alijs terris, & caſtris, & quò ad diuitias reputatur maior plaćtura, quæ ſit in Italia, cui Archiepiſcopatui ad preſẽs preeſt Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. D. Ludouicus Torres; q̃ ob ſummã prudẽtiã,
320 exquiſitã doctrinã, & modeſtiã morũ ad talẽ gradũ fuit aſſumptus. Patriarcha vero (vt ad rẽ reuertamur) eſt ille, qui nõ vni ꝓuinciæ, ſed
321 multis eſt præfectus, & in Archiepiſcopos etiã poteſtatẽ habet, *Io. Brocolt. in tract. de feud. c. 5. n. 6.* qui Patriarchæ olim erãt ſolũ quatuor, ſci
322 licet Cõſtãtinopolitanus, Aleſſandrinus, Hieroſolemitanus, & Antiochenus, *c. diffinimus 22. diſt. ca. reuocantes 20. diſt. not. in c. aniq. de priuil. Harman. Vulteius in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. verſ. cæterũ ſunt clerici, cart. mihi* 459. *Io. Brocolten. d. c. 5. n. 5. Anaſtaſ. Germon. in tract. de ſacror. immu. lib. 2. c. 4. n. 14. Lancel. Corrad. in tẽpl. iud. lib. 2. §. 4. c. 3. n. 4. car. mihi* 181. *Dom. Flam. Pariſ. in tract. de reſign. benefic. li. 2. q. 1. n.* 41. qui dicit, q̃ ij habẽt maximã pręrogatiuã, & quod prædicti quatuor fuerũt ordinati de iure antiquo, & q̃ hodie adſunt, & alij, hoc eſt Aquileienſis, & Gradẽſis, *c. cleros 21. diſt.* & quia Patriarchat⁹ Gradẽſis hodie eſt extinctus ꝓpter deſolationẽ illius ciuitatis huiuſmodi dignitas fuit tranſlata in ciuitatẽ Venetiarum per Nicolaũ V. Põtificẽ Max. anno Domini 1451. q̃ etiã vltra Domin. Pariſium, *d. q. 1. nu. 42. dixerunt Gigans per eundem Pariſium allegatum in tract. de reſiden. epiſc. c. 18. n. 12. Anaſtaſ. Germon. in tract. de ſacror. immun. lib. 3. c. 7. nu.* 3. Et licet hę tres dignitates videãtur inter ſe quodammodo differre, nihilominus ſunt idem in effe-
323 ctu, & habent eadem iura, & veniunt omnes appellatione epiſcoporum, *Dominus Pariſius d. q. 1. n. 43. 51. & 52. Lancellot. Corrad. in dicto templo iud. lib. 2. c. 5. n. 6. Gigans loco præcitato*, licet non e cõtra, quia appellatione Patriarcharũ non veniũt omnes alij epiſcopi, vel Archiepiſcopi, *c. multi Archiepiſcopi nonageſimanona diſt. Io Brocolten. in d. tract. de feud. c. 5. nu. 6.*
324 Cæteri vero dicunt̃ habere dignitatẽ, & nõ ordinẽ prout ſũt Illuſtriſſimi Cardinales, Abbates, Præpoſiti, Priores, & quinis eccleſiæ alicuius collegiatæ præfecti, *Vulteius in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. verſ. cęteri qui car. mihi* 460. ideo de eis Doctores nullum verbum faciunt circa materiam ordinum.
325 Et reddeundo ad noſtrã ordinũ materiã, dico, q̃ ordines gradatim ſũt ſuſcipiẽdi, & non per ſaltũ, vt de ſubdiaconatu ad ſacerdotium, vel de oſtiario ad acolitũ, *vt in c. vnico, de clerico per ſaltum promoto*, & ideo furtiue, & ꝑ ſaltũ ordines ſuſcipiẽs, vel eadẽ die ſuſcipiẽs ordines minores, & ſubdiaconatũ erit puniẽdus, *c. 2. & c. fin. de eo, qui ordin furt. ſuſcep. Hoſtienſ. in ſumma eiuſdem tituli Bernard. Diaz in pract. crim. canon. c. 25. in fi. Menocch. in tract. de arb. iud. centur. 6. caſ. 564. num. 2.* vbi dicit, quod Zozimus Pontifex Maximus in epiſtola ad Heſichium Salonitanum Epiſcopum relata in cap. 2. 59. diſt. in ſt. hoc modo reſcripſit. Qui eccleſiaſti-

cis

cis disciplinis per ordinē non est imbutus, nec
tēporum approbatione diuinis stipēdijs eru-
ditus, nequaquā ad summū sacerdotium ec-
clesiæ aspirare, vel præsumere debet, & nō solū
in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiā
ordinatores eius careāt ordine, quē cōtra præ-
ceptū crediderant præsumendū, qui Menoch.
recenset tria alia capitula, prædicto sequentia,
& alia iura, quæ idē determināt, quæ cum sint
impressa in decret. ad illa me remitto. Ex dis-
positione sacri Concil. Trid. *sess. 23. c. 11. de re-*
326 *for.* non possunt cōferri ordines sacri, nisi ser-
uatis interstitijs, hoc est nisi intersit anni spa-
tiū de vno ordine ad aliū, ibi, Hi vero nō nisi
post annū a susceptione postremi gradus mi-
norū ordinū ad sacros ordines promoueātur,
nisi necessitas, aut ecclesiæ vtilitas iudicio epi-
scopi aliud exposcat, hæc sunt verba Concilij,
ꝙ ex nostratibus dixerunt *Sim. Maiol. in trac. de
irregul. lib. 4. c. 11. nu. 1. Igna. Lopez in addit. ad
prac. Diaz c. 25. in verb. vna, & eadē die, Menoch.
in tract. de arb. cent. 6. cas. 564. nu. 3. 4. 5. & 6.* &
hoc ita fuit statutū, vt tātū, & admirabile euā-
geliū sacerdotiū debita reuerentia sumāt, & ne
si statim illud acciperēt, parui haberēt collatū
gradū quē prius per multū tempus nō exopta-
327 uerūt, vt in simili cōsiderabat D. August. *prout
habetur in c. institutum 27. q. 2. Io. de Neniz. in sil-
ua nupt. lib. 2. n. 112. vers. dicunt quod nō præcipi-
tet,* & etiā ex alio, hoc est vt per hęc tpa, & inter
stitia ordinādus accuratius quātū sit huius rei
pōdus possit edoceri, ac in vnoquoque munere
se exercēs, ac iuxta præscriptū episcopi, ita de
gradu in gradū ascēdat, vt in eo cū ætate, vitæ
meritū, & doctrina maior accrescat, maiorque
erga ordines superiores reuerētia cognoscatur,
put vr̄ fuisse de mēte Cōcil. Trid. in loco proxi
me citato, cū alijs quæ circa vtilitatē intersti-
tiorū quò ad ordines, *latè tradit Grat. dist. 77. per
tot.* Sicut. n. nemo repēte fit turpissimus, ita ne-
mo repētē fit summus, *vt habetur in c. si sermo meus
ver. e cōtrario de penit. dist. 2. & in auth. de ord. epis.
& cler. ī vers. q cū illis uerbis, & prius quā purgati
sint purgāt, heri sacrilegi, hodie sacerdotes, heri extra
sacra hodie p̄sules misteriorū, veteratores malitia,
nouitij pietate, & in c. 1. vbi gl. in verb. subito 61.
dist. & per tot.* Immo etiā p has promotiones, q̄
habebūt lōgius tēpus poterit probari, qua fide
qua modestia, qua grauitate, & modestia se
gesserit ordinādus, & si dignus fuerit probatus
ad sacerdotiū promouebit, *ita legitur in Sardi-
cense Concilio, canon. 13.* ad ꝙ bene faciunt dicta
per Paulū Apostolū, *in 1. ad Timotheum c. 5* dū
dixit manus citò nemini imposueris, ꝙ Leo
328 Pōtifex scribēs, ad Africanos Episcopos decla-
rauit quid est cito manus imponere nisi ante
maturitatē ætatis, ante tēpus examinis, ante
meritū laboris, ante experientiā disciplinæ, sa-
cerdotalē honorē tribuere, & paulò post idē
Pontifex, si enim ad honores mūdi sine suffra-
gio tēporis, sine merito laboris indignū, est p-
uenire, & notari ambitus solēt, quos probita-
tis documēta nō adiuuāt q̄ diligens, & quam
prudēs habēda erit dispēsatio diuinorū mune
rū, & cęlestium dignitatum prout hæc omnia
referuntur *in decret. in c. miramur 61. distinct.*

Ex quibus est aduertendum, q. dum sacrum
Trid. Concil. (dum loquit de interstitijs sub-
mouēdis) dicit, nisi necessitas, aut vtilitas ec-
clesię iuditio episcopi aliud suadeat; hoc totū
iuditio episcopi remittit, qui tn̄ nō dēt abuti
ista potestate, & cum omnibus passim dispen-
sare, sed cū certo moderamine, & cū maxima
cōsideratione, & ꝙ causa propter quā mouet
329 ad dispensandū, sit sufficiens, & iusta, quia dis-
pensatio quæ fit sine causa est potius dissipatio
q̄ dispensatio, *Archid. in c. consequens 2. dist. Fer-
dinand. Vasques in lib. 1. controuers. Illust. vsu fre-
quent. c. 26. n. 10. Gambar. de offit. deleg. car. 150. n.
89. & cart. 307. n. 159. & 160.* non mediocriter
Deū offendit, *vt dicit speculator de offit. & potest.
legat. §. qualiter autē in princ. Gammar. vbi supra
lib. 10. n. 163.* quia reuera est relaxatio iuris ab
habente potestatē, sed cum causæ cognitione,
*Abb. in c. fi. n. 4. de scismat. Marches. de commiss. in
tit. de signat. grat. p 1. c. 2. n. 68.* Immo in casu li-
cito potest compelli superior ad dispensandū,
vt dicit Tusc. in d. lit. D. concl. 456. n. 8. sic etiā no-
strates dicunt ꝙ quādo princeps sæcularis vti-
tur plenitudine potestatis sine causa iusta, &
rationabili ea non dicit plenitudo potestatis
sed tēpestatis, ita dicit *Soccin. Sen. cons. 120. n. 14*
330 *lib. 3. Ferdinand. Loaz in allegat. pro Marchione Ve-
les n. 65. car. mihi 54. Soccin. iun. cōs. 65. n. 6. lib. 2.
Crauett. in tract. de antiq. tēpor. p. 1. n. 3. Vasq. d. c.
26. n. 11. Card. Tusc. in lit. D. concl. 458. nu. 7.*
331 Et nō prodest in foro cōscientiæ nec ita dis-
pensatus est tutus quoad Deū sed remanet cū
peccato, *Carol. Tapp. in repet. Authen. ingressi in
verbo ipso ingressu c. 3. n. 50. 51. & 52.* vbi dicit ꝙ
causa debet esse grauis, *C. de sacros. eccl. glo. in c.
non est, de voto. Petrus de Gregor. Tholos. in com-
mentar. & adnotat. in decret. tit. de rescript. c. 15.
n. 4. Nauarr. cons. 3. n. 3. in fin. in tit. de voto tom. 1.
cart. mihi 656.* vbi dicit, ꝙ dispensatio sine cau-
sa est ipso iure nulla, & iterū *in manuale, c. 12. n.
76. vers. 16. cart. mihi 73. & de regul. comment. 4.
nu. 36. cart. mihi 116. Iacob. de Graff. in decis. aur.
p. 1. lib. 2. c. 31. n. 32. & seq.* vbi dicit quod causa
iusta requiritur etiam in dispēsatione a Sum-
mo Pontifice obtenta, *& p. 2. lib. 2. c. 10. n. 13.*
vbi dicit quod in dubio quoad ecclesiam mili-
tantem in Papa præsumitur iusta causa, quod
secus est quo ad deum, & in terminis in dispē-
satione facta a prælato sine causa, quod ita di-
spensatus non sit tutus in conscientia, satis do-
cte

cte dixit *Siluester in verb. dispensatio quæsit. 3. & S.Thomas in 2.2.q.88.art.vlt. circa medium prout eum refert Graff.d.n.* 13. qui dicit, quod hæc opinio procedit quando dispensatio est facta ad petitionem partis *allegat Cardin. in clemen.2. §.1.in ii.q.de peniten.& remiss. circa quod Nauar. cons.45.n.2.in tit.de homicid. in 2. tom. cart. mihi*
332 313. dicit quod omnis dispensatio permissa inferiori Papæ cõtra canones est facienda cum causæ cognitione, & iusta de causa, *allegat.glos. in c.requisitis §. nisi rigor, 1.q.7.& not. in c. at si clerici §.1. de iudit.Innoc.in c. dudum,il 2.n.16.de*
333 *elect.Petrus Aton.a Petra in tract de potest. Princ. c.32.dubit.2. n.20.cart.mihi 172. & c.27.n.66. cart.* 144. Immo episcopus ita de facto absque causa dispensans, si de tali dispensatione conuincatur poterit deponi *c. 1. & fin.21.distinct. Fel.in c.constitutus col.8. de rescript. Abb. & Imol. in c. de multa de prebend. Petr. de Gregor. in commenta.& ad notat.in decret.in tit.de rescript. lib.1. c.13.n.20.car.mihi 35.*
334 Quæ causæ dispensandi in casu nostro sunt duæ, scilicet, necessitatis aut vtilitatis ecclesiæ, quæ prima causa necessitatis poterit exemplificari si in diœcesi esset sacerdotum defectus, vel non adessent confessarii, qui sufficerent pro necessitatibus populi, & sacerdotes essent inhabiles ad confessionẽ audiendã, & promouendi
335 essẽt habiles. Secunda causa est vtilitatis ecclesiæ, quæ potest exemplificari vt qa promouendus esset vitę multũ exemplaris, vel vir summæ doctrinæ vel ita nobilis, & potens, q ecclesiã ab alio oppresã posset sua authoritate defendere, nec puto ꝙ sit causa vtilitatis ecclesiæ, si ordinãdus vellet aliqd donare ecclesiæ, vt ordinetẽ non seruatis interstitijs qa hæc esset q̃dam spe
336 cies simoniæ, ꝑut est simonia si aliqs vellet aliquid donare monasterio vt recipiat in eo, *Bartolomeus Vgol.in tract.de simonia tabula 1.c.6. §. vniuersitates itidem n.1.& 2. cart. mihi 25. & est tex.in extrauag.sane ne vinea, de Sim. Angel.in sũma in verb. simonia il 4.* & ad hoc bene facit id ꝙ apud Surium legit in vita S. Ioãnis Patriarchæ Alessandrini dicti elemosinarij, ꝙ licet tũc temporis adesset maxima penuria frumẽti, noluit tñ promouere quendã diuitem, qui offerebat soluere, & dare magnã quantitatẽ frumenti, vel summã pecuniarum, vt ꝓmoueretur ad ordinem Diaconatus, ꝶ parimodo esset simoniacum legatum, & ꝑ cõsequens nullum, si te-
37 stator legaret alicui monasterio aliquã pecuniarũ summam, cum cõditione ꝙ recipiat talis in monachũ, *Bart. in l. Titio centum ff.de condict.& demon.vbi etiã Ang.Paul.de Castr.& Imol. Anania in c.non satis, de simon. Alex. in l. 2. C. de instit.& substit.vbi etiam Dec.nu.* 10. qui testatur de comm. * opin.
38 Et talis dispensatio debet fieri per Episcopum ordinarium ipsius clerici, & non per episcopum ordinantem, quia Episcopus ordinans non potest esse ita informatus de necessitate, vel vtilitate ecclesiæ prout Episcopus diœcesanus, qui verisimilius scit necessitates, & vtilitates suæ ecclesiæ, sicut in simili dicimus in absolutione, & habilitatione a iuramento, quæ debet obtinere ab Episcopo Diœcesano iurantis, ex quo ipse melius potest esse informatus de fragilitate, læsione, & con-
339 ditione iurantis, *Lapus allegat. 10. Calderin. cõs. 1.in tit.de offit. ordinar. & cons. 6. in tit. de iureiurand. Roman.sing.470.Capiti.decis.18.n.6.Frãc. Aretin.cons.142. col.4. Caualcan. decis.9. n. 31. Mart.de iurisd.p.2.c.9.nu.* 14. etiam à capitulo sede vacante, vt ibi *Mart.nu.13.*
340 Et licet hæc interstitia ex causa possint abreuiari, vt dixi, non tamen poterãt ex causa quãtumuis necessaria vel vtili in totum tolli, & eadem die conferri duo ordines sacri, vel vltimus, minor, & prim⁹ sacer, ita Menoch. Ignat. Lopez. & Maiolus, locis citatis, & hoc in tantum est verum, ꝙ si sabbato vnum sacrorum ordinum conferat alicui, & cõtinuato ieiunio alterum eidem conferat in dominica, Episcopus esset suspẽsus a collatione ordinum, & ordinatus ab eorum exequutione, donec Apostolica sedes dispensationem indulgeat *c. literas de tempor.ordin.Maiol. in d. tract de irregular. lib.3.c.24.nu.13. vers. quod arbitrium Menoch. d.casu.564.nu.5.in 6.centuria.*
341 Nec valet consuetudo existens in aliquibus ecclesijs, ꝙ vno die possint conferri vltimus ex ordinibus minorum, & primus, ex maioribus, *ita Maiol.in d.tract. de irregular.lib.4.c.11.n.1. Ignat. Lopez in add.ad pract. Diaz d.c.25 in verb. una & cadẽ die Meno. casu p̃d.n.8.* qdqd i cõtiariũ dixerit Nauarr. *in manuale confess.c.15.nu.71.*
342 Sed an episcopus aliquem promouens, & ordinans, non seruatis interstitiis, censeatur cum eo tacite dispensasse, & dico quod si Episcopus hoc ignorabat, non dicitur cum eo dispensasse, secus si scienter hoc fecerit, quia tunc censetur quod sic, *Maiol.in d.tract. de irregular. lib.3.c.24.n.14. Petr. de Gregor. in comment. ad decret.in tit.de rescript.c.12.per tot. lib. 1. Ignati. Lopez in addit.præd. in verbo opportune tamen Menoch. d.cas.564.in fi.ad quod benefaciunt dicta per Abb.in c.veniens de filijs presbiterorum, & per Fel. in c.preterea n.7. & 9.de testib.cogend. & per eundẽ Menoc.in tract. de p̃sumpt.lib.2. p̃sum.20.per tot.*
343 Nec omictã dicere hoc loco, quod Episcopi antequam aliquem tam ad ordines maiores quàm minores, & etiam primam tonsuram promoueant, vel concedant literas testimoniales, seu dimissorias, debent multum inquirere de vita qualitate, & moribus ordinandi, nec ita passim omnes ad ordines assumere, & omni-

omnino exequutioni mandare ea quę ordinātur *in Authen. quomodo oporteat Episcopus ceteros clericos ad ordinationes produci, & in tit. extra de tempor. ordinand. & de ætate, & qualit. ordin. perficiendorum cum ibi notatis per Doctores, & per Gratian. dist. 24. ad 100. & quæ ex nostratibus tradunt Siluest. in summa in verb. clerici, il 2. per tot. Lucas de Pen. in l. vnica C. de periculo successorum parentis lib.* 10. *Alber. Trotius de perfecto clerico lib. 2. a c. 1. vsq. ad 37. Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 1. per S. Anton. in sua summa p. 3. titul. 20. c. 2. §. 1. Marc. Anton. Marsil. Colum. in tract. de ecclesiast. Reddit. c.* 18. *&* 19. Et ratio cur Illustrissimi, & Reuerendissimi Episcopi in huiusmodi promotionibus debeāt procedere cum pede plumbeo, & deliberare cū grano salis, est, quia res magnę (prout est clericatus)
344 non sunt singulis committendæ sed tātum iuris probatis, & experientia notis, *iuxta text. in §. cumque hoc in proœm. instit. vbi hoc not. Aret. n. 1. in fin.* Namque si clerici ob corporis defectū a clericatu repelluntur iuxta titulū de cor-
345 pore vitiatis, vt si quis cęcus, claudus, vel paruo vel grandi, vel torto nasu, vel fracto pede, vel manu, vel gibbu, vel lippus, si albiginem habēs in oculo, si iugem scabiē, si impetiginē in corpore, vel erniosus, vel quid simile, *vt in c. 1. 49. dist. & prout hæc omnia notat Albert. Trotius in tract. de perfecto clerico lib. 2. c. 16. requisit. 12. & Couar. in clement. si furiosus p. 1. in princ. n. 5. & seq. de homicid.* quanto magis debent repelli ob defectum animi, & morum, ideo maior inquisitio, & magis rigorosum examen exigitur in ijs quæ ad animum, & virtutes ordinandorū spectant, *ita Gratian. dist. 24. per tot. & præcipuè in c. si quando, & Concil. Trident. sess. 23. per totam, & maxime cap. 7.*
346 Præterea si ad dignitates temporales, & mundanas non debent assumi nisi digni, & idonei l. vt gradatim, ibi si idonei sint ff. de muner. & honor. quanto magis ad sacros ordines, & ecclesiasticas dignitates, cū hæc illis sicut aurum plumbo, sunt pręstantiora, & nobiliora *c. solitæ, de maiorit. & obedien. & tradunt Ludou. Molina in tract. de Hispanorum primogenijs lib. 2. c. 5. n. 65. cum sequentibus, S. Anton. in sua summa lib. 3. tit. 20*
347 *c. 2. §. 2. Petr. Rebuff. in rubr. de elect. derogat. in glos. in verbo idoneorem in concordant. Galliæ.* Nec Episcopi ita indignos ad ordines clericales assumētes excusabūtur a peccato iusta regulā correlatiuorū, *Euerard. in topica iuris in loco a correlatiuis Mars. in l. si quis viduam n. 14. ff. de quest. & magis in terminis S. Antoninus in summa d. p. 3.*
348 *tit. 14. c. 16. §. 11.* & est regulare in quocūque q habet potestatē eligēdi, & assumēdi, & promouendi ad aliquod offitiū, & gradū, namq; si is talis elegerit, vel promouerit indignū, ipse peccabit, & vltra tenebit ad restitutionē damni il-
349 lati ab illo indigno *Petr. de Gregor. Tholos. in cōment. & adnotat. ad decret. in explicat. de electi. c. 7. n. 11. vbi allegat. ad hoc S. Ant. d. p. 3. tit. 20. c. 2. §. 1. Iacob. de Graff. in append. ad decis. aur. lib. 4. c. 2. quasi per totum, & precipue n. 20. & 21.* vbi multa scribit circa assumptionē promotionē, & electionē indigni, *& iterum in ipsis decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 9. n. 11.* & circa eligētes, & assumētes indignos ad offitia tēporalia, q ipsi teneantur pro electis, & multa ad materiā electionis indigni
350 ponunt *Io. Segura de Auilos in direct. iud. ecclesi. c. 13. n. 5. Marc. Ant. Amatus decis. 8. n. 44. Bonaccoss. in tract. de seruis, & famul. q. 164. Laurent. de Pinu. cons. 144. n. 15. Roman. cons. 338. nu. 7. Surd. cons. 326. per tot. lib. 3.* & q eligens, vel promo-
351 uens indignū admittat facultatē promouēdi, & eligēdi, dixerunt, *Tiraq. in l. boue §. hoc sermone limit. 1. n. 32. Ludou. Molina in tract. de primog. Hispanor. lib. 2. c. 4. n. 39. Ferdinand. Vasques in lib. cōtrouers. illustri. c. 43. n. 12. & seq. Lambert. in tract. de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 3. 10. q. 1. per tot. Couarr. in 2. p. relecti. regula peccatum §. 7. per totum Io. Franc. Capoblan. in tract. de author. baron. prag. 10. nu. 81. cart. mihi. 251.*
352 Et magis in terminis in Episcopo, q indigno cōfert ecclesiasticū ordinem scienter, quod priuetur potestate conferendi eundem ordinē, *est text. in c. qui ecclesiasticis 36. distinct. Petr. de Greg. Tolos. in comment. & ad not. ad decret. in explicati. de elect. c. 7. n. 11. vers. qui ēt scienter cart. mihi 25.*
353 Præterea, cū sanctius sit in ecclesia Dei (præcipuæ in ordinatione sacerdotū) paucos bonos, quàm plures malos habere ministros, *vt habetur in c. cum sit ars de ætat. & qualit. ordin. prefitien. & in c. tales 23. dist.* præmisso prædicto arto morum, & vitæ examine congruens in ecclesia ministrorum numerus conseruabitur, vt fieri est ordinatū, *per Concilium Nicenum il primo canone 62. & videtur voluisse Sotus in tract. de iust. & iure lib. 9. q. 4. art. 1. vers. 1.* ergo, & ex tali matura consideratione, & examine vitæ, & morū in promotionibus faciendis ad ordines clericales aliud bonum eueniret, hoc est, quod eui-
354 taretur tāta clericorū multitudo, quæ sine dubio apud sæculares vilipendium affert; infinitas enim iuribus est inimica, *l. fideicommissa §. si quis decem, & ibi glos. ff. de legat. 3. glos. in c. cum iam dum in verb. multitudo de præben.* & multitudo numerosa ferè nihil habet honestum *§. multitudo in Authen. de referend.* & penè nihil immensum bonum est, vt in præsentibus terminis cōsiderat Iustinianus Imperator *in Auth. vt determinatus sit numerus clericorum, & est tex. in c. fi. de relig. domi. ibi ne nimia religionis diuersitas grauem in ecclesia Dei confusionem inducat*, Et quod multitudo vilipendium inducat, vltra quod experientia, quæ est rerum magistra nobis clare demonstrat, *voluit glos. in c. 1. in verb.*

sedis

sedis Apostolicæ de reliqui. & venera. sanctor. in 6. in quo dicitur quod ideo canonizatio sanctorum non est permissa singulis Episcopis, sed
355 solum Romano Pontifici est reseruata, ne cõtingat in infinitum sanctos multiplicari, & sic deuotionem frigescere & sanctitatem vilescere; sic etiam dignitas referendariorum propter numerositatem vilescit, *ita Iocobatius Cardin. in tractat. de concilio lib. 1. art. 5. num. 5.* & pari modo sanctissimæ indulgentiæ vilipenduntur
356 & non existimantur (vt decet) ex multiplici earum concessione, *vt habetur in extrauagan. & si dominij de penitent. & remissi. ibi ob multitudinem facultatum*, iuncto ibi, ne ex inde Clauium authoritas deducatur in contemptum, & ex hac causa Sacrum Concilium Trid. *sess. 25. in decret. de indulgentijs vers. in hijs tamen*, statuit vt in hijs quoddam moderamen obseruetur, *& ad propositum Guliel. de Benedict. in repet. c. Rainutius in verb. vxorem dec. 5. num. 23. de testamen.* dixit quod aduocatorum offitium vi-
357 lescit ex nimia ipsorum aduocatorum copia, *Thom. Aetius in tract. de ludo scaccor. quæst 9. nu. 78. & 79.* vbi dixit quod ex raritate splendor, & ex multitudine oritur contemptus, & magis in terminis materiæ de qua agimus adest testimonium Sancti Hieronymi *relatum in cap. legimus §. sed dices distinct. 93.* vbi dixit presbiteros turba contemptibiles facit, & Sotus *in 4. sententiarum part. 2. distinct. 25. q. 1. art. 4. vers. ad tertium*, dicit qua ratione numerus pauperum sacerdotum adeo creuit, vt ecclesiæ nullũ adferant decorem, sed populo multum oneris, *Alfonsus de Castro in tract. de iusta hereticorum punit. lib. 3. cap. 5. in fine vers. notissimum*, & ex nostratibus multa circa rem de qua tractamus. scripserunt, *Ripa in tract. de peste cap. fin. nu. 26. Marquat. de Susannis in tract. de celibat. sacerd. p. 1. cap. 4. nume. 1.*

358 Et concludendo dico quod Episcopi in ista re debẽt esse multum oculati, & circumspecti ex eo magis quia si indignos promouent, peccata aliena sibi communicant vt habetur *in c. quid est vers. & quid 78. distinct. & voluit Gomes. super regul. Cancell. in titul. de idiomate, quæst. 3. in princ. & Sanctus Anton. in summa lib. 3. cap. 2. §. 1.* nec ommittam dicere, quòd sicut ex causa necessitatis, vel vtilitatis episcopus potest dispensare circa interstitia, ita pariter ex eisdem causis potest compellere clericos ordinatos in
360 minoribus, vt ordinentur in sacris, qui si nullam adducerent excusationem & efficerentur contumaces essent irregulares, *c. si qui clericus, & c. placuit 74. dist.* & vltra episcopus poterit eis tollere officia, & beneficia, *Maiolus in tract. de irregul. lib. 4. cap. 16. num. 6. & c. 1. n. 12.*

361 Quarto sciendum est, quòd licet clerici non dicantur esse in iurisdictione Imperatoris, Regis, vel alterius cuiusuis Principis sæcularis, vt dixit *Ioan. Battista Asinius in tractat. de exequu. §. 9. c. 16. per totum, Ludo. Sacc. cons. 22 n. 19.* & dicam infra effectu 1. in ampliationibus: & eo ipso quod quis assumitur ad cleri-
362 catum eximitur a potestate principis sæcularis, *Gram. dec. 61. n. 13.* & propterea dicuntur principibus secularib. non subditi, secundum *Bal. in l. de quib. vers. 6. quæritur ff. de legib. & in l. 1. in 10. col. vers. & ex hoc apparet quod, C. de Sũma Trin. & fide Cathol. Bertac. in suo reper. in uerb. clerici veniunt, Cassan. super consuetud. Burgun. rubr. 1. §. 14. nu. 10. cart. mihi 134. Alex. consil. 41 n. 5. vol. 7. Boss. in suo tract. crim. in tit. de crim. lęsæ maiest. n. 87. & in tit. de penis, n. 43. Restaur. in tract. de Imperat. q. 191. per totam, Io. de Deo in doctrina aduocator. lib. 3. c. 20. n. 3. Curt. in c. fi. n. 578 de cõnsuet. Ant. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 7. n. 2. Plot. in repet. l. si quando nu. 854. C. unde vi*, & hoc ita & taliter est verũ, quod sta-
363 tutum loquens de non subditis sibi locum vẽdicat in clericis, *Carpa. super stat. Mediol. lib. 1. c. 44. n. 5. & 7.* qui loquitur in statuto disponente, quód non subditus non audiatur in sua petitione nisi præstito de restituendo, & reficiendo expensas conuento *allegat Dec. cons. 114. col. 3. & alios Doctores.* Nihilominus non dicuntur omnino non subditi, & forẽses, *Bursat. cons. 93. nu. 23. lib. 1. Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 220. de constitut. & ibi Addentes in liter. D, idem Dec. cons. 275.* Sed natura-
364 liter, siue originarie dicuntur esse de dominio & ditione illius principis, in cuius terris sunt nati, *c. de capitulis, c. quis nesciat dist. 10. c. sacerdotibus, ibi dominentur, 11. q. 1. Victoria in relect. de potest. eccl. q. vlt. n. 4. D. Sotus in 4. sent. dist. 25 q. 2. art. 2. Hier. Gigans ĩ tract. de crim. læsæ maiest. q. 63. n. 3. car. mihi 111.* vbi testatur de cõ. opi. *Clar. in §. crim. læsæ maiest. n. 7. Ant. Scapp. in trac. de iure non scripto li. 1. c. 7. n. 1. Aluar. Velasc. dec.*
365 *100. nu. 2.* Sic etiam est dispositum in ecclesia, quæ dicitur de territorio, & de corpore ciuitatis in qua est constructa, *Fely. in c. eam te, num. 16. de rescript. Boss. in tit. de crim. læsæ maiest. num. 88. Surd. cons. 301. num. 7. vbi alios allegat lib. 3.*

366 Quinto sciendum est, quod in fauorabilibus clerici veniunt appellatione districtualium secus in odiosis, ideo si est concessum aliquod priuilegium, immunitas, indulgentia, vel quid simile districtualibus, tale priuilegium consequentur etiã clerici, & è contra si imponeretur aliquod grauamen, vel excõicarent districtuales nõ cõprehenderetur clerici, *c. fi. vbi Anch. in 4. not. de offi. deleg. in 6. l. 1. §. cũ vrbẽ de offi. perfect. vrbis, c. dilecti de foro cõp. Bal. in l. 1. §. huius studij, vbi ẽt Ias. in 2. not. & Aquẽs. n. 14. de iust. & iur. Gem. ĩ c. si sñiæ, in prin. de sent.* ex-

excõm.in 6.Fel.in c.eam te,n.16.de rescr.Io.Chirier in tractat. de primogen. lib.1.q.24. num 3.in decimo tomo tractatuum diuersorum,par.1.car.mihi 35 Vbert.Zaccard. conf.28.n.4.lib.1. Io. Iac. a Ferro super lege municipali Vicentina,c.14.n.4. Cassa. super consuet.Burg. rubr.13. §.9. nu.2. Surd.dec. 129.n.13.& conf.301.n.7.lib.3.Roma.conf.180. n.2. & sing.446.n.2.Bursat.conf.93.n.23.in fin. lib.1.Io.Andr.& Dom.de S.Gemin. in c.fi.de offic. de leg.in 6.Milis in suo reper.in verb.clerici, & p̃lati,Alex.conf.41.n.3.vol.7.Dec.in c. Ecclesia S. Mariæ,n.34.de constit.vbi Addentes in lit.H,alios allegant Horat.Carpa super stat.Mediol.p.1.c.44. n.5. Fel.in c.Rodulph.n.18. de rescr.Lud.Bologn in tract.de indulgen.nu.104.in 14.tom. tract. diuers. car.mihi 147.Brun. a Sole in compend.resolut.proposit. iur. in verb. districtualium appellatione,cart. mihi 37. vbi alios allegat Plot. conf.93.n.8. Io.de Silua in tract.de benefic.p.3.q.6.nu.15.in 15. tom. tract.diuers. p.1.car.mihi 50.Ferrett.conf.138.n. 1.vbi etiã alios congerit,Bertac.in suo reper.in verbo districtus, il 9.

368 Item cum distinctione proxime supra posita clerici veniunt appellatione ciuium, *c. de his 12.dist.Doctores,& præcipuè Abb.Panorm.n.4 & 25.in c.Ecclesia S.Mariæ de constit.Bald.in d. l.1.§. huius studij, ff.de iust. & iur.& in l.1.§.cum vrbem,col.3. ff.de offic.præfect.vrb. Alex. in l. in prouinciali,§.in publico, ff.de nou.oper.nunt.Frãc. Marc.dec.455.nu.9. Io.Sdrezeler in tract.Baldum nihil ignorasse, siue manis super vnica quæstione Bald. §.1.nu.20.Surd.conf.391.n.7.Cassan. super consuetud. Burgun.rub.13.§.9.in verb. de sforest, num.3.cart.mihi 371.*vbi testatur de commun. * opi. *Io.Iac. à Ferro d.c.14. n.3. Ferrett. d.conf. 138. nu.1.lib.1.Bart.in l.1.n.11. ff. ad munip. Fel. in c. eam te nu.16.de rescript.& in c.Rodulph.n.18 eod.tit Card.in Clem.plerisque elect. Alc. conf. 11. nu.11.lib.2.tom.1.Osasc.dec.80.Greg.Natta in tracta.super stat.quod stant.mascul.q.3.n.85. Io.Thom. Minado in repe.const.regni in aliquibus in 2 not.nu. 9.in tit.de success.filior.comit.& baron. Mandos. in add.ad Rom.conf.180 nu.1.in ver. comprehendun tur Velasc. dec.180.n.2. Mars. in tract. de bannit. in verb.ciuitate,n.116.D.Cosim. Nepita super consuetud. clarissime ciuitatis Cathaniæ in prohem. nu. 142.Bursat.conf.93.n.23. lib.1.*

369 Et non solum dicuntur ciues illius ciuitatis in qua sunt nati,verum etiã & ciuitatis in qua possident beneficium,*c.3.de tempor. ordinan.in 6.Bar.in repet.l.placet,C.de episc. & cler. & in l. ciues,C.de incol.lib.10. & in l.1.ff. & ad municip. Bald.in l.Senatus,in fi. de senator. Abb.Panor.in c. dilectus filius de rescr.vbi etiam Fel.nu.2.& 8.idẽ Abb.Panor.in c. postulasti in 5. col. de foro compet. Barbat.in c.Rodulph nu.137.de rescript. idem Fel. in reper.in verb. clericus sæcularis, & in c. eam te, nu.16.de rescript.Sanseuer.in repet. l.1.n.141.C. de Summa Trin. & fide Cathol. Boer. dec.260. nu 20.Lup.in repet.rubr. de donat. inter virum & vxor.§.39.nu.5. Surd.dec.301.nu.7. lib.3.* ita pa-

370 riter dicimus in simili in officiali, qui dicitur ciuis illius loci, in quo gerit officium, *Bart. in l.municipes § fi.ff.ad municip.l.ciues vbi Io.de Platea,col.4.C.de incol.lib.10.Lancell. Gall.super consuet.Alex.in verb.maritus,q.6.nu.1. & seq. Alc. conf.45.n.9.Reper.inquis.in verb. familiaris, cart. mihi 337.Paris in tract.de sind.in verb.ciuilitas,c.*

371 *1.n.2.car.mihi 146.Surd.conf.106.nu.6.lib.1.* Et tales beneficiati gaudent omnibus prærogatiuis,& cõmoditatibus ciuibus cõcessis,*Bertran. cõs.92.n.4.vol.3.Frecc. in tract.de suffeud.car.46 Capibl. in tract.de author.baronũ pragm.11.n.95.*

372 Et quod dictũ est de clericis procedit et in monachis, ac ceteris regularib. qui in sui fauorẽ per assumptionẽ habitus non desinunt esse ciues suæ patriæ & nihilominus sunt ẽt ciues illius ciuitatis in qua est situm monasterium ad quod ingreditur, *c. rogationes de consacrat. dist. 4.Bart.in l.1. ff. ad municip. Lapus allegat.100.& in cap. quod clericis de foro compet. Phil. Franc. in cap.fin. de offic. delegat.in 6.Nauarr. conf.6.num. 3. in titul. de testamen. tom. 1. cart. mihi 457. Io. Thom. Minad. in repet. constit. Regni in aliquibus in 2. notab. num.90.de success. filior. comit. & baron.*

373 Item clerici cũ prędicta dist.veniunt appellatione populi,*c.1.de præbend.cap.si sententiæ de senten. excõm.c.adiutorium dist in ct.10.Fely.n.69. vers.tertio quæro,& Dec.nu.8.in cap.ecclesia S.M. de constit.quos sequuntur ibi cõter scribentes Abb. Panorm.in cap.1.de vit. & honest.cler.Alberic.in tract.de statut. lib.2.quæst.2.nu.16.& 58.Sebast. Medices in tractat.de legib. & statut.par.4.quæst. 6.num.4.Ancheran.in cap.1.num.3. & 4. de præbend.Bertach.in suo reper.in verb.clericus, vel clerus Cassan.super consuetud. Burgundiæ rubr.13.§. 5.num.7.cart.mihi 1464. Tiraquell. in tractat. de retract. Lignager, §. 1.glos.8. num.32. Baldassar Cardut. Florent, conf.78. num.64. in 2. tom.conf. vlt. voluntat. diuers. Velascus decis. 100. num. 5. Nicolaus Euerardus conf.42. num.46. Horat. Carpan. super Statut. Mediol. part. 1.cap. 78. num.2. Henric.Bohic.in cap.dilecti filij,num.10.de lit.contestat.Rimin.iun.conf. 168.num.94.lib.4. Cardin. Hieronym. Alban. in lucubrationibus ad Bartolum in l. sicut §. in decurionibus,num.2.ff.quod cuiusque vniuers.nomin.* vbi dicit hanc esse communem opinionem * Brun. *in tractat. super statut. quod stant. mascul. artic.8.num.4. Bolognin. in tractat. de indulgen. num.105.in 14.tom. tractat. diuersor. cart.mihi 147.Surd.conf.301.num.7.lib.3.Cosim. Nepita super consuetud.Clarissimæ ciuitatis Cataniæ* (quæ re vera in regno isto sola potest,& debet dici studiorum mater) *in proœm. num.143. Io. Galiat.Maluasia conf.26.nu.21.lib.1.*

Item

374 Item cũ ſupradicta diſtinctione veniunt appellatione vniuerſitatis, *Card. in clem. 1. in 3. q. de immu. eccl. Nepita d. n. 143. vbi alios allegat, Surd. præcit. n. 7. Maluaſ. eod conſ. 26. n. 20.*

375 Item clerici veniunt appellatione vaſſallorum quatenus conſiderantur vt ciues, in his, quæ non repugnant libertati eccleſiaſticæ, *Aluar. Velaſcus dec.* 100 *nu.* 7. vbi põderat id quod dicitur à Diuo Paulo ad Romanos, *Anima ſublimioribus poteſtatibus, &c. omnis anima de cenſib. c. magnum* 11. *q.* 1. *Diuus Tho. in lib.* 1. *de regimine principis, c.* 1. *Victorina in tract. de poteſt. ciuili, n.* 5. *Io. Iacob. à ferro ſuper lege municipali Vicentina, c.* 14. *n.* 19. Hinc videmus iſto Regno,

376 quòd in colloquiis, ſiue parlamentis generalibus, & quando præſtatur fidelitas nouo regi interuenit, & iurat etiam Brachium Eccleſiaſticum quaſi vaſalli ſicut vtuntur in Hiſpania, prout aſſerit Velaſcus *d. dec.* 100. *n.* 6.

377 Item veniunt appellatione prouincialium in fauorabilibus ſecus in odioſis, *c. dilecti de foro compet. Bertac. in reper. in verb. clerici veniunt.*

378 Item veniunt appellatione hominum, ideo ſi eſt conceſſum priuilegium hominibus alicuius loci in eo comprehenduntur clerici, *c. dilecti de foro comp. Tiraq. in tract. de iure primog. q.* 44. *num.* 9. *Carpan. ſuper ſtatu. Mediol. p.* 1. *c.* 375 *n.* 131. *Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. rubr.* 13. §. 1. *nu.* 4. *fol.* 1463.

379 Et quod dici, quod clerici veniunt appellatione ciuium diſtrictualium populorum, & ſimilium in fauorabilibus intelligas in iis diſpoſitionibus in quibus diſponitur circa ea, quæ de iure poſſunt communiter & promiſcue cõpetere clericis, & laicis, vt ſi concedere aliqua indulgentia, vel ſi permitteretur, vt animalia ciuium poſſint paſcere ĩ certis pratis, vel quod famuli ciuium poſſint facere lignamina in certis nemoribus, vel quòd fiſcus contra ciues non poſſit principaliter agere prout extat tale priuilegium in hac Vrbe Panormi, vel ſimilibus, ſecus in iis, quæ non poſſunt ex ſe competere clericis, vt quia ciuibus, vel populis eſſet conceſſum priuilegium deferendi arma cu iuſuis generis, vel quod ſoli ciues admittantur officia, namque talia & ſimilia priuilegia non competunt clericis, quia hæc ſunt eis interdicta de iure canonico, vt dicam infra locis ſuis, *Cardin. in Clemen.* 1. *in* 3. *q. de immun. eccleſ. Innoc. in c. dilectus prope finem de conceſſ. præben. Maluaſ. conſ.* 26. *num.* 20. *Alphonſ. Aluarez in Spec. iuris Pontific. cap.* 35. *verſ. & clericus incorrigibilis, prope finem cart. mihi* 99. vbi dicit, ꝙ non habẽt

180 vocẽ in concilio populi, & rõ eſt, qa diſpoſitio quælibet redducitur ad terminos habiles, *Abb. conſ.* 50. *n.* 4. *& cõſ.* 53. *n.* 3. *lib.* 2. *Calcan. cõſ.* 87. *n.* 3. *Ruin. conſ.* 144. *n.* 12. *lib.* 5. *Io. Lup. in repet. c. p veſtras fol.* 29. *de donat. inter uirum & vxorẽ Cappell. Tholoſ. dec.* 256. *Suarez in tit. dellos gouernos, q.* 5. *n.* 5. *Aſin. in tract. de exequ.* §. 2. *q.* 8. *n.* 1. Ex quib⁹ infert, ꝙ clerici poſſunt vti bñficiis ſtatutorũ, q̃ ſunt edita in fauorẽ ciuiũ, ex quo ip

381 si ſunt ciues, & de vniuerſitate, & de populo, *Abb. ĩ c. cõſtitutus, n.* 4. *de reſt. ĩ integ. Paul. de Caſt. cõſ.* 300. *li.* 1. *& in l. oẽs populi, n.* 8. *ff. de iuſt. & iur. Bal. ĩ l. de quibus, n.* 75. *ff. de legib. Crot. cõſ.* 215. *n.* 16. *lib.* 2. *& cõſ.* 293. *n.* 17. *lib.* 3. *Cumia ſuper ritu iſtius Regni, c.* 40. *n.* 280. *Carpa. ſuper ſtat. Mediol. p.* 1. *c.* 42. *vbi alios allegat, late Monal. conſ.* 2. *n.* 50 *lib.* 2. *qui etiam multos & multos allegat.* & ego de iſta materia etiam dicam latius infra effectu 2

Et quod priuilegiũ conceſsũ aliquibus, vtputa Panormitanis extendatˀ, etiã ad clericos dixerunt, *Io. Iac. a Ferro, & alij per eum allegati ſuper lege municipali Vicentina, c.* 14. *n.* 9

382 Sexto ſciendũ eſt, ꝙ clericatus eſt dignitas, *gl. in c. deniq; in verb. dignitas diſt.* 4. *& in c.* 1. *in ver. dignitati de vit. & honeſt. cler. in* 6. *& in c. ſedes in verb. maiores de reſcrip. D. de S. Gem. in d. c. denique Paul. de Caſt. in l. officiales verſ. nota ẽt C. de epi. & cler. Lap. alleg.* 101. *n.* 17. *Bar. conſ.* 180. *poſt mediũ Patia. in tract. cui incumb. onus prob. negat. li.* 2 *c.* 34. *n.* 1. *Bimius conſ.* 109. *n.* 38. *lib.* 2. *Barba. cõſ.* 51. *n.* 9. *li.* 3. vbi aſſerit, ꝙ ex ſolo clericatu quis dicitˀ in dignitate cõſtitutus, *Balzer. in c.* 1. §. *ſi clericus, n.* 1. *de pace tenend. Monal. conſ.* 150. *n.* 77. *lib.* 1. *& conſ.* 1. *n.* 81. *eod. lib. & cõſ.* 162. *n.* 14. *li.* 2 *Brun. à Sole in cõpend. reſolut. propoſit. iuris in ver. clericus, il* 1. *Marſ. ĩ repet. rub. de fideiuſ. n.* 151. *Corrad. in tẽpl. iud. li.* 2. *c.* 1. *n.* 7. *q.* 1. *f. mihi* 137. Et iõ

383 clerici dicunt maiores laicis & illis vbiq; ꝑferri debẽt, *gl. in d. c. ſedes in verb. maiores de reſcrip. Iaſ. in l. generaliter n.* 6. *ff. de in ius vocan. Marſ. in conſ.* 51. *n.* 21. *& in repet. d. rub. de fideiuſſ. n.* 151. *Spec. in tit. de reſcr. præſentat.* § 9. *n.* 2. *Hiero. Gigans in tract. de penſion. q.* 22. *n.* 13. *Nic. de Neap. ſuper cõſuet. Neap. in prohem. n.* 314. *Iacobin. in l. ĩ teſtibus, n.* 3. *ff. de teſt. Henr. Botta in trac. de ſinodo epiſc. p.* 3. *n.* 32. *in* 13. *to. tract. diuerſ. p.* 2. *cart. mihi* 385. *Patia. d. c.* 34. *n.* 5. *Corrad. loco proxime cit.* &

384 eis debetˀ honor & reuerẽtia, *vt not. in l. oẽs, C. de epiſc. & cler. & not. Balzer. in c.* 1. *in princ. n.* 21 *de controuerſ. inter epiſc. in vſib. feud.* Imò clerici ſunt principibus ſecularibus, & etiam regi-

385 bus ſuperiores, & eorũ dignitas quacũq; dignitate ſeculari ẽt Imperatoria maior eſt, *c. qs dubitet* 69. *diſt. c. ſolitæ de maior. & obed. c. ſi Imperator* 96. *diſt. Bar. cõſ.* 180. *Iaſ. in l. generaliter n.* 6. *ff. de in ius voc. Tiraq. in trac. de nobil. c.* 9. *n.* 4. *Barba. in tract. de præſtan. Cardin. p.* 1. *nu.* 34. *Grat. conſ.* 87. *nu.* 6. *lib.* 1. *Vulpell. in tract. de libert. eccleſiaſt. p.* 1. *num.* 21. *vbi alios allegat.* & multa circa hoc ſcribit Alphonſ. Aluarez *in Specul. iur. Pontific. cap.* 35. *in princ. verſic. quinimo nulla dignitas, cart. mihi* 96. *Patianus in d. tractat. cui incumb. onus proband. negat. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 5.

Camillus Borell. in add. ad Petrum Bellugam in Speculo princ. rubr. 11. §. videndum in lit. G. circa principium cart. mihi 55. *Bernard. Bombin. cons.* 10. *n.* 13. *Foller. super constit. regni in titu. de episcopis, & cler. de personis clericorum, cart. mihi* 41. *& c. itē statuimus quod clerici, n.* 1. *eodem tit. cart. mihi* 64. *Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 66. *Marsil. in repet. rubr. de fideiuss. d. n.* 151 *Brun. a Sole in compen. resolut. proposit. iur. in verb. clericatus est dignitas Velascus decis.* 100. *nu.* 1. *Io. Batt. Marches. in tract. de commiss. p.* 2. *c.* 8. *nu.* 1. *&*
386 2. *cart. mihi* 554. *&* 555. Hinc est, quod iurisdictio ecclesiastica, & spiritualis est maior temporali, *c. solite, vbi Doctores de maiorit. & obed. glos. in c. decernimus de sentent. excomm. in* 6. *Scribentes in c. nouit de iudit. & in c. cum sit de etat. & qualit. Boer. in tract. de author. magni Concilij nu.* 44. *Cephal. cons.* 360. *nu.* 5. *vol.* 3. *Iacob. Sbrozzius in tract. de vicario Episcopi lib.* 2. *q.* 26. *n.* 7. *vbi nu.* 8. *simul cum Ceph. d. cons. nu.* 5. dicit quod iudex animarum dignior est iudice corporis, & ideo
387 iudex ecclesiasticus est maior iudice seculari, *not. glos. in c. licet de except. in* 6. *Robert. Lancellott. in tract. de attentatis p.* 2. *c.* 20. *de attent. post inhibit. in præfat. q.* 3. *n.* 78. Et ideo iudex ecclesiasticus potest supplere negligentiam iudicis secu-
388 laris & non e contra immo potest compellere iudices seculares vt in suis terris administrent iustitiam prout decet vt dicam infra effectu 1. in ampliationibus: & potest cōpellere per censuras ecclesiasticas iudices laicos vt sibi prēstēt auxilium brachij temporalis pro exequendis suis mandatis & nihilominus ipsi iudices ecclesiastici non possunt compelli nisi rogati vt præstent eis auxilium pro compescendis delinquentibus per cēsuras ecclesiasticas vt dicam infra in prædicto effectu 1. in limitationibus; in tantum quod Episcopi poterunt principes
389 seculares & etiam imperatorem si peccauerint corrigere eosque ad penitentiam vocare & si sunt contumaces anatematizare, *Corrad. in templ. iud. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 1.

Et hæc clericorum dignitas ex eo solo satis clare deducitur cum ab oibus vocentur reuerendi & patres & hoc non sine ratione nāque hoc nomen presbiter ex eius etimologia pater
390 & senior significat vt dixi supra in principio huius præludij: *& deducitur ex tex. in c. cleros §. præsbiter* 21. *distinct.* vnde postquam patres, & seniores sunt, bene sequitur coram cano capite consurge, & honora personam senis, *Leuit. c.* 19. senectus enim semper venerabilis fuit, *l. sēper ff. de iure immun. Tiraq. in tract. de penis tēper. causa* 8. *& in tract. de iure primogen. in probœm. nu.* 79. *& seq.* & si fortasse superiora loca de senectute corporis vulgares intelligant, multò magis ꝓcedunt in senectute animi, & sic maiori ratione in iuuene clerico, *iuxta illud Sapientie cap.* 4. *cani sunt sensus hominis & etas senectutis vita immaculata Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 12. *de refor.* Quo fit vt tanquam in tāta dignitate constituti debent ipsi taliter se gerere vt ab omnibus habeant venerari, & honorari tanquam tales.

Nec ommittam dicere quod licèt oēs clerici & sacerdotes, tàm seculares quàm regulares sint summopere honore prosequendi, maior
391 tū sæcularibus quàm regularibus ratione antiquitatis debetur reuerentia, excepto Abbate qui dignior est, & honorabilior quolibet clericos, *glos. in c. subdiacono in verbo: Abbas* 93. *dist.* & ideo si canonici collegialiter procedant honorabiliorē habebunt locū, *Pet. Calefat. in trac. de equestri dignitat. n.* 98. *& seq.* & ideo *glos. in c. qualiter, & quando il* 2. *in verbo facilius de accus.* di-
392 xit ꝙ clericorum cetus dignior est quam monachorum quod etiam tradidit, *Io. Andr. in c. dilectum n.* 12. *de regul. iur. in* 6. *& clarissime colligi poterit ex Diuo Augustino relato in c. legi* 16. *q.* 1. *ibi cum ex hijs qui in monasterio permanent non tamen nisi probatiores atque meliores in clerū assumere valeamus*, & ex Diuo Hieronymo qui dumscribit ad rusticum monacum dixit sic sic viue in monasterio vt clericus esse merearis, *prout habetur in c. si c viue* 16. *q.* 1. *& ex nostratibus dixit Io. de Motaign. in tract. de author. magni concilij. n.* 14. *&* 84. & ratio prædictorum est qa clerici seculares sunt digniores monacis ac ceteris regularibus, & eos procedunt, *c. alia, & c. legi.* 16. *q.* 1. *c. subdiacono,* 93. *distinct. not. glos. in c. qualiter, & quando il* 2. *in glos. fin. de accusat. Io. Andr. in c. dilectum, de regul. iuris in* 6. *in Mercur. Gemin. & Card. Alex. in c. episcopos col.* 2. 17. *distinct. Collegium Ferrariense cons.* 3. *nu.* 1. *post cons. Zabbarell. Caccialup. cons.* 4. *n.* 13. *post cons. eiusdem Zabbar. Henricus Botta in tract. de sinodo episcop. p.* 3. *n.* 29. *in* 13. *tom. tract. diuers. p.* 2. *cart. mihi* 385. *Henr. Bohic in c. ad audientiam n.* 3. *de eccles. edifican. Corrad. in templ. iudi. lib.* 2. *c.* 11. *in tit. de priore conuētualium. n.* 2. *car.* 227. vbi dicit quod ex quo clerici fuerunt antiquiores ceteris religiosis ideo sunt preferendi, *Pancir. cons.* 6. *nu.* 4. vbi etiam dicit quod clerici oues pascunt, & monaci pascuntur, vnde ex verbis vsitatis ab ecclesia colligere possumus dignitatē clericorū ꝑ quos religionis sūpsit exordium in oratione S. Petri, & licet clerici sint digniores, & honorabiliores regularibus, nihilominus vita monachorum, & regularium est perfectior quam vita
393 clericorum, vt dixit Diuus Tho. *in quolibet. quolibet* 3 *c.* 17. *Bohic eodem nu.* 3. quod intelligo de regularibus, qui sunt vere regulares verbo & opere, non autem de hijs, qui sunt regula-
394 res titulo tantum; ideo clerici seculares nulla expectata, vel habita licentia ad religionem regularium transire libere poterunt, *c. due sunt* 19. *q.* 2. & hoc in tantum est verum vt nec ēt

licen-

licentia Episcopi requiratur, licet ex honestate & congruitate illam petere habeant, *c. licet vbi Innoc. & Hostiens. nu. 16. Io. Andr. nu. 8. Henrich Bohic nu. 6. Butr. nu. 7. & Abb. nu. 14. de regu*
395 *lar.* & hoc ea ratione est clericis concessum, quia perfectius est seruire Deo ex obligatione voti, vt docuit Diuus Tho. 2. 2. *q. 189. art. 7. q. 88. & opusculo 17. c. 12. & 18.* quod tamen non procedit quando hic transitus fieret cum graui damno ecclesiæ, & si iam transierit reuocari poterit per ecclesiam, quæ damnum patitur *Innoc. & cæteri supra allegati in c. licet de regular. Siluest. in summa in verb. religio, il 4. q. 1. Gregor. Lopez super legibus tauri l. 10. tit. 7. p. 1.* quod tamen facere non poterit clericus propria authoritate, qui etiam intuitu ecclesiæ non poterit a religione discedere, *glo. in c. si quis vero 7. quæstio. 1. Innocen. & Abb. locis proxime citatis*; ceterum an clericatus nobilitet dicam infra
396 effectu 55.

Septimo sciendum est, quod clericus in minoribus constitutus ordinibus potest quãdocunq; sibi placuerit a clericatu descedere sicut & nouitius cuiusuis religionis quod secus est in clericis in sacris cõstitutis, quia ipsi in ordine oĩno persistere cõpelli possunt sicut & professi in ceteris religionibus licet isti non sint in sacris constituti, *c. 1. & c. constitutionem de reg. in 6. clem. eos eod. tit. Nauar. cons. 25. nu. 7. in tit. de priuileg. in 2. tom. car. mihi* 434.

397 Octauo sciendum est, quod clerici tunc dicunt clericaliter viuere qñ oĩb. aliis relictis inherent ministerijs Dei oĩpotentis, Carpa. *super c. regni Neapolis c. 98. n. 8. in rub. de clericis clericaliter viuentibus cart. mihi* 133. vbi ad hoc allegat varia iura.

398 Nono sciendum est, quod clericus existens in minoribus si expresse renuntiauerit suis ordinibus, & clericatui non dẽt vlterius vnquã admicti ad clerũ, *ita Maiol. in tract. de irreg. lib. 5 c. 24. n. 3.* vbi vlterius dicit quod iurans, vel vo-
399 uens non clericari fit irregularis, licet tale iuramentum & votum sit nullum, *c. Archidiaconũ dist. 85. Borgas. in tract. de irreg. p. 1. q. 5. nu. 37.* &
400 ratio esse poterit quia nemo audiendus est cõtra id quod viua voce approbauit, *l. generaliter C. de non nu. pec. l. sicut C. de act. & obligat. cum similibus allegatis per Decia. cõs. 2. n. 151. lib. 1. Rim.*
401 *iun. cons. 757. lib. 7.* & quia non datur amplius regressus ad ius quod quis renuntiauit, *l. quæritur §. si venditor ff. de edilict. edict. l. Herennius in princ. ff. de euict. l. 1. §. qui semel ff. de successor. edict. c. eos sacerdotes c. si illic, & c. quam periculosum vbi glos. 23. quest. 4. glos. in c. ecclesia vestra, il 2. in verb. adicere de elect. & in l. quoties ab omnibus C. de fideicom. Deci. cons. 389. n. 10. Cranet. cons. 290. n. 2. vers. 2. nos lib. 2. Menoch. cons. 1. n. 209. lib. 1. Rim. iun. cons. pred. nu. 12. Nicol. Rausner. Vltram. cons. 21. n. 102. lib. 2. Surd. cons. 395. n. 4. & cons. 398. num. 2. lib. 3.*

402 Decimo sciẽdum est, quod vita spiritualis, & contemplatiua religiosorum, & clericorum est melior, & dignior vita seculari, & actiua *§. 1. in Authen. de monach. c. infirmitas de penitentijs & remissi. c. nupt. 34. q. 1. clement. exiui de verb. significat. Menoch. cons. 160. nu. 11. lib. 2.*

403 Hinc est quod si alicui relinquatur legatũ cum conditione ꝙ non debeatur si legatarius ingrederetur monasteriũ talis conditio tamquam impeditiua vitæ spiritualis, & ingressus religionis omnino reijcitur a legato, & sic legatum debetur etiam ꝙ legatarius ingrederetur religionem vel efficeretur clericus, *Bal. in l. cum ita de condict. & demonst. Carolus Tappia in repet. Authen. ingressi in verbo ingressi c. 1. n. 11. C. de sacros. eccles.* vbi dicit ꝙ hoc procedit quãdo prohibitio est generalis secus si prohibitio esset particularis ne legatarius ingrediatur ad certam religionẽ particularẽ, & e contra eadẽ ratione si alicui puellæ relinquantur mille si nupserit, & quingenta si monasterũi ingredia-
1176 *Clericus causa necessitatis potest habitum mutare & transformare.*

1177 *Seruitium ecclesiæ præstandũ per clericum ad hoc ut potiatur priuilegio fori in quib. consistere habeat an scilicet in tẽporalibus an uero in spiritualibus.*

1178 *Seruitium debet præstari de præsenti ad hoc vt clericus potiatur priuilegio fori, nec sufficit præstitisse de præterito.*

1179 *Qualitas iuncta verbo regulatur secundum tempus ipsius verbi.*

1180 *Seruire de præsenti ecclesiæ quando quis dicatur.*

1181 *Possidere de præsenti dicitur probatũ si per mensem ante probationem factã fuit probatum possedisse.*

1182 *Tertius conuentus vti possessor rei subiugate sufficit vt probetur quod per mensem ante exceptionem possederit ad hoc ut legitime condemnari possit.*

1183 *Seruitijs præstatio debet esse frequens ad hoc ut clericus in minoribus dicatur ecclesiæ inseruire & propterea gaudeat priuilegio fori.*

1184 *Priuilegium concessum causa officij durat tantum duran-*

Iudex

1258 *Iudex ecclesiasticus penes quem reperitur clericus captus pendente articulo, an debeat remitti ad Iudicē ecclesiasticū, quiescere, & nihil facere debet.*

1259 *Iudex secularis summariè se informare pōt, & cognoscere de clericatu ad effectum remittendi clericum ad suum Iudicem, & quando fiat hæc informatio, & cognitio vid. nu. 1260. & 1261.*

1262 *Iudex ecclesiasticus, & non secularis cognoscere habet an iurisdictio ad cū spectet vbi contingit quæstio inter eos super iurisdictione.*

1263 *Iudex ecclesiasticus determinat an quis sit in habitu, & tonsura, & an habitus quem defert sit ecclesiasticus.*

1264 *Tonsuræ quæstio vbi vertitur tunc Iudex ecclesiasticus poterit statim de ea cognoscere ex quo poterit denudare caput, & videre.*

1265 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus determinat, & cognoscit quæstionem an quis debeat admitti ad ecclesiasticam immunitatem.*

1266 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus determinat an locus in quo quis fuit captus sit sacer, & an sit de illis qui potiuntur ecclesiastica immunitate.*

1267 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus arbitratur an quis voluerit perseuerare in clericatu an vero habitum deijcere.*

1268 *Iudex ecclesiasticus determinare habet an res quas clericus defert sint causa proprij vsus, & an debeat super hoc iurare si gabellotus hoc negat.*

1269 *Iudex ecclesiasticus declarat an res quas clericus detulit non soluto vectigali ceciderint incōmissum.*

1270 *Iudex ecclesiasticus decidit quæstionem si quæ forte verteretur super inualiditate clericatus.*

1271 *Probatio an quis sit clericus, & an deferat habitum, & tonsuram, & an habitus quem gerit sit clericalis debet fieri in curia ecclesiastica.*

1272 *Citatio partis an sit necessaria in facienda probatione clericatus.*

1273 *Citatio Iudicis secularis an sit necessaria quando Iudex ecclesiasticus vult declarare an clericus debeat admitti ad forum ecclesiasticum vel non.*

1274 *Iudex secularis tenetur statim remittere ad forum ecclesiasticum clericum penes eum captum postquam hoc fuit pronuntiatum per Iudicem ecclesiasticum, & nu. 1275.*

1276 *Iudex secularis dum remittit clericum ad suum Iudicem competentem qua cautela vti debeat.*

1277 *Iudex laicus non potest statuere tempus clerico capto infra quod docere habeat de clericatu, & quid si fuisset morosus nu. 1278.*

1279 *Qui nam Iudex ecclesiasticus habeat determinare articulum an quis debeat gaudere foro ecclesiastico an scilicet ordinarius clerici an Iudicis an vero loci delicti.*

1280 *Persona clerici capti penes quē sit retinenda pendente articulo an debeat gaudere foro ecclesiastico.*

1281 *Citatio Iudicis secularis an sit necessaria qn̄ Iudex ecclesiasticus vult ei inhibere ne in cā procedat.*

1282 *Clericus quo ordine, & sollemnitate sit remittendus ad Iudicem ecclesiasticum.*

1283 *Clericus ad cuius expensas sit remittendus ad Iudicem ecclesiasticum.*

1284 *Clericus quando dicitur clericaliter viuere.*

1285 *Iudex laicus cui constat clericum prosecutum esse innocentem potest eum dimittere absq; eo quod illū remittat ad Iudicem ecclesiasticum.*

1286 *Clericus ad cuius instantiam fuerunt emanatæ inhibitoriæ non potest illis renuntiare.*

1287 *Clericus bannitus per Iudicem laicum, & per contumatiam ficte confessus comparendo oīa annullat.*

1288 *Clericus condemnatus tamquam laicus docendo de clericatu annullat sententiam.*

1289 *Iudici seculari in casibus in quibus competit iurisditio super personis ecclesiasticis illa cōpetit cumulatiuè cū ipso Iudice ecclesiastico, & nō priuatiuè.*

1290 *Episcopus potest prohibere ne laici deferant habitum, & tonsuram clericalem.*

1291 *Clericus quando priuatur priuilegijs clericalibus priuatur tantum possessione clericatus quia quò ad reliqua remanet clericus.*

1292 *Sententia lata per Iudicem secularem contra clericū conuentum est nulla etiam si prius per interlocutoriam declarauisset se competentem.*

1293 *Clericus si conuenitur coram Iudice laico tunc debet seruari ius canonicum sicut e contra quando laicus conuenitur coram Iudice ecclesiastico seruatur ius ciuile.*

1294 *Clerici in sacris constituti a constitutis in minoribus non differunt quoad ammissionem fori ecclesiastici vbi illud ammittitur propter delictum.*

1295 *Priuilegium fori adhoc vt quis ammitteret quæ erant necessaria de iure antiquo, & quid hodie sit dispositum in clericis in sacris constitutis.*

1296 *Clericus non solum personaliter, & per se ipsum potest petere declinatoriam fori verū, & per alium.*

PRIMVS EFFECTVS.

1 PRIMVS, itaq; est clericatus effectus, vt clerici eximantur a iurisdictione, & potestate laicorum, ita vt coram iudicibus, & offitialibus laicis nullo modo conueniri poterint, quod probatur, *in cap. 1. 11. quæst. 1.* dum Caius Papa ad Felicem Episcopum scribens ait, *nemo vnquam episcopum, aut reliquos clericos apud iudicem sæcularem accusare præsumat.* & Marcellus primus Pontifex Maximus scribens Episcopis Orientalibus in epistola secunda dicit, *Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad sæcularem iudicem trahere, nec laico quemlibet clericum liceat accusare,* & Pelagius Sergio Camellario scribit, *si quis laicus clericum cuiuscumque gradus dixerit esse pulsandum ad episcoporum iuditium in eadem ciuitate, vel territorio constitutorum proponat eas, quas se habere existimat actiones,* Innocentius Primus

ad Victricum Rhotomagēſem, vt Iſodorus citat in præfatione canonum, *Si quæ (inquit) cauſæ, vel contentiones inter clericos, & laicos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ placuit vt ſecundum Nicenam ſinodum congregatis prouinciæ epiſcopis iuditium terminetur,* & in Concilio Pariſienſi canone 10. habetur, *Nullus iudicum neque præsbiterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut eccleſiæ iuniores ſine licentia Pontificis per ſe diſtinguat, aut condemnare præſumat,* & in Concilio Matiſconenſi primo, canone 8. *Nullus clericus alium clericum ad iudicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocumque modo præſumat ſed omne negotium clericorum aut in epiſcopi ſui aut præsbiterorum in Archidiaconi præſentia finiatur,* & in Concilio Agatenſi canone 32. *clericum nullus præſumat ad ſæcularem iudicem epiſcopo non permittente pulſare,* quod etiam ex alijs Concilijs, & Summorum Pontificum reſcriptis hunc effectum deducit *Gratia. 11. q. 1. per totam quod etiam habetur in c. denique 96. diſt. in c. ſi quis 23. q. 8. c. ſi index laicus de ſentent. excomm. in 6. c. item ſtatuimus de conſtit. c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti de foro compet. c. cum non ab homine c. at ſi clerici, & c. qualiter de iudit. Authen. ſtatuimus. C. de epiſcopo & cler. Auth. vt clerici apud proprios epiſcopos collat. 6.* Ex quibus omnibus hæc cōcluſio fit indubitata ita, & taliter, quod nullum habet cōtradictorē (quod rariſſime in iure noſtro inuenitur, cū aliqui vt videātur acuti, & perſpicacis ingenij, alij paſſione moti, alij pecuniarum cupiditate ducti audeāt ipſi veritati ſe opponere, & dū volunt veritatē oſtendere ipſam veritatē inuoluunt, & obſcurant) immo (ad rem noſtrā reddeundo) prędictū effectum recenſent Doctores proxime citandi, & alij, quos data opera prætermictam, & hos ēt prætermiſiſſem niſi fuiſſem motus ad illos allegandum, quia multa circa hunc effectū vtilia, & ſcitu digna in locis inferius citandis ponunt, *gloſ. in c. ſi Imperatori in verb. diſcite 96. diſtinct. Azor. in ſuis inſtitut. moralibus lib. 5. cap. 12. verſ. in hoc procul dubio cart. mihi 502.* vbi dicit quod Marſilius Patauinus merito fuit ab eccleſia damnatus ex quo contrarium defendere voluit. *Aufrer. in tractat. de poteſt. iud. ſæcularis ſuper perſonas eccleſ. nu. 5. in 11. tom. tract. diuerſ. par. 1. car. mihi 328. Bernard. Laurentius in tract. prædicto nu. 5. in 16. tom. dictorum tract. cart. mihi 301. Io. Lupus in tract. de liber. eccleſ. par. 2. q. 1. nu. 2. in dictis tract. diuerſ. to. 13. part. 1. cart. mihi 5. Theoſalus Gisbertus vltramontanus in tract. de reconuent. c. 11. nu. 23. Petr. Auguſtinus Morla Hiſpanus in empor. vtriuſqae iuris in tit. de iuriſd. omn. iud. nu. 123. Surd. conſ. 193 nu. 4. & conſ. 222. nu. 1. lib. 2. & conſ. 301. nu. 16. lib. 3. Hondod. conſ. 3. n. 12. lib. 1. vbi alios allegat, & conſ. 20. nu. 11. lib. 2. Burſat. conſ. 397 nu. 10. lib. 4. & conſ. 42. nu. 2. lib. 1. vbi teſtatur de magis comm.* opin. Anaſtaſ. Germon. in tract. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 15. nu. 1. & ſeqq. Natt. conſ. 495 nu. 15. lib. 3. Cornelius Benincaſa in tractat. de paupert quæſt. 8. nu. 57. in 18. to. tract. diuer. car. mihi 158. Camillus Borellus conſ. 68. nu. 9. Aluarus Velaſc. dec. 100. n. 8. vbi multos alios allegat Bernard. Diaz regul. 92. Menoch. in tract. de arbit. iud. cētur. 3. caſu 246. nu. 5. & centur. 6. caſu 562. num. 2. Io. Batt. Marcheſ. in tract. de commiſſ. par. 2. c. 4. n. 30. Marius Anguiſſ. conſ. 28. nu. 12. Ludouic. Alfer. conſ. 70. nu. 31. Abb. noſter Panorm. in c. ſolite nu. 14. de maior. & obedien. Bart. Soc. reg. 80. Io. Montaig. in tract. de collat. parlamen. p. 2. nu. 11. in 16. to. tract. diuerſ. car. mihi 277. Thom. Gramm. voto 18. nu. 7. & voto 33. n. 16. Petr. Rebbuff. conſ. 193. nu. 5. Thomas Triuiſ. deciſ. 34. nu. 1. lib. 1. Marcus Antonius Eugen. conſ. 26. nu. 23. vbi alios allegat, & teſtatur de com.* opin. Marc. Ant. Peregr. conſ. 91. nu. 49. Io. Batt. Aſinius in pract. exequut. §. 2. c. 12. nu. 45. Couarr. in lib. pract. quæſt. c. 32. nu. 1. Guido Papa conſ. 221. nu. 2. Hieronym. de Ceuallos in ſpecul. commun. contra commun. opin. q. 550. Camill. de Curt. in diuerſor. feud. par. 2. c. 2. nu. 75.* vbi multa circa hoc ſcribit, & dicit quod iſte effectus deducitur ex infinitis iuribus tū iuris ciuilis tum ēt, & canonici, & dicit q͂d totus fere orbis Chriſtianus hanc concluſionem obſeruat, *Brun. conſ. 64. nu. 14. & 17. & conſ. 89. nu. 8. & 9. Marſ. in tract. de bann. in verb. iudice nu. 196. Fider. de Senis conſ. 148. n. 8. Mattheus Colera in tract. de proceſſ. exequut. par. 1. c. 4. nu. 6. Bernard. Bombin. conſ. 10. nu. 14. Alberic. de Roſat. in tract. de ſtatut. lib. 3. q. 42. nu. 1. Specul. in tit. de reo §. 1. nu. 3. Iacobus Berrett. conſ. 3. n. 34. Ant. Scappa in tract. de iure non ſcripto lib. 1. c. 1. nu. 1. vbi teſtatur de comm.* opin. & c. 2. etiam nu. 1. Alfonſ. Aluarez in ſpecul. iuris pontifit. c. 35. in princ. car. mihi 95. Gregor. Satr. in Claui Regia lib. 12. c. 7. n. 6.* vbi dicit quod ſunt omnino exempti, *Ludou. Molina in tract. de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 3. in ſecunda concluſione cart. mihi 138. Hierony. Pappon. conſ. 29. n. 10.* vbi dicit quod ante omnem humanam legem clerici fuerunt exempti a iuriſdictione laicorum, *Farinat. in ſuo tract. crim. q. 8. n. 1. Fernand. Vaſques in tractat. de ſucceſſ. creat. §. 22. lim. 17. nu. 58. Flammin. Cartar. in pract. de interrog. reis lib. 1. c. 1. n. 12. Petr. Cenedus in collect. iuris canonici par. 1. collect. 57. vbi prope infinitos cōgerit,* nec ſublimioribus poteſtatibus laicorum, *Mart. de iuriſd. par. 1. c. 25. nu. 46.*

Ampliatur primo prædictus primus effectus vt hanc immunitatem, & exemptionem conſequantur clerici non ſolum de iure poſi-
2 tiuo, & humano, verum etiam de iure Diuino, & ante humanam legē, *vt in Pſal. 104. Nolite tangere Chriſtos meos, &c. & Matth. c. 17. & c. 10. & alibi Propheta dicit Qui vos tangit, tangit* pupil-

pupillã oculi mei,& in veteri testamento legitur ꝙ Ioseph exemit sacerdotes à potẽtia Pharaonis, *vt ĩ Gen.c.47.* ꝙ manifestissime affirmauit Constantinus ille sanctissimus Imperator qui cũ præesset Concilio Niceno,& quædã querelæ contra clericos oblatæ fuissent quærelantes repulit,& memoriales conbusit,& ad clericos cõuersus dixit vos a nemine iudicari potestis quia ad Dei solius iuditium reseruamini, *prout hæc refert Gratian. in c.continua 11.q.1.& in c. futurã 12.q.1.* qđ & modernissime fuit determinatum per *Sacr. Concil.Trid. sess.25.c.20. de reformat.* dum sancta sinodus admonet principes seculares ne patiãtur suos magistratus, & offitiales violare clericorum immunitatem Diuino,& humano iure inductam,& antiquitus per Conciliũ Calcedonense, vt refert Gratianus *in c. si clericus,& in c. clericus nullus 11.q.1.* & per Concil.Melitanũ *vt in c. inolita eadem causa,& q.* & per Concil.Cartaginense vt habetur, *in c.placuit eadẽ q.1.* quod ẽt attestatus fuit Ioannes Pontifex Max. *in c. si imperator 96. distin.* & ex nostratibus iuriscõsultis multi atq; multi talẽ opinionẽ fuerunt secuti inter quos fuit *Glos.in dicto cap.si imperator, in verb. discuti Bald.& Aluarott.in c.1.§.statuimus n.1. de statuis,& immagini. Abb.in c.at si clerici n.23.de iudic. DD.communiter,& præcipue Fel.n.6.& Deci.n.5.in c.ecclesia Sanctæ Mariẽ de constitut. Gomes. in repet.c.1.n.67.de constit.in 6. Alciat. in c.cum non ab homine n.20.& 46 de iudit. Io. Orascus in repet.l.de quibus n.144.de legib. Aluar.Velas.decis.100.n.8.Gigans in tract.de crimine lesæ maiest.q.63.n.2.cart.mihi 111.* vbi multos allegat licet ipse in casu suo contrariũ teneat, *& in tit. quis cognoscat de crim.lesæ maiestat.n.15.cart.mihi 126 Corrad.in templ.iudi.tit.de vicario episco. lib.2.c.6.n.3.cart.mihi 215.Roland. a Valle. cons. 12.n.44.lib.2.& cons.23.n.10.eod.lib.Camill. de Curte in tract.de feud.p.2.c.2.n.77.& seq.* vbi multa circa hanc ampliationẽ scribit, *Ludou.Molin.in tract.de iustit.& iur.tract.2.disput.3 in tertia cõclusione cart.mihi 139.& seq.per totũ Petrus Belluga in specul.princ.rub.11.§. videndũ n.1.& 5. cart.mihi 51.& 52.* vbi pro ista opinione allegat alia iura,& authoritates,& dicit ꝙ iudices laici diuinitus penis corporalibus affligũtur, qui officiũ iudicũ ecclesiasticorũ sibi vsurpãt
3 qđ probat exẽplo Ozie qui fuit lepra percussus, *vt est relatum in c.nos si §.item cum Balam 2.q.7.Io Gutter.in repet.l.nemo potest n.107.& seq. ff.de legat.1.* vbi testatur de comm.* opin. *Lelius de Zanchis in tract.de priuil.eccles.priuileg.47.n.15. Tiber.Decian.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.1.Cardin.in c.perpendimus in septima oppositione de sentent. excomm. Villalobs in commun. opin. in verb. clericus n.68.Viui.etiam in cõ.opin. in verb.clerici a potestate, Couarr. in lib. pract. quæst. c.31. n.1. Azebed.in l.5.tit.3.lib.1.nouarũ compilationũm, Vantius in tractat.de nullit. in tit. de nullit.ex defectu iurisdict.nu.101.* vbi multos alios allegat, *Sigesmund.Scacc.in tract.de iudit.p.1.c.11.n.44.* vbi testatur de comm.* opin.& nonnullos congerit Dominus Don.Nicol.Intrigl sing. 82.n.3.& in tract.de casibus conscien.cas.8.n.104. quidquid in contrariũ dixerint aliqui per eum relati n.105. Pappon.cons.29.n.10.Farin.in tract.crim.q.8.n.2.Cassan.super consuet.Burgun.rub.1.§.5.vers. s'il n'a grace nu.48.car.mihi 192. Foller. super const. Regni in tit. de episc.& cler.c.de personis clericorum n.8.car.mi 41.Benincas.in tract.de paupert.q.8.speciali 4.n.53.Caualc decis.27.num.32.& 31.libr.1. Iacob. de Graff.in decis.aureis p.2.lib.3. capit.5.num.4. Clarus in §.fin.quæst.36.nu.1.* vbi asserit hanc esse com.* opin. *Thomas Zorola in praxi episc. in verb. clericus,§.12. Rot. Rom.dec.840. alias decis. 10. num.4. in titul. de consuet. in antiqu. prope infinitos allegat Petr. Cenedus in collect. iuris canonici p.1.collect.37.n.1. Anastas.Germon.in tract.de sacror. immunit.lib.3.c.15.n.17.& 18.* vbi dicit ꝙ clerici fuerunt exẽpti a iurisdõne laicorum ante oẽm humanã constõnẽ,& ꝙ constõnes, quẽ postea emanauerunt nõ ad exẽptionẽ inducẽdã,sed ad iuris diuini declarationẽ cõstitutæ fuerunt, *Farin.in tract.crim.q.8.n.2.* vbi hanc ampliationẽ limitat duob' modis,quarum limitationũ neutra est vera, Prima nõ est vera, quia supra citati Doctores loquuntur indistincte, & authoritates sacræ scripturæ etiã loquunẽ indistincte, nec respiciunt magis causas spirituales quam tpales,ciuiles,vel criminales, imò magis vident respicere causas tpales quam spirituales, dum sacra pagina dicit,noli tangere Cristos meos, &c. & qui vos tangit tãgit pupillã oculi mei, & dũ eximit sacerdotes a potẽtia Pharaonis. Secũda aũt limitatio non est vera, quia ius diuinũ in locis supra allegatis loquitur etiã indistincte,nec respicit magis vnã personã quã aliam, vel vnã causam quam aliã, & si fortasse esset limitanda hæc ampliatio (prout non puto) deberet limitari in oĩbus clericis,qui nõ sunt sacerdotes, & hoc per illud dictũ, *Ioseph exemit Sacerdotes a potentia Pharaonis.* Et licet sit verissimum ꝙ hanc exemptionẽ habeant, & confessquanẽ clerici de iure diuino,nihilomin' exercitiũ ipsius exẽptionis, & possessionẽ talis pri
4 uilegij nõ obtinuerũt nisi post cõciliũ Remẽse ꝙ fuit celebratũ anno Dñi 829. sub Eugenio II. Põtifice Max. *vt habetur in c.2.& in c.in parte,& ĩ c.qualiter,& quãdo,& in c.quãdo de iud.* & in tertio tomo conciliorũ inter decreta ipsius Eugenij prius nãq; conueniebanẽ apud iudices sæculares, tàm in causis ciuilibus, q̃ crimi-

criminalibus, vt colligitur clare ex text. in l. cũ cle
ricis, & in l. omnes, C. de episc. & cler. & nõ est du-
5 biũ q̃ dr̃ de iure diuino illud q̃ in lege veteri
est figuratũ, & in noua est adimpletũ cũ decla
ratione, Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat 79.
dist. in 5. art. n. 3. car. mihi 241. Ex quibus DD.
& ex alijs in ipso effectu allegati qui ẽt hoc di
xerunt clarissime liquet q̃ magis * cõ. opi. est
q̃ hanc immunitatẽ cõsequunt̃ clerici de iu-
re Diuino, quidquid in contrariũ tenuerunt,
Pet. Aug. Morla, & alij per eũ allegati in emporio
6 vtriusq; iuris tit. 2. q. 12. n. 3. & seq. Ampliat se-
cundo p̃dictus primus effectus, vt laici sint oĩ-
no, & penitus incapaces iurisdõnis super per-
sonas ecclesiasticas, Victoria de potest. eccl. in fin.
Bal. in l. si quis ex aliena ff. de iud. vbi dicit, q̃ lai
cus non est, nec esse põt iudex super clericos,
Egid. de Mandalbertis in sua disput. incipient. qõ ta
lis est inter qõ. Paul. de Leazar, vbi dicit, q̃ cleri-
cis coram iudice seculari non est licita com-
paritio, nec possibilis iurisdictionis ꝓrogatio
Gram. cons. 71. n. 37. in crim. & voto 18. n. 12. &
13. & voto 27. n. 6. & dec. 61. n. 5. & 17. vbi dicit
q̃ ita fuit conuentũ inter regẽ regni Neapolis
& Summũ Pontificẽ, & iterũ dec. 29. n. 5. Morla
in empor. vtriusq; iur. p. 1. tit. de iurisd. omn. iud. n.
123. & sunt ita, & taliter incapaces, vt nunq̃
7 hac iurisdictionem p̃scribere possint, Abb. ĩ c.
quanto de cõsuet. & in c. ad aures, & in c. causam, q̃.
n. 2. & 3. de p̃scr. Paul. de Cast. cons. 2. n. 3. vol. 2.
Ripa in c. decernimus, n. 74. & 75. de iud. Fely. in c.
accedentes, n. 6. vers. fallit secundo de p̃scr. & in c. 1.
in prin. de maior. & obed. Rocc. de Curte in repe. c. fi.
sect. 5. n. 32. car. mihi 153. de cõsuet. Iac. Berret. cõs.
3. n. 34. Aug. Bero. cõs. 16. n. 21. lib. 1. Roma. sing.
419. & ibi Addentes, Caualc. dec. 27. n. 31. lib. 1. q
prædictos oẽs allegat, & dicit q̃ tp̃s nunquam
poterit causare, & tradere hanc iurisdictionẽ,
8 & hæc iurisditio competit iudici ecclesiastico
priuatiue quoad laicũ iudicẽ, c. cum nõ ab homi
ne, & c. at si clerici de iud. c. 2. & ibi gl. de foro cõp.
c. clericũ, il 2. 11 q. 1. Alex. cõs. 8. n. 11. lib. 1. Grãm.
voto 28. n. 7. Rol. a Valle cons. 12. num. 34. & seq.
lib. 2. Marc. Ant. Cuccus in instit. canon. lib. 1. c. 6.
n. 122. & 124. Cartar. in tract. de interrogan. reis li.
1. c. 1. n. 12. vbi quãplurimos alios allegat Sigism.
Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 14. & 32. Neuizz.
cons. 4. n. 41. vbi dicit hoc idẽ esse quoad bona,
quia ẽt in eis iudex ecclesiasticus habet iuris-
dictionem priuatiuam quoad laicos.

Ampliatur 3. vt prædictus primus effectus
quod clerici non possint conueniri corã iudi-
9 ce laico habeat locũ tàm si causa est crimina-
lis, q̃ ciuilis, Petr. de Rauen. in tract. de feud. tit. de
stat. & consuet. §. itẽ statuimus in 10. tom. tract. di-
uers. p. 2. car. mihi 41. Bertach. in tract. de episc. p. 5
lib. 4. n. 95. in 13. tom. eorundẽ tractatuũ p. 2. cart.
mihi 353. Rol. a Valle cons. 23. nu. 13. lib. 2. Viuius
dec. 49. n. 3. Lud. Molin. in tract. de iust. & iur. trac.
2. disput. 30. in princ. car. mihi 138. glosa siue addi-
tio ordinaria super ritu Magnæ Curiæ vicariæ rub.
de foro compet. lit. B, car. mihi 396. post constit. Re-
gni, Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super eccl.
person. regula prima, in princ. in 16. tomo tract. di-
uers. cart. mihi 286. Io. Brocolt in trac. de feud. c.
10. n. 22. car. mihi 659. Euerard. in topica iuris in
loco a milite armatæ militiæ, n. 14. cart. mihi 338.
vbi prope infinitos allegat Proposit. in tract. item
statuimus, nu. 1. in tit. de stat. & consuet. in vsibus
feud. Lelius de Zanchis in trac. de priuileg. eccles. pri
uileg. 85. num. 7.

Ampliatur 4. prædictus primus effectus, si-
10 ue regula quod clerici sunt exẽpti a iurisdõne
laicorum, vt procedat tàm si clericus cõuenia
tur actione reali, quàm personali, qa sicut ip-
si clerici non subijciuntur iurisdõni iudicis se
cularis, ita nec eius bona, Authen. statuimus, C.
de episc. & cler. c. statuimus 11. q. 1. Oldrad. cons.
84. Bal. in c. 2. in fin. de iudit. Abb. & Butr. in c. si
diligenti de præscript. Affl. decis. 2. nu. 25. Aufrer.
in tract. de potest. iud. laici super ecclesi. person. reg.
2. nu. 5. vers. contrariã tamen in 16. to. trac. diuers.
cart. mihi 289. vbi alios allegat, & testatur de cõm.
* opi.* Franc. Viui. dec. 49. n. 3. Soc. in c. sane si episc.
n. 10. de foro compet. Euerard. cons. 42. n. 24. Vant.
in trac. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisd. n. 54
ver. quæ procedunt Rol. a Valle cõs. 12. n. 37. & cõs.
23. nu. 13. lib. 2. Tiraq. in trac. de retract. lignag. §.
32. gl. 1. nu. 80. ubi quamplurimos allegat, & asserit
istam esse com.* opin. gl. in c. ecclesia S. Mariæ de cõ-
stit. & in c. ex litteris in verb. obligata de pignor.
& in c. fi. in verb. facultatibus de uit. & honest. cler.
Rom. sing. 113. n. 2. Mart. de iurisd. p. 4. cent. j. cas.
18. n. 27. & cas. 125. n. 6. & p. 2. c. 6. n. 25. Robert.
Marant. in prac. p. 4. dist. 11. n. 2. car. mihi 192. &
cons. 37. nu. 3. vbi dicit quod est falsa opinio tenen-
tium contrarium Pet. Aug. Morla in empor. vtrius-
11 que iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. n. 144. Surd.
cons. 301. n. 64. lib. 3. Menoch. in trac. de retinend.
poss. remed. 3. n. 401. & in trac. de arbitr. iud. casu
246. n. 5. Soc. sen. cons. 13. n. 30. lib. 4. Hieron. Pap
pon. cons. 29. n. 9. & 11. lib. 1. Foller. in prac. crim.
in verb. audiantur excusatores, nu. 38. Villalobs in
cõm. opi. in uerb. clericus n. 70. Caualc. dec. 23. n. 28
lib. 2. Io. Iac. Masull. in add. ad Capyc. dec. 98. n. 3.
Scac. in trac. de iud. p. 1. c. 11. n. 28. & 30. qui dicit
quod hæc est magis cõm.* doctorum sñia Ant. Mas-
sa Galles. in trac. de obli. in forma Cameræ p. 2. q. 2.
n. 3. de magis cõm.* testatur Mising. obser. 22. cent.
1. licet ipse in contrariam opin. videatur inclinare
Dec. in d. c. ecclesia S. Mariæ, n. 65. & 176. de con-
sti. Anastas. Germo. in trac. de sacror. immu. lib. 3. c.
15. n. 107. Addentes ad Fulu. Patian. in trac. cui in-
cumb. onus probandi negat. lib. 2. c. 34. n. 123. in lit.
O. Iac. Rebuff. in l. viros n. 2. C. de palatin. sacrarum
&c. lib. 12. Guiiel. de Bened. in repet. c. Raynutius, in
verb.

verb. uxorẽ nomine Adelesiam in 2. dec. n. 120. de testam. Cassa. super consuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 92. cart. mihi 206. vbi hanc ampliat. ponit pro regula Affl. super constit. Baiuli n. 13. rub. 66. de sacram. præstand. lib. 1. Vinc. Honded. qui multos alios allegat cons. 3. n. 21. lib. 1. Marant. disp. 8. n. 13. Gram. dec. 29. n. 14. Farin. in trac. crim. p. 1. q. 8. nu. 21.
12 vbi testatur de cõm.* & magis cõm.* opin. & multos allegat, & licet prædicta ampliatio sit a tot DD. approbata nihilominus non defuerunt, qui cótrariũ tenuerint prout fuit *Guliel. de Cun. in Auth. clericus, in prin. C. de epis. & cler. qui ad ita tenendũ mouetur per tex. in l. de ijs ubi idẽ tenet eo. tit. & ibidẽ Odofr. Boer. dec. 69 Ioachim Mising. cons. 47. n. 26.* vbi sibimet cõtrarius dicit hãc opinionẽ esse cõmuniorem,* & ꝙ pro ea facit tex. *in c. quod clerici, & in c. si diligenti de foro cõp.* vbi tantũ disponitur circa actiones ꝑsonales, & ciuiles ꝑsonales, *& in Auth. sed hodie C. de epis. & cler.* vbi ẽt tantũ de actionibus ꝑsonalibus memorat, & prædictã opinionẽ sequuntur etiã Gail *obser. 37. n. 4. lib. 1. Couar. in li. 1. var. resol. c. 4. n. 3. Azzo in summ. tit. C. de episc. & cler. n. 12. Patian. d. n. 123. Tho. Triuis. dec. 34. per tot. lib. 1. Franc. Marc. qui alios allegat dec. 67. lib. 1. Io. Alois. de Leo in l. 1. n. 13. C. de epis. & cler. Tiraq. in loco supra cit. n. 81. & 82.* vbi dicit quod hæc opinio seruatᷣ in regno Galliæ; Ego vero puto non esse recedendũ a priori opinione, q̃ re uera est cõior,* & verior, & prædictæ opinionis ea est ratio, qa cũ bona sint accessoria
13 ad personã clerici, sequitᷣ vt ipsa bona sicut & persona sint exẽpta a iurisdictione laicorum, *vt in Genesi c. 47.* vbi Ioseph exemit a potestate Faraonis oẽm terrã Ægypti præter terrã sacerdotalẽ, *l. decernimus, C. de epis. audi. c. in presentia de prob. Auth. ingressi, C. de sacros. eccl. Pet. Aug. Morla in empor. vtriusq; iur. p. 1. titu. 2. de iurisd. om. iud. n. 144. Marian. Soc. in c. sane n. 10. de foro comp. Marc. Mantua in c. cum sit generale n. 16. eo. tit. Bertran. cons. 121. n. 1. & seqq. lib. 3. Fernand. Vasques in tract. de success. creat. §. 10. n. 65. Marant. disp. 8. n. 13. & cons. 37. n. 5.*
14 Et licet persona clericorũ sit exẽpta a iurisdictione iudicis laici de iure diuino nihilominus eius bona non sunt exempta a tali iurisdictione de iure diuino, sed de iure positiuo, *ita Franc. Capibl. in tract. de iure, & author. baron. pragm. 8. p. 2. n. 14. & 15.* vbi ex hoc infert qđ
15 valet consuetudo existens in aliquibus regionibus, vt clerici non gaudeãt bñficio fori ĩ bonis, ꝓut est apud Gallos, Anglos, & Hispanos de cuius consuetudinis validitate dicã hic inferius ampl. 62. n. 372. ego vero ex hoc infero quod Papa potest facere legẽ generalem, & ꝑ
16 eam tollere clericis hoc priuilegium de quo etiam dicam infra ampl. 6. n. 19.
Nec ommittã dicere quod si cleric⁹ conueniatur actione reali debet conueniri coram
17 iudice ecclesiastico illius loci vbi res reperitur sita, & non in loco clerici, *l. fin. & quod ibi not. Doct. C. vbi in rem act. exerc. debe. Neuiz. cõs. 4. n. 4. Sigism. Scac. ĩ trac. de iud. p. j. c. 11. n. 31.*
Ampliatur 5. prædictus primus effectus,
18 vt locũ sibi vẽdicet tãm si iudiciũ est ordinarium, q̃ extraordinarium, & summariũ, tãm petitoriũ, q̃ possessorium, & tãm reale, quàm personale, vel mixtum, *Soc. sen. cõs. 95. n. 7. vol. 3. & cons. 13. n. 12. & 30. lib. 4. Amod. Apont. in tract. quis sit iudex in causa feudi, n. 63. Maccabr. ab Angull. cons. 44. n. 8. lib. 1.* sed circa iudicium possessorium aduertas quod in eo poterit se ingerere, & cognoscere iudex laicus, vt dicã infra in limitationibus.
Ampliatur 6. prædictus effectus, vt clericus
19 non possit conueniri coram iudice laico ẽt si Papa faciat legẽ gñalem ꝙ clerici conueniri possint in curia sęculari, *Card. Alex. & Abb. ĩ c. ꝑpendimus de sent. exc. Bertac. in suo reper. in verb. clerici corã laico, & in tract. de epis. p. 5. lib. 4. n. 5. in 15. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 275. Marius Anguiss. cons. 28. n. 11. Io. Batt. Asin. in tract. de exequt. §. 6. c. 49. n. 15. Aluarez in specul. iuris põtif. c. 36. in prin. Natta cons. 495. n. 15. lib. 3. Rol. a Valle cons. 4. n. 15. lib. 1. & cons. 12. n. 46. & cõs. 23. n. 11. lib. 2. Foller. super const. Regni in titu. de epis. & cler. c. item statuimus, nu. 2. cart. mihi 64. Gram. dec. 61. n. 10.* vbi dicit, quod Papa hoc facere non potest, *& dec. 29. n. 11. Cornel. Beninc. in tract. de paupert. q. 8. special. 4. n. 50. Camill. de Curte in diuersor. iur. feud. p. 2. c. 2. n. 123. Oct. Vulpell. in tract. de liber. ecclesi. p. 1. n. 16. Ferd. Vasq. in tract. de succes. crea. lib. 3. §. 22 nu. 59. qui dicit hãc opinionẽ esse* receptiorẽ *Moz. in tract. de feud. in tit. de natural. feud. n. 127. car. mihi 160. Clarus in §. fi. q. 41. n. 7. Rom. & ibi Addent. sing. 419. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compe. n. 130. Fari. q. 8. n. 4.* Et huius ampliationis rõ est, qa cum
20 hoc priuilegium sit clericis cõcessum de iure diuino, vt dixi supra in secunda ampliatione, Papa non poterit illud tollere, *c. sunt quidã 25. q. 1. c. statutũ, in prin. & ibi gl. de rescr. in 6. Io. Orosius in l. non est receptũ, n. 12. ff. de iurisd. omn. iud. Abb. in c. 2. n. 2. & ibi Anch. & Imol. de maior. & obed. Aluarez loco preci. Surd. d. cõs. 301. n. 53. li. 3. Natta eod. n. 15. Rol. a Valle in locis supra allegatis:* & quod Sũmus Pontifex non possit tollere ea, quæ sunt de iure diuino, dixerunt Fel. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 19. de const. Lancell. Corrad. in templo iud. lib. 2. c. 1. §. 4. n. 1 cart. mihi 170. cum alijs, quos late adduxi in meo tract. de except. exceptione 32. n. 108. &
21 seq. Sed tantum ex causa illud modificare, & limitare, vt ibidem dixi, & not. Doctores, *in c. 1. dist. 5. cum alijs innumeris quos congerit Ferdin. Loaz in allegat. pro Marchione Veles, n. 69. Marius An-*

Anguiss.conf.28.n.11.& late Anastas.Germon.in tract.de sacror.immun.lib.3.c.15.n.72.vers. verum insurget aliquis.

Et etiam quod hæc immunitas esset clericis attributa de iure positiuo(prout aliqui volue
22 runt)adhuc Papa causam indistincte non tolleret, quia ex hoc decoloraretur totus status vniuersalis ecclesiæ, *c.& si illa prima, quæst.7. Gloss.in c.litteras de restitut.spoliat.Cardin.in repet.c.perpendimus,colum.5.vers.& primo scias,de sentent. excommun.Fel.in c.ecclesia S. Mariæ, n.6. de constit.vbi ad hoc allegat Abb.in c.decernimus de indit.Foller.super constitut. Regni in titu. de episcopis.& cler.c.item statuimus n. 2. cart. mihi 64. Petrus Rebuff.consil.15.n.6.Surd.conf.301.n.53.*

Subamplia primo istam sextam ampliationem,vt nec etiam cum consensu omniũ clericorũ Papa poterit tollere priuilegiũ fori ordini clericali,*Benincas.in tract. de paupertate q.8. speciale 4.nu.51.vbi allegat Signorol. de Homod. conf.21.colum.2.& Dec.conl.276.nu.2.*

24 Limita modo prædictã ampliationẽ quando Papa vellet aliquo casu tollere prædictum priuilegium vni clerico,vel clericis certi ordinis vt puta in minoribus constitutis,vel clericis cõmittentibus aliquod crimen vt est in crimine assassinij adulterij,vel vsurarũ,quia hoc omni iure erit sibi permissum, *c. bene quidem, 96.dist.c.iusiurando 64.dist inst.c.Adrianus,11. q.1.& not.in c.fin.de offic. ordinar. & in c. decernimus, de iud. Alphons. Aluarez. in Specul.iur. Pontific.c.36. in princ. vbi ad hoc allegat Cardin. & Archid.Vasques,in tractat.de success.creati.lib. 3.§.20.limita.47.n.60.qui alios congerit,& testatur de com. opi.Cassian.super consuet. Burgun.rubr. 1.des iustices.§.5.vers. s'lna grazze,nu.48.cart. mihi 198.glos.ordinaria super ritu M.C.V.in rubr. de foro compet.lit.B cart. mihi 396.post.constitut. Regni,Nicol.Euerard.in topica iuris in loco a milite armat. milit. n.16. cart. mihi 340. Pet. Belluga in Specul princ.rubr.11.§.videndum,n.12.13.& seq.cart. mihi 59.Segismundus Scaccia in tract.de iud.p.1.c.11.n.43.vers.hoc tamen, Marc. Anton. Cucceus in institut.maior.lib.2.tit.2.n.20. Prosper Farinac.in tract.crim.q.8.n.4.vers.limita hanc tertiam ampliationem Couarru.in libro pract.quæst.c. 31.n.4.& 6.*qui duo vltimi dicunt quod Papa facilius potest tollere priuilegium fori clericis primæ tõsuræ quam clericis existẽtibus in ordinibus sacris *Corrad.in prac. in tit.de inquisit. in 1. & 10. limitatione cart.247.* & pro hac limitatione bene faciunt, *c.1.de homicid.in 6.* vbi clericos cõmittentes certũ delictũ hoc est assassinium priuat priuilegio clericali,& dat potestatem principibus ac iudicibus secularibus eos puniendi,& Conciliũ Trident.*sess.23.c.2. de reform.* vbi clericos in minoribus nõ obseruantes certas qualitates ibi requisitas exuit priuilegio clericali.

25 Limitatur secũdo prædicta sexta ampliatio quando Papa delegaret causam principi, vel iudici laico, & ei daret potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel in certis casibus quia hoc facere posset,*c.officium 32.dist.c. Menna 2. q.7.*in quo habet quod causa spiritualis commissa fuit Reginæ Francorũ, *c.verũ de foro cõp. c.solitæ de maior.& obed.c.Romana,§.debet de.appell.in 6.c.illud 10.q.3.*vbi dicit quod Pelagius
26 Papa potestatem dedit cuidam nobili Siculo puniendi episcopos,qui vexabãt & opprimebant clericus,*gl.in c.clericus nullus,11.q.1.& in c.1.94.dist.& in c plures 16.q.1.& i c.laici 16.q. 7.& in cap.imperium 10.dist.& in cap.2.25.q.7 Archid.& scriben.in c. sunt quidam 25.quæstio.1. & in cap.decernimus,vbi etiam Abb.Panor.de iudi.Corrad.in tẽplo iud.lib.2.c.1.§.4.n.6. car.mihi 171.Greg.Lopez super ll.Tauri in l 13.n.13. p.2. Soc.reg.8.fall.1. Aufr.in tract. de potest. iudicis laici super ecclesiast.person.reg.1.fall.1.n.1.& 18 in 16.tomo tract.diuers.cart. mihi 287. Montaluus super ll.Tauri l.25.tit.9.p.1.in gl. magna vers. ex quibus,Io.Quintus in aristocratia Cristi ciuit. cart. 168.in prin.Rebuff.in concord.Galliæ in rub.de protectione concordatorum Franciæ Reg.in prin.Camil. de Curt.in diuersor.iur.feud.p.2.c.2.n.123. Io.Faber in Auth.statuimus,C.de epis.& cler.Bero.cõs. 169.n.2.lib.2.Decian.conf.82.n.9.li b.2.vbi multos alios citat,& in tract.crim.p.1 lib.4.c.9.n.66 Boss.in tract.crim.tit.de foro cõp.n.142.in fi.Pau. Borg.in tract.de irregul.in tit.de dispen.p.3.concl. 1.n.20.& p.6.reg.7.n.3.Gig.in tract.de crim.les. maiest.lib.1.tit.quis de crim.les.maies.cognos.possit,n.20.& 21 car.111.*vbi testatur se vidisse &
27 legisse priuilegia Venetorum eis a Sancta Sede Apostolica concessa quorum vigore habẽt potestatem procedendi,& puniendi clericos in certis delictis ibi per eum enumeratis, & hoc etiã contra clericos in sacris constitutos, *Couar.in lib.pract.qõ.c.31.n.4.in fi.Clarus in §.fi.q. 41.n.7.vers.sed quid dicẽdum,Sigis.Scac.in tract. de iud.p.1.c.11.n.92.Achil.Padroc.conf.40.n.84 & 85.* vbi meminit de alio priuilegio conces-
28 so Dominis Venetis, vt in eorũ statu possint omnes clericos præter in sacris constitutos, & beneficiatos punire iusta eorũ delicta oĩb' pęnis quibus merè laici delinquentes de iure puniri deberent, de quo priuilegio meminit etiã Peregr.*conf.91.n.51.lib.j.* vbi dicit, quòd tale indultum fuit cõcessum a Papa Paulo II. anno Domini 1468. *Farin.d.q.8.n.4.vers.limita hanc tertiam ampliationem,Io.Segura de Auilos in direct.iud.ecclesiast.p.2.c.11.n.4.& 5.Iul.Cæsar Imbr.in tract.de iudice regni p.vlt.n.57.& seq.gl. ordin.super ritu M.C.V.in tit. de foro cõp. in lit.B. fall.10.car.mihi 396.post const.Regni.*

Ampliatur modo hæc limitatio,vt Papa nõ so-

29 solum possit delegare iudici, vel principi laico causas ciuiles verum etiã criminales, *c. ad hæc vbi hoc not. Doctores 32. dist. Hostiens. & Io. And. in c. 2. de foro compet. Archidiac. in c. ab arbitris de offi. deleg. in 6. Henric. Bohic in c. at si clerici, nu. 1. de iudit. Purpurat. in rub. ff. de offic. eius cui mandata est iurisd. num. 50. Tiber. Decian. in tractat. crim. part. 1. lib. 4. cap. 9. n. 70. Camill. de Curte in diuersorio feud. p. 2. c. 2. nu. 73.* vbi multa circa

30 hoc scribit.

Ampliatur secundo prædicta limitatio, vt Papa possit mero laico delegare causas spirituales, ac certis casibus ei concedere iura spiritualia, hoc est ut possit excommunicare, beneficia conferre, possidere decimas, a vinculo excommunicationis absoluere, & similia, *not. gl. in c. propter hoc §. verum in verbo duribus, 32. dist. & in c. Adrianus 63. dist. & in c. Imperiũ 16. dist. & in c. bene quidem in verb. præter 36. dist. & in c. 2. de iud. & c. in summa 25. dist. & in c. ad nostram in verb. ecclesia de hæret. & in c. lector in verb. subdiaconus 33. dist. & in cap. 1. in verb. præcipimus 94. dist. & in c. clericus nullis 11. q. 1. & in c. plures 16. q. 1. Hostiens. & cæteri scribentes in c. magna de uoto, Abb. in c. ecclesia Sanct. Mariæ in lect. ordinaria, nu. 5. & in repet. n. 6. & in c. decernimus, de iud. & in c. causam col. 1. de rescr. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de legat. §. nunc tractemus, vers. sed nunquid. Innoc. in c. quod sicut de elect. Ant. de Butr. in c. a nobis de iure patron. Anchar. in Clem. per literas de præbend. Fel. in d. c. causam, col. 3. vers. dum dicit, Abb. de rescript. & in c. 2. de rescript. & in c. 2. de maior. & obe. Bero. in qõ. familiar. q. 7.* vbi dicit, quod prædictas glossas totus Mundus sequitur Innoc. Io. Andr. Ant. de Butr. Abb. Ioan. de Anan. Petr. de Anch. & Dom. de Sancto Gem. *in c. 2. de præbend. in 6. Paul. Borg. late in tract. de irregul. p. 6. regul. 7. cart. mihi 350. Camill. de Curt. in diuers. feud. p. 2. cap. 2. nu. 72. & 124. Io. Segura de Auilos in direct. iud ecclesiast. c. 11. n. 4. Pet. Lausmed. in tract. de priuileg. Doctorũ, p. 2. §. 18. vbi ad hoc allegat multas authoritates, Iul. Cæsar Imbr. in trac. de iudice regni, p. vlt. n. 58.*

Et hæc ampliatio limitatur etiam duobus modis primo quando delegatio esset generalis de omnibus causis spiritualibus, *Dec. in c. 2. n. 55. de iud. Anastas. Germo. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. n. 12*

Secundo limitatur, vt non possit Papa merè laico delegare causas ordinibus annexas veluti, quod missam dicat, vel a peccatis absoluat, vel ordines conferat, *gloss. in cap. peruenit, in verb. concedimus, 95. distinct. Couarruu. in lib. 1. variar. resolut. cap. 10. num. 4. Petr. August. Morla in empor. vtriusque iur. par. 1. tit. 2. de iurisd. om. iud. q. 22. n. 9*

31 Ampliatur tertio eadem limitatio, vt Papa possit delegare iudicibus, vel principibus laicis causas ecclesiasticas, vt sunt causæ beneficiales, hæresis sacrilegij, & similes, *gloss. in cap. præter in verb. ducibus, 32. dist. glos. magna, in cap. quanto, de consuetud. & in capit. bene quidem, in verb. præter 96. distinct. & in c. 2. de iud. vbi etiam Abb. Panor. in prin. Dec. num. 5. Mantua, num. 17. & Ripa, num. 40. Couarru. in lib. practi. quæst. c. 31. num. 4. Paz in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 2. & 3. Nauarr. in cap. 1. de pœnit. dist. 6. num. 83. Cassan. super consuetud. Burgun. rubr. 1. §. 5. gloss. pen. num. 48. vers. fallit. Lancellot. Corrad. in templ. iud. lib. 2. cap. 1. num. 3. Gregor. Lopez super ll. Tauri leg. 13. tit. 13. part. 2. gl. 4. Morla in præcit. q. 22*

Sublimita modo hanc limitationem quando Papa delegaret omnes causas indifferenter alicui principi, vel iudici laico, & in totum daret potestatem, vt possit cognoscere de omnibus causis clericorum, quia hoc facere non posset, & sic isto casu remaneret firma, & intacta principalis ampliatio, *Stefan. Aufrer. in tractat. de potestat. iudicis laici super ecclesia. person. regul. 1. Fallent. 1. num. 1. & sequen. in 16. tomo tractat. diuers. cart. mihi 287. Clar. in §. fin. quæstio. 41. num. 8. Pedrocch. consil. 40. num. 84. Boss. in tractat. crimin. in titu. de foro competent. num. 130. Prosp. Farinac. quæstio. 8. num. 4. versic. limita hanc tertiam ampliationem, Ioan. Segura de Auilos in director. iud. ecclesiast. p. 2. cap. 11. nu. 5. Scacc. in tractat. de iud. par. 1. cap. 11. num. 43.*

32 Et est aduertendum quod quando Papa committit aliquam causam iudici, vel principi laico tunc ille cui committitur censetur delegatus Papæ ad illam, vel illas causas, *Aufrer. in repet. capit. primi, de offic. ordinar. quæst. 4. num 6. Bald. in l. rescripta, C. de precib. Imperat. offeren. glos. in cap. laicis, 16. quæstio. 7. Cardin. in repet. cap. perpendimus, num. 6. in fin. & nume. 7. de sentent. excommun. Felyn. in capit. 2. nume. 3. & 4. de maiorit. & obedient. quos omnes citat, & sequitur Decian. in tract. crimin. part 1. lib. 4. cap. 9. nu. 66. Camill. de Curte in diuersorio iuris feud. part. 2. c. 2. num. 123. in fine*, & isto casu princeps, vel iudex cui causæ committuntur non cognoscit de illis iure proprio, sed nomine delegantis, *capit. sane il 2. de offic. de legat. not. Io. Andr. in cap. ad hæc 32. dist. & in capit. Adrianus 63. distinct. Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. & Heuric. Bohic, in capit. at si clerici, de iudic. Nauar. in cap. 1. de pœnit. distinct. 6. num. 86. Decian. d. cap. 9. num. 70. Petr. Aug. Morla in empor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. om. iud. q. 22. num. 8.*

33 Secundo aduertendum est, quod tunc tenet delegatio facta per Papam alicui laico de causis supradictis quando Papa scit

illum talem cui causam committit esse laicũ secus si hoc ignoraret, *gl. & Doctores in c. 2. de iud. & in c. Menna 2. q. 4. Purpur. in repet. rubr. ff. de offic. eius, n. 43.*

Tertio aduertendum est, quod quando iu-
34 dex laicus, vel princeps asserit se habere mandatum, vel rescriptum Apostolicum delegatione sibi facta de causis supradictis tenetur illud ostendere ante quam incipit eius iurisdictionem exercere, *Fel. in c. cætera vers. valet processus de rescript. Guido Papa dec. 286. Anna allegat. 24. 143. nu. 1. & 2.* vbi dicit, quòd delegatus debet inserere copiam suæ delegationis in citatione, & quod ordinariè ante præsentationem commissionis non licet exercere iurisdictionem, *Ang. in l. cum furiosus, ff. de iudic. Rutger. Rulant. in tract. de commissar. lib. 6. cap. 2. num. 3.* vbi late examinat hanc materiam, *Purpur. in l. cum qui ff. de iurisd. omn. iud. nu. 16. Natta cons. 529. num. 37. lib. 3. Vant. in tract. de null. tit. de nullit. ex defect. iurisd. num. 15. & 16. Ioan. Iac. Masullus in addi. ad Capyc.* Nec ei ita asserenti creditur, *l. vnica vbi Dec. n. 15. C. de mandat. Princip. c. cum in iure peritus vbi Innoc. n. 4. & Fely. n. 3. de offi. delegat. & est text. in extrauag. com. incip. iunctæ de elect. Bart. in d. l. vnica,* vbi dicit, quod
35 etiam nuntiis Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel legatis Principum non debet credi, absque eo quod ostendant eius literas, *& est tex. in l. prohibitum vbi hoc firmat idem Bartol. nu. 1. C. de iure fisci lib. 10. Feder. de sen. cons. 251. Guido Papa dec. 332. Sbrozz. in tract. de vicario Episcopi, lib. 2 c. 192. n. 5. Vant. in prædicto tit. nu. 16. & 17. Fely. in c. quod super iis, nu. 10. de fide instru. Robert. Lancell. in tract. de attent. lib. 2. in præfat. n. 165. & 166. car. mihi 55.* vbi dicit, quod delegatus ante
36 præsentationem rescripti regulariter non dicitur habere iurisdictionem, *allegat c. pastoralis, in fi. de rescript & not. in c. super eo, il 2. de appell. & Innoc. in c. ex conquestu de rest. spol. & vltra prædictos idem dixerunt Guid. Papa dec. 286. Purpur. cons. 446. nu. 10. lib. 2.* & in tantum est vera pro-
37 xima conclusio, ut processus factus ante præsentationem commissionis sit nullus etiam si ille sciret se esse delegatum, *Rot. Rom. dec. 242. aliàs 6. in tit. de offic. legat. in nouis, Alex. de Neuo in d. c. super eo, nu. 16. & seq. & in c. vt debitus honor, nu. 25. eodem tit. de appell. late Alba Mandell. cons. 514. per totum, & ibi Vinc. Anibal. in addit. lib. 3. Carocc. dec. 79. num. 24.* vbi dicit, quod si delegatus citaret ante præsentatam commissionem, contumacia ex tali citatione inducta est nulla, & ad hoc citat alios Doctores, *Lancellott. in tract. de attent. par. 2. in præfat. c. 4. nu. 167. cart. mihi 55.* & prædictorum est ratio, quia ante præsentationem litterarum iurisdictio non censetur, nec aufertur iudici, *Franc. Turzanus in com. opin. siue regulis in reg. 40. car. mihi 53. vbi allegat Philip. Franc. in c. super coll. 4. de app. Bal. in l. 1. C. ut lit. pend. idem Frãc. in c. vt debitus honor de appell.*

40 Nec omittam dicere, quod tales commissiones, seu mauis delegationes factæ per summum Pontificem non possunt probari per testes, sed omnino sunt probandæ per literas, & scripturas, *l. vnica, & quod ibi not. Bal. C de mandat. P. incip. c. cũ in iure peritus, de offic. deleg. Rot. Roman. dec. 10. in tit. de offic. delegat. in nouis, Mascard. in tract. de probat. concl. 326. nu. 3.* nec suffi-
41 cit quod cõmissio reperiatur inserta in literis citatorialibus per ipsũ auditorem subscriptis nisi ipsæ literæ cõmissionales appareant (licet sint in citatorialibus inserendæ vt dixi supra) *Lancellot. in tract. de atte. p. 2. in præfat. c. 5. n. 168.*

Ampliatur septimo prædictus primus effectus quod clerici non possunt conueniri corã
42 sæculari vt in tantum sit verus, & fortis quod clerici non potuerunt renuntiare priuileggio ne conueniantur coram iudice ecclesiastico, & se submictere iurisdictioni iudicis sæcularis. *c. significasti, & c. si diligenti, de foro competenti, & vtrobique glos. glos. iterum in c. nimis de iureiuran. Specul. in tit. de reo §. 1. nu. 3. Bal. in tract. de statut. in verb. comparere nu. 1. Alber. in eod. tract. lib. 2. q. 2. nu. 25. idem Alber. in l. si quis nu. 3. ff. si quis in ius vocat. non iuerit Henric. Bohic. in c. sacerdotibus nu. 2. ne cler. vel monach. Ang. in l. 4. nu. 1. C. de legat. lib. 10. Alex. cons. 8. num. 3. lib. 1. Deci. in c. decernimus nu. 168. de iudit. Alciat. cons. 22. nu. 4. tom. 2. lib. 6. Ann. alleg. 13. num. 17. lib. 1. Petr. Rebbuff. cons. 193. num. 8. & in l. si conuenerit nu. 1. ff. de iurisdict. omn. iud. Petr. Foller. in pract. de censib. in verb. & summissionis cuiuscunque foro nu. 2. cart. mihi 195. Bernard. Bombin. cons. 84. num. 2 Aluar. Velasc. decis. 65. num. 3. Maccabr. cons. 44. num. 7. Pirrus super consuetudin. Aurelian. in tit de exequut. instrum. c. 20. car. mihi 125. Matth. Colera in tractat. de proc. ess. exequut. part. 1. cap. 6. num. 84. Gramm. decis. 61. num. 14. Matth. Mattesilan. sing. 60. & ibi Gabriel. Serain. in addit. Rolan. a Valle cons. 4. nu. 9. lib. 1. Duenas reg. 10. ampliat. 1. Brognin. Caualcan. in tract. de tutor. & curat. nu. 322, Sair. in claui regia lib. 12. c. 7. nu. 10. Mart. de iurisd. par. 2. c. 6. num. 31. Couarr. in lib. pract. qõ. cap. 10. num. 4. vers. ab eadem. Præpositus in §. statuimus, num. 2. in tit. de statutis, & consuet. in vsibus feud. Camill. Borell: in ad Petr. Bellug. in specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 4. lit. B. vers. nec possunt clerici cart. mihi 55. Visill. nẽ addit. ad Affl. dec. 2. n. 2. Iac. de Graff. in dec. aureis p. 1. lib. 4. c. 18. n. 54. Brun. a Sole in cõpend. resolutor. præpos. iur. in verb. clericus laicum iudicẽ Prosdosci. de Comitibus in tract. de differentiis iuris Ciuilis, & Canonici, n. 27. in j. tom. tract. diuers. car. mihi 192. Camill. de Curte in diuersorio, seu cõprehensorio iuris feud. p. 2. c. 2. num. 125. Ioan. Battista.*

San-

Sancto Blasio in contradict. iuris Canonici, & Ciuilis contrad. 32. *in præcitato primo tomo tractat. diuers. cart. mihi* 185. *Illustrissimus Cardinalis Hieronymus Albanus in tract. de potestate Papæ par.* 2. *num.* 129. *in* 13. *tom. eorundem tractatuum p.* 1. *cart. mihi* 77. *Boer. super consuet. Bituricens. fol.* 26. *colum.* 3. *qui asserit istam esse communem* opi. Clar. in §. fin. q.* 36. *vers. secundo infertur Passettus cons.* 23. *num.* 2. *Goffred. in tractat. de iudic. par.* 6. *rubrica de immun. eccles. nu.* 2. *car. mihi* 509. *Alfonsus Villaut in tract de extension. legum titu. de extension. cuiuscunque dispositionis nu.* 115. *car. mihi* 173. *Aufrer. in tract. de potestat. iud. secular. super eccles. personas regula* 2. *num.* 1. & 20. *in* 16. *tomo tract. diuers. cart. mihi* 288. & 290. *Io. Battista Baiar. in addit. ad Iulium Clarum in §. fi. q.* 36. *num.* 10. *Vinc. de Franch. dec.* 400. *num.* 6. *lib.* 2. *Franc. Viui. decis.* 25. *num.* 1. *Surd. cons.* 2. *nu.* 31. *lib.* 1. *vbi multos alios allegat, & cons.* 396. *nu.* 15 *lib.* 3. *Marc. Ant. Cuccus in institu. maiori lib.* 3. *tit.* 9. *nu.* 6. *Vinc. Honded. cons.* 3. *nu.* 21. *lib.* 1. *Affl. decis.* 85. *nu.* 1. *in fi. Grat. cons.* 87. *num.* 3. & *seq. lib.* 1 *Portius cons.* 107. *nu.* 4. & 5. & *cons.* 105. *num.* 7 *Marc. Mantua cons.* 55. *n.* 17. *lib.* 2. *Gram. voto* 33 *num.* 8. *Decian. in suo tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 61. *Cepoll. cons.* 11. *nu.* 17. *in crim. Io. Aloys. Catalan. in tract. crimin. seu indult. cap.* 6. *nu.* 14. 15. & 17. *vbi multos alios allegat Io. Batt. Marches. in tract. de commiss. p.* 2. *cap.* 3. *quarti capituli principalis, nu.* 34. *cart. mihi* 489. *in impres. in folio Martin. Vran. Vltramon. cons.* 9. *n.* 8. *lib.* 1. & *cons.* 32 *num.* 7. *lib.* 2. *Anastas. Germon. in tractat. sacror. immun. lib.* 3. *c.* 15. *nu.* 51. *Io. Batt. Asinius in tracta. de exequ.* §. 9. *c.* 334. *n.* 18. *Sugism. Scac. in tracta. de iud. p.* 1. *c.* 11. *n.* 35. *vers. ampliatur tertio, vbi asserit hanc esse comm.* opi. Farin. in tract. crimi. quæst.* 8. *nu.* 10.

43 Et huius ampliationis ea est ratio, quia cũ hoc priuilegium sit introductum in fauorem totius ordinis clericalis sequitur, vt non possit illi renuntiari per vnum clericum, *c. si diligenti de foro compet. Bart. cons.* 225. *Paul. de Cast. in l.* 1. *nu.* 4. *ff. sol. matr. Marian. Soc. in c.* 1. *nu.* 23 *in fine, de foro competent. Barbat. in c.* 2. *nume.* 10. *eod. tit. Surd. cons.* 2. *num.* 31. *lib.* 1. *Bertrand. cons.* 209. *num.* 2. *p.* 3. & *cons.* 182. *num.* 3. *par.* 1. *Rol. a Valle consil.* 4. *num.* 8. *lib.* 1. *Io. Brocolten Vltramontan. in tract. de feud. cap.* 10. *num.* 23. *cart. mihi* 659. *Gail obseruat.* 37. *num.* 1. & *obseruat.* 40. *num.* 7. *lib.* 1. *Decian. in tractat. crimin part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 61. *Anastas. Germon. præcitato cap.* 15. *num.* 32. *Goffred. in summa in tit. de renuntiat. num.* 3. & 5. *Paul. Fuscus in suis singul. in liter. C. num.* 92. & vltra prædictos eandem rationem adduxerunt multi ex Doctoribus allegatis in ipsa ampliatione, & præcipue, *Scac. in tractat. de iudit. par. prima, cap.* 11. *num.* 37. Et licet Aufrer. *in tractat. de potestat. iudit. secular. super ecclesiast. person. regul.* 2. *num.* 20. *in* 16. *tom. tractat. diuersor. cart. mihi* 290.

44 dixerit quod prædicta ampliatio procedit tantum in causis criminalibus respectu personæ non autem in causis ciuilibus, in quibus clericus potest se submittere quoad bona temporalia iurisdictioni iudicis laici, nihilominus nullatenus est recedendum ab ipsa ampliatione etiam in causis ciuilibus, quia Doctoribus in ea citati non solum loquuntur indistincte, verum etiam multi expresse dicunt vt ipsa ampliatio procedat, tàm in causis criminalibus, quàm ciuilibus, & hæc est communior,* & verior opinio contra Aufretium.

Subampliatur primo hæc ampliatio, vt

45 sicut clericus non potest expresse renuntiare priuilegio fori, ita nec tacite permittendo se conueniri coram iudice laico eiusdemque iurisdictionem prorogando, & citatus non reclamando, sed permittendo, vt contumax fiat, *c. inolita* 11. *quæst.* 1. *not. Doctores in cap. si diligenti de foro competen. Abb. in cap.* 1. *num.* 19. *de re iud. Bald. in l. generaliter in* 2. *colum. C. de episc. & cler. & in l. si quis num.* 5. *ff. de iudit. & in l. ex quacunque in* 3. *colum. versicu. item quæro ff. si quis in ius vocat. non iuer. vbi etiam Ant. de Alex. in repet. colum.* 13. *versicu. in eadem, & Ias. super quarta parte, gloss. in* 3. *limit. Lapus in cap.* 1. *num.* 1. *de foro compet. in* 6. *Ioan. Baptist. Asinius in tractat. de exequut.* §. 6. *capit.* 49. *num.* 7. vbi dicit, quod isto casu iurisdictionis prorogatio est impossibilis, *Vincent. de Franch. decis.* 329. *num.* 2. & *decis.* 400. *num.* 6. *Lelius de Zanchis in tractat. de priuilegg. ecclesia. priuilegg.* 87. *num.* 8. *Adrianus Gilmanus Vltramontan. in decis. Cameræ Imperialis* 21. *num.* 2. *lib.* 2. *Ruyn. cons.* 7. *num.* 7. *lib.* 5. *vbi alios allegat Crotus cons.* 204. *num.* 9. *lib.* 2. *Natta consil.* 445. *num.* 17. & 18. *lib.* 3. *Caualcan. decis.* 45. *num.* 77. *lib.* 1. *Gramm. voto* 18. *num.* 8. & *decis.* 61. *num.* 15. *Farina. in tract. crim. q.* 8. *n.* 12. *Couar. in lib. pract. qõ. c.* 33. *n.* 2. *vers. huius opinionis Cepoll. cons.* 11. *n.* 17. *in crim. Cæsar Bart. dec.* 106. *n.* 13. *Capyc. dec.* 9. *etiam nu.* 13. *vbi Io. Iac. Masullus in addi. n.* 15. *Carpan. super stat. Mediol. p.* 2. *c.* 201 *n.* 35. *Clar. in §. fi. q.* 36. *nu.* 3. *vbi asserit istam esse com. opin.* Camill. Borell. cons.* 11. *n.* 1. & *cons.* 68 *n.* 18. *Fider. de Senis cons.* 135. *n.* 2. *Decian. in tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 61.

Subampliatur 2. vt nec etiã cum iuramen-

46 to possit clericus renuntiare priuilegio quod habet ne cõueniatur coram iudice laico, imò non obstante iuramẽto poterit forum allegare absq; metu periurij, *Spec. in tit. de renuntiat.* §. 1. *nu.* 9. *Io. Guttierez in tractat. de contrac. iurat. cap.* 16. *num.* 50. *in* 16. *tom. tractat. diuersor. p.* 2. *cart. mihi* 62. *Camill. Borrell. consil.* 11.

nu.1. Alex.de Neuo conſ.56. num.1. Marant.in pract. p.4. diſt.11.nu.2.car.mihi 192. Ioan. Campegg.conſ.51.n.2. inter conſ.crimin.diuerſ. lib. 2. Portius conſ.107.n.4. Io.Batt.Baiard.in addi. ad Clar.in §.fi.q.36. n.10. Lelius de Zanch. in tract. de priuileg.eccl.priuileg.87.n.1. Camill. de Curte in diuerſorio, ſiue comprehenſorio iuris feud. p.2.c.2.nu.126. Surd.conſ.193.nu.5.lib.2. vbi alios citat, & conſ.222.n.1.eodem lib. Adrianus Gilman. Vltramont.in dec.Cameræ Imperial.dec.21.nu.1. Martin.Vranius etiam vltramon.conſ.32.n.7.lib.2. Pet.de Anch.in c.ſi diligenti, nu.1.de foro comp. Guttier in repet.l.nemo poteſt in principio legis, n.106.ff.de legat.1.cart.mihi 42. Sigiſm.Scac.in tracta.de iud.p.1.c.11. nu. 36. vbi dicit, quod iſta prorogatio non eſt poſſibilis, *Foller. in pract. crim.in verb. audiantur excuſatores, n.38. Gabell. ſuper conſuet. Egidian.lib.5.c.j.n.2. Galleſ.in trac. de oblig. in forma cameræ, p.2.q.2.n.1. & ſeq.* vbi dicit, quod licet clericus ſe obligauerit in forma Cameræ renuntiando priuilegio fori medio iuramento, per hoc tamen non poterit cõueniri coram iudice laico, *Auaſtaſ. Germon.in tract.de ſacror.immu.lib.3 c.15.nu.4.& lib.2.c.19.nu.39. Aſinius in tract de exequ.§.9.c.334.n.18. Alfonſ.Villaut.in tract.de extenſ. legum tit. de extenſion. cuiuſcunq. diſpoſitionis, n.115.car.mihi 173. Surd.in tract.de alimen.ti.7.q.37.n.48. Gail in lib.2. rerum iudicat. deciſ.21. num.1.* vbi multos alios congerit.

47 Subampliatur 3. vt epiſcopus poſſit inhibere iudici ſeculari ne procedat contra clericum etiam litigare volentem coram eo, *Bal.in margar.in verb.iudex verſ. Laicus ſi reum Cæpoll. conſ.10.col.1. Aufrer.in tract.de poteſta.iud.eccleſiaſt. ſuper laicis, & rebus eorum nu.7.in 13.to.tract. diuerſ. p.1.car.mihi 126.*

Subampliatur 4. vt nec cum conſenſu, & licentia ſui epiſcopi clericus poſſit prorogare iuriſdictionem iudicis laici, & priuilegio fori renuntiare, *Glo.& alij in c.ſignificaſti de foro cõp. Alex.conſ.8. in prin.lib.1. Bertac.in tract. de epiſ. p.5.lib.4.nu.95.in 13. tom.tract. diuerſ.p.2.cart. mihi 353. Soc.reg.56. in prin.Gram.deciſ.21.nu.1.& dec.29.nu.9.& 10.& dec.61.n.8.& 9. Galleſ.in tract.de oblig. in form.Camer. p.2.q 2.nu.2. Marant.in pract. p.4. diſt.11.nu.2.cart.mihi 192 Roland.conſ.4.nu.16.& 10.lib.1. Surd conſ.396. nu.15.& conſ.301.nu.61.lib.3.& conſ.222. nu.1.& conſ.193.n.5.li.2. vbi alios allegat, & conſ.2 nu.17.lib.1.& deciſ.26.nu.4. Farin.in tract.crim. q.8. nu.13. Cenedus in collecta.iuris canoni.p.1.collect.57 nu.1.in fi. Scac.in tract.de iud. p.1.c.11. n.38. Baiard.in addit. ad Clarum §.fi.q.36.nu.10 Iac.Sbroz.in tract.de Vicario epiſcopi, lib.2.q.203 n.4.& 5. Oct.Vulpell. in tract.de libert.eccleſ. p.1. nu.15. Iac.in l.pen.n.9.C.de pact.& in l.1.in prin. n.13.ff.de iud. Camill.de Curte in diuerſor.ſeu comprehenſorio iuris feud. p.2.c.2.nu.125. Clarus in §.feudum q.90. nu.10. Bened. Capra in ſuis regul. in tit. de prorogat. num.15. Ioan.Aloyſ. Catalan. in tractat.ſuo crimin.ſeu de indultu cap.6.nu.16. Ioan. Battiſt. Marcheſ. in tractat. de commiſſ. ſeu reſcript.p.2.c.3.quart.capitul.principal.num.35. cart. mihi 489. Martin. Vran. Vltramon. conſil. 32.num.7.lib.2. Alexand. de Neuo in cap. P. & G.num.84. de conſtit. Io. de Anania in cap. ſignificaſti, num.9. de foro compet.* vbi etiam *Abb. Panorm.num.25.*

48 Quam ſubampliationem limitabis quando clericus cum conſenſu ſui epiſcopi conſenſerit in iudicem laicum per modum delegationis, & non per modum prorogationis iuriſdictionis, *Ancher. in d.cap. ſignificaſti, nu.*

49 *7. de foro compet.* quod tamen intelligo procedere in cauſa ciuili non autem in cauſa criminali, quia epiſcopus non poteſt delegare cauſas criminales clericorum laico, vt dicam infra ampl.82.n.561.

50 Subampliatur 5. vt nec etiam valeat conſuetudo qua eſt introductum, vt clerici poſſint renuntiare priuilegio fori, quia ea non obſtante non valeret renuntiatio, *c.qualiter, & quando de iudic. Ioan. Guttier. in repet. l.nemo poteſt, in princip. legis nume. 106. de legat. prima, cart. mihi 42.*

51 Subampliatur ſexto, vt clericus non declinans forum iudicis laici poſſit puniri a ſuo iudice competenti eius arbitrio tanquã tranſgreſſor canonis, *Bald.in l.1.in fi.C.de indict.viduit.tollen. Specu.in tit.de compet. iudi. adiect. §.j ver.ſed nunquid requiritur Aufr.in tract. de poteſta.iud. ſecular.ſuper eccleſia.perſan.regul.2.num.33.in 16.to.tract. diuerſ.car.mihi 291. Gram.dec.29.num.7.& deciſ. 61. num. 8.& conſ.1. num.34. poſt deciſiones, & conſil.71. num.34. in eiuſdem. Baiardus in addit. ad Clarum in §. final.quæſtio.36. num. 11. Octauius Vulpell. in tractat. de libert. eccleſia. par. 1. num. 19. Campanus ſuper Capitulis Regni Neapolis capit.159. num.7.cart. mihi 170. gloſſ. ordinar. ſuper ritu Magnæ Curiæ Vicariæ in titu. de foro competent. in fine, cart. mihi 397. poſt conſtitut. Regni, Thomas Zerola praxi epiſcopal. in verb. iudex, §. 19. cart. mihi 130. Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adeleſiam in ſecunda deciſio. num. 32. Silueſter in ſumma, in verb. iudex, il primo, num. 3. Menoch. in tractat. de arbitrar. iudic. caſu 430. nume. 2. & 3. Foller. in practic crimin. in verb. audiantur excuſatores, num. 38. Boer. ſuper conſuetud. Bituricen. in titu. de iuriſdictio. §.21. in fine, vbi teſtatur de commun.* * *opinion. Clarus in §. fin. quæſtio. 36. verſicu. ſecundo infertur Sigiſmund. Scaccia in tractat. de iudic. parte prima, capitu. 11. num. 46. vbi etiam dicit hanc opinio.* * *eſſe commun.*

mun. Bertach. in tract. de episcop. p. 5. lib. 4. num. 98. Asin. in tract. de exequu. §. 6. c. 49. n. 9.

52 Et vltra quod clericus non declinans forũ poterit arbitrarie puniri incurrit ẽt alias pœnas scilicet quod si cã pro qua conuenitur est ciuilis illã ammictit, & cãdit a iure suo, *Siluest. in loco præcitato nu. 3. Alex. de Neuo cons. 55. n. 1. Gail in lib. 2. rerũ iudicatarum dec. 21. n. 1. & 2. vbi alios cit. Anch. in c. si diligiuti nu. 10. de foro cõpet.* vbi dicit quod isto casu non ammictit causam ipso iure, sed requiritur sñia declaratoria. Si vero cã est criminalis, & clericus cõuentus nõ declinat forũ, deponitur, & ammictit locũ, & dignitatẽ, *c. si diligenti de foro compet. vbi Anch. n. 3. c. placet 11. q. 1. Siluester vbi supra Martin. Vranius Vltram. cons. 32. n. 9. lib. 2.* & si habet Benefitiũ illud ẽt ammictit, *Ancha. in d. c. si diligenti nu. 1. & 7. Ant. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 11. n. 6. vbi allegat specul. in tit. de cõpeten. iud. §. 1. vers. idem dixerunt.*

53 Subampliatur septimo, vt hæc ampliatio procedat tã si causa est ciuilis quã criminalis, quia nullo casu clericus poterit consentire in iudicem laicum, *Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 12.*

Subampliatur octauo, vt prædicta ampliatio procedat ne dũ in clericis existentibus in sacris, sed ẽt in clericis primæ tonsuræ, qui nec ẽt ipsi poterunt renũtiare huic priuilegio fori, ex quo dispositio dicti cap. si diligẽti de foro cõpet. locum sibi vẽdicat in oĩbus clericis ẽt primæ tonsuræ, *itẽ Io. Andr. & Ant. de Butr. ibidẽ Cæpoll. cons. 11. n. 14. vers. dicendũ est in crim.* vbi dicit de hoc esse casũ in d. cap. si diligenti, *Farinat. in tract. crim. quæst. 8. nu. 14.*

Et licèt glosa in cap. tuæ de apostat. tenuerit contrarium, & ꝓ sua opinione alleget, *tex. in c. fin. de vit. & honest. cler. in c. Ioannes, & c. pen. & de cleric. coniug.* nihilominus istæ inter se discrepantes opiniones facillimè redducuntur ad concordiã, distinguendo, vt prima procedat in renuntiatione quæ fit verbis, secunda verò opinio in renunciatione, quæ fit facto, vt exercẽdo negotia sęcularia, vel faciendo aliũ actum clericatui oĩno contrarium, *ita colligitur ex traditis ꝑ Cæpoll. cons. prædicto, nu. 16. & voluerunt expresse Farin. eod. nu. 14. Iacob. de Graff. in dec. Aur. p. 2. lib. 3. c. 26. nu. 27. & 28. vbi alios allegat Zerola in praxi episc. in verb. clericus, §. 12.*

Subampliatur nono, vt nec ẽt clericus possit consentire in alium iudicem, ẽt ecclesiasticũ, & eius iurisdictionem prorogare sine consensu sui episcopi, *c. significasti, de foro compet. c. non licet 3. q. 3. c. 1. & 2. 11. q. 2. Bald. in l. 1. §. & post, nu. 3. ff. de noui oper. nunt. Abb. in c. cęterũ, nu. 11. de iud. Anch. in c. 1. n. 2. de foro cõpet. Dec. in c. de quo vult Deo, nu. 84. & in c. at si clerici, nu. 164. de iud. Alex. de Neuo in c. P. & G. nu. 84. de consti. Turrecrem. in c. nullus, il secondo, nu. 3. 9. q. 2. & in c. non licet nu. 3. q. 7. Lapus in c. 1. n. 5. de foro cõpe. in 6. Zannett. in tract. de different. inter ius ciuil. & canon. different. 205. nu. 282. in 1. to. tract. diuers. cart. mihi 207. Io. Batt. de S. Blasio in contrad. iuris canon. & ciuil. contrad. 83. in eodẽ to. tract. car. mihi 187. Bertacch. in tract. de episcop. in 5. par. lib. 4. nu. 96 in 13. to. tract. prædi. p. 2. car. mihi 353. Bened. Capra in iuris regu. sub tit de prorog. n. 16. Ang. Aret. in l. Imperatores, num. 4. de appell. Loaulph. Scrader Vltram. in tract. de feud. p. 10. sect. 1. n. 146 Lelius de Zanchis in tract. de priuil. eccles. priuileg. 87. n. 10. Hieron. Pappon. cons. 1. n. 14. lib. 1. Bim. cons. 14. n. 10. lib. 1. Grat. cõs. 87. n 4. lib. 1. Cumia super ritu istius Regni Siciliæ, c. 42. n. 124. Iacobi. in l. hæres absens §. si quis tutelã, nu. 9. ff. de iud. Soc. in c. peruenit, nu. 391. de senten. excomm. Mozz. in tract. de feud. in tit. de natural. feud. n. 131. car. mihi 168. Capic. dec. 9. n. 13. Rom. sing. 745. ubi Serain. in add. Petr. de Gregor. in tract. de iud. caus. feud. q. 7. n. 19. Bernar. Vuermes Vltramont. in lib. 1. practicarum forensium, tit. 1. obseru. 12. nu. 2.*

54 Primo subampliabis hanc nonam subampliationem, vt non valeat consuetudo permittens quod clericus in alium iudicem ecclesiasticum consentiat sine licentia sui diœcesani, *Bellamera in repet. c. Romana, nu. 5. de foro compet. quæ repet. est impressa post eiusdem cons.*

55 Secundo subamplia, vt nec ẽt cũ iuramẽto clericus poterit promittere, vt possit conueniri corã quocunq; episcopo sine cõsensu sui ordinarij, *Mart. de iurisd. p. 2. c. 6. n. 46. Turrecrem. in c. non liceat nu. 6. 3. q. 6.* vbi adducit duas rationes, primam, quia ex tali promissione fieret iniuria, & præiudicium proprio episcopo,

56 secundã quia pro cõi vtilitate, & fauore oĩum clericorũ fuit introductum illud, & quod pro cõi vtilitate est introductum non põt renuntiari, *arg. tex. in c. alieni, 2. q. 7. & in l. quod de bonis §. fin. ff. ad leg. Falcid. & in l. ius publicum, ff. de pact. Bart. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Matth. Brun. cons. 136. nu. 17. Rolan. a Valle cons. 25. n. 5. lib. 2. Rim. iun. cons. 16. nu. 20. lib. 1. Honofrius de Perusio cons. 40. nu. 23. inter cons. vlt. volun. diuers. lib. 1.* quibus ego addo tertiã rationem scilicet, quia clericus non potest sine consensu sui episcopi peregrinari & exire a propria diœcesi, vt dicam infra effect. 25. quod si permitteretur per indirecte ab ea exiret, quod esse nõ debet.

57 Tertio subamplia, vt nec ẽt coram Metropolitano possit per clericum fieri hæc iurisdictionis prorogatio, *Turrecrem. in d. c. non liceat, nu. 8. 3. q. 6.*

Quarto subamplia, vt nec sufficiat consen-
58 sus officialis episcopi ad validandã huiusmodi iurisdictionis prorogationem, quia *tex. in c. significasti de foro compet.* per quod prohibetur huiusmodi prorogatio dicit, ꝙ est requirẽdus con-

consensus episcopi, ideo non debet admitti consensus alterius, quia quod lex non dicit, neque nos dicere debemus, *Turrecrem. in terminis in d.c.non liceat, nu.4.*

Quinto subamplia dictam nonam subam-
59 pliationem principalē, vt sñia lata per episcopum corā quo clericus prorogauit iurisdictionem sine consensu sui episcopi, quatenus est lata in eius fauorē sit nulla, quatenus verò est lata cōtra eum erit valida, quia sibi debet imputari cur veniā non petijt, vel iurisdictionē non declinauit, *Turrecrem. in c.non liceat, nu.3.*
60 *3.q.6.* & ratio cur sententia lata in fauorē clerici non petētis veniā sit nulla, & contra eum est valida, esse potest, quia quotiescunq; quis præbet causā nullitati actus si vellet allegare
61 talē nullitatem nullo modo debet audiri, *l.1. §.si oēs, in fine ff.de vent.inspic.gl.in l.1.§.fi. & in l.2.in fin.ff.quando act.de pecul.Paul.de Cast.cons. 307.col.2.circa medium, lib.2.Ceph.cons.133.nu. 125.lib.1.Crauett.in quæst.vnica,nu.33.post tract. de antiq. tempor.Fuscus in singul.in lit.N,num.25. Lancell.in tract.de attentat.lib.2.in præfat.n.102. car.mihi 51.Menoch.cons.367.num.15.& 16.& seq. lib.* 4. vbi morē suo multa congerit media prædicto similia.

62 Sexto subamplia, vt eadē nona subampliatio habeat locum ēt in laicis, qui in spiritualibus non possunt prorogare iurisdictionē alterius episcopi sine consensu sui diœcesani, *Hostiens.& Io.Andr. in c.P. & G.de constit.* qui ad ita dicendum mouentur, *per not.in c.2.& 3.de parrocch.Bened.Capra in tract.de prorogat. nu.23. inter suas reg.* qui dicit, ꝙ ad hoc benefacit d.c. P.& G. quæ pdicta nona subampliatio ita sub ampliata limitatur aliquibus modis, vt infra.

63 Primò limitatur qñ clericus esset subiectus inferiori ab episcopo ex iure speciali, q si vult consentire in episcopum non requiritur consensus ipsius prælati ex quo tūc res reuertitur ad suā naturam, *Abb.cons.25.col.2.vers.sed hoc non obstantibus, lib.1.Fel.in c.cum accessissent, nu. 6.de const.Dec.in c.de quo vult Deo, nu.85.de iudic.Pappon. cons.1.n.14.lib.1.* quod in isto Regno pōt exemplificari in Regio maiori Cappellano, qui tanquā Abbas S.Luciæ habet iura episcopalia cui dignitati tēporibus parum
64 decursis præerat admodum Illustris Don Hieronymus de Reggio, qui non tantum ex eius antiquissimæ, & nobilissimæ familiæ in hac vrbe meritis, quantū ex propria virtute summa doctrina & vitę integritate fuit assumptus ad talem dignitatē, qui si non fuisset ita cito morte præuentus non est dubium quod ad
65 maiora ascendebat, & modo in eadem dignitate præest meritissimus D.Simeon de Rao.
66 Secundò fallit dicta nona subampliatio, vt licet clericus nō possit expresse prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici poterit nihilominus hoc facere tacite vt delinquendo, vel contrahendo, hoc est ratione destinatæ solutionis, obligationis, negotiationis, vel administrationis, *Io.de Anan.in c.si diligenti, nu.8.de foro cōpet.Abb.in c.dilecti filij, nu. 4.eod.tit.Paul.de Cast.in l.1.nu.9. ff.si quis in ius vocat. non erit Dec. in cap. de quo vult Deo, nu. 90. de iudic. & in l.1.num.14.eodem titu.Serafin. de Serafin.in tract.de priuileg. iuramen.priuileg. 91.num.6.Mart.de iurisdict.cap.6.nu.47.p.2.* ad quod bene faciunt ea quæ dixi supra hac eadē ampliatione in octaua subampliatione,
67 & clericus delinquens extra suam, diœcesim pōt puniri per episcopum cuius sortitur forū ratione beneficij, vel ratione originis, vel loci delicti, *cap.contingat de foro compet.vbi Abb.col. 2.Fel.ēt col.2.idē Abb.cons.24.col.1.& 2. lib.2. Bal.in l.Senatores, nu.3.de senator. Iacobin.in l.est receptum in 1.lectura, nu.4.ff.de iurisd.omn.iud.& in l.1.nu.14.ff.de iud.Ferret.cons.366.nu.17.lib. 2.Io.Pels.Vltramon.in processu iud.tit.9.num.62.*
68 & rō est, quia clericus sortitur forum nō solum rōne originis, & loci delicti, sed ēt ratione beneficij requirentis residentiā, de qua materia late loquitur, *Abb.in cap.postulasti, nu.4.de foro compet. & Fel.in c. dilectus filius, il 2.nu.1.2.3.4. 5.6.& 9.*de rescrip. qui duo ponunt ēt quid sit agendū si clericus haberet plura beneficia re-
69 quirentia residentiam in diuersis diœcesibus, *Castr.in l.oēs qui, num.3.C.de episcop.& cler. idem Abb.in c.nullus, nu.4.de parrocch.Cardinal.in Cle-*
70 *ment. causā, §.1. in tertia oppositione, de elect.* vbi dicit, qđ clericus pōt citari in loco beneficij.
71 Tertiò limitatur prædicta nona subampliatio, vbi iudex cuius prorogata fuit iurisdictio pronuntiaret se competentem, *Lapus in c.1.nu. 6.de foro compet. in sexto.*
72 Quarto limitatur vbi episcopus esset præsens tēpore quo eius clericus prorogat iurisdictionē alterius episcopi & non contradicit, qa tunc habetur pro consentiente, *Ias. in l. soluto matrimonio, §.voluntatem autem n.2.ff. solut. matrim.& in l.quæ dotis, n.79.eodem titu. Abb. in c. significasti, n.5.de foro compet.Alex. de Neuo in c. P.& G.n.85.de constitut.* vbi dicit, quod sufficit tacitus consensus, ideo si potest prohibere, & non prohibet videtur consentire, idem dixit, *Fel.in eod. c. significasti, nu.5. Scrader. in tract.de feud.p.10.sect.1.n.148. vbi ad hoc allegat. d. c.significasti, & ibidem Fel.Dec.in c. cæterum, n.7.de iudic.Ias.in d.l.quæ dotis, n.86.* qui dicit, quod isto casu tacitus consensus inducitur ex scientia, & patiētia, *Camil.de Curte in diuerso. seu comprehen.iur.feud.p.2.c.2. n.120.* & est regulare quod vbi quis est pręsens actui, & pōt illi contradicere & prohibere ne fiat si non contradicit, nec illi se opponit censetur eumdē actum per-

permittere & eidem consentire, *l.fi.ff. de inoffi. testam.l. fideiussor §. pater ff.de pignor. Alber. in l. Caius, col.2. vers. vltimo casu quando ff.de pignor. act.Tiraq. in tract. de retract. Lignag.§.1. gl.9.nu. 143.Menoch.cons.58.n.65.lib.1.Lud.Morat.cons. 78.n.10.* Requisita autem ad faciendam hanc prorogationem validam sunt octo, de quibus singulis exactissimè loquitur Alex. de Neuo, *in d.c.P.& G.nu.101. cũ pluribus seq. de constitut.*

73 Subampliatur decimo & vltimo principalis ampliatio, vt clericus, qui non opponit declinatoriam fori sit excõmunicatus, *Surd. dec.26.nu.5.vbi allegat Gramm.cons.1. post decis. nu.34.& Phannt.in tract.de inuent. p.3.num.23. Mart. de iurisdict.c.6.nu.6. p.2.*

74 Limitatur modo eadẽ septima ampliatio, vt licet clericus non possit verbo renuntiare priuilegio clericali poterit nihilominus hoc facere facto vt est apostatando, vel delinquendo in delictis ꝑ quibus clericus priuatur priuilegio clericali, *Anch.in c.tuæ,nu.4.de Aposta. Turrecrem.in c.1.nu.1.& 2. 3.q.6.* vbi ponit ex q̃bus causis clericus sortitur forũ iudicis laici.

75 Et licet clericus non possit prorogare iurisdictionem iudicis laici, tàm tacite, quàm expresse nihilominus secus est in laico, qui semper & indistincte poterit illam prorogare coram iudice ecclesiastico, *Doctores in c.fin.de except.Io.Faber.& Bald.in l.qui ex consensu de episc. audient.Abb.Fely.& cæteri scribentes communiter in c. si diligenti de foro compet.Iacobin.in l.1.§.post operis,ff.de noui oper.nuntiatio. Aufrer.in tract.de potestat.iud.ecclesiast.super laicis, & eorum bonis, n.5.in 13.tom.tract.diuers.p.1.cart.mihi 127.Lapus in c.1.n.4.de foro compet.in 6. Viu. dec. 125. n.2.Ioan.Iacob.Masull.in addit.ad decis.Capic. decis. 9. num. 15.*

76 Et scias quod si clericus in obligatione promittat respõdere coram quocunque iudice nõ intelligitur de iudice laico, sed de ecclesiastico, *Cappel.Tolos.decis.126.Anton.Massa,in tract. de obligat.in forma Cameræ,p.2.q.2.n.1.Surd.consil.280. num. 9. lib.2.*

77 Ampliatur octauo, vt prædictus primus effectus locum sibi vendicet etiã in clericis primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constitutis, cũ requisitis a sacro Cõcilio Tridẽtino, & infra dicã, *c.vnico,& quod ibi not. Doctores de cler.coniugat.in 6.l.presbyteros, C. de episco. & cler.c.2.de foro compet. c.cum non ab homine de iudit.not.Doctores in c.qualiter,& in c.clerici,de iud. Franc.Marc.dec.175.n.1.& dec.637.nu.1.lib.1. Boss.in tract.crim.in titu. de foro compet. n. 127.& in titu.de confess.n.51.Roland.a Valle cons.4.n.16 & seq.lib.1.& consil.16.n.12.lib.4.Couarr.in lib. pract.quæst.c.32.nu. 1. vbi asserit hanc opinionem esse communem,& c.31.n.5.in fi.versic.tertio illud est obseruandum,Camill.Borell.cons.15.n.23.Bertaz.cons.78.nu.3.& ibi Adden.in crim. lib.1. Restaurus in tract. de Imper.q.101.nu.3.Io.Franc. a Ponte,cons.24.num.1.2.& 3.lib.1.Viu.in comm. opin. in verb. clerici a potestate, Baiard. in add. ad Clarum,q.36.nu.1.Armon. dealog.26. Alex. de Neuo,cons.56.nu.1.& in c.nullus,nu.2. de foro cõp. Camill. de Curte in diuers. seu cõprehens. iuris feud. p.2.c.2.n.86. Bombin.cons.10.n.10.Pet.Belluga in Specul. princ.rubr.11.§.vidẽndũ,nu.5.vers. & certe vbi Borell.in add.in lit.C,Marsil.cons.67.nu. 59.Sigism.Scacc.in tract. de iud.p.1.c.11.nu.16. Cepoll.cons.11.n.15.in crim.Decian.in tract crim. p.1 lib.4.c.9.n.21.vbi quamplurimos allegat prout et alios citat Farin.in tract.cri.q.8.n.5.Ant.Scappa in tract.de iure non scripto,lib.1.c.1.n.2.Lãbert. in tract.de iure patron.lib.2. p.1.art.2. 7.q. princ. nu.6.Pet.Aug.Morla in empor.vtriusque iur.p.1. tit.2.de iurisd.omn.iud.nu.138.Rim.iun.cons.619. nu.36.lib.6.Rim.sen.cons.268.n.12.lib.2.& consil.483.n.7.lib.3.Crauett.consil.616.n. 13. lib.4. Surd.consil.193.nu. 4. lib. 2. vbi alios congerit,& consil.259.n.23.eodem lib.& consil.301.n.16.lib. 3.Natta cons.495.n.13.lib.3.Gramm.voto 33.n. 10.Socc.sen.cons.12.n.16.lib. 1. Dec. in c. ecclesia S.Mariæ,n.21.& 22.de constitut.& in c. clerici,n. 64.de iudic.Abb.in c.cum non ab homine,n.2. eod. titu.de iud.vbi etiam Alciat. n. 8. Suarez in cõmu. opin. in verb.clericus,nu.124.Benincas. in tract.de paupertat.q.8.special.4.n.54.Io. Battista de Plotis consil.109.n.26.& 27.inter consil.crim.diuers.lib. 2.Claudius Lutius allegat.17.n.5.Gail obseruat.37. n.2.versic.quarto ampliatur lib. 1.*

Sed hodie ex dispositione sacri Cõcilij Tridentini, quid sit obseruandũ ad hoc vt clerici in minoribus constituti potiantur priuilegio fori dicam latius infra in limitationibus.

78 Ampliatur nono, vt prædictus primus effectus, quod clerici nõ possint cõueniri corã officialibus laicis procedat in nouitijs cuiusuis religionis approbatæ, quia nec isti tales poterunt conueniri nisi coram suo superiore ecclesiastico, *Ias.in Authen.si qua mulier n.59.versic. ego teneo,C.de sacros.eccles. Camill. de Curte in diuerso.seu comprehens.iur.feud.p.2.c.2.n. 93. in fin.late Farinac.in tract. crim. q. 8.num.46.in 16. ampliat.* vbi dicit, quod hæc ampliatio habet locũ in nouitijs, quia hoc casu tractat̃ de eius fauore quos magis interest puniri a iudice ecclesiastico, qui mitius castigare solet quàm laicus, & ibi allegat alias authoritates, & rationes, Marc. Anton. Eugen.*consil.26. nu. 10. Siluest.in summa in verb.iudex,il 1. nu. 6. Bart.in repet.Auth.ingressi,colum. pen. vers. pro hac tamen indico,C.de sacros.eccles.Paul.de Cast.consil. 432. colum.2. versic. tertio principaliter vsque ad finem consil.lib.1.Pet.Belluga in Specul.princ.rubr.11.§. videndum,n.5.in fin.* vbi dicit, quod nouitij infra annum probationis sunt personæ ecclesiasticæ,

ſticæ, *allegat tex. in c. religioſo, de ſenten. excommun. in 6. Boſſ. in tracta. crim. in titu. de foro compet. n. 127. Lambert. in tract. de contract. gloſſ. 2. q. 19. n. 27. in fin. Scaccia, in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 21. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 24. vbi alios adducit.*

Ampliatur decimo in clericis coniugatis,
79 qui ēt non poſſunt conueniri niſi corā iudice eccleſiaſtico dummodo habitum, & tõſuram deferant & vnicam & virginem vxorē habuerint, & deſeruiant alicui eccleſiæ ex mandato epiſcopi. *c. vnico & quod ibi not. Doct. de cler. coniugat. in 6. Guido Papa conſ. 221. nu. 1. & dec. 83. ēt nu. 1. Bermund. Coueron. in tract. de publ. concubin. nu. 1. in 11. to. tract. diuerſ. p. 1. car. mihi 162. Vrſill. in adnot. ad Affl. dec. 274. nu. 7. & 8. Roſella in ſūma in verb. clericus, il 2. nu. 5. Henric. Bohic in c. ex literis, nu. 18. de vit. & honeſt. cler. Abb. in c. ſi diligenti, nu. 2. & in c. nullus, nu. 2. & 3. & in c. propoſuiſti, n. 13. de foro compet. Vital. in clement. 1. n. 55. & 57. de vit. & honeſtat. cler. Chriſtophorus Roſſin. in tract. de benefic. c. 3. n. 2. in 15. tom. tract. diuerſor. p. 2. cart. mihi 252. Ioan. de Arnon. different. 90. Gramm. conſ. 110. n. 7. in ciuil. & deciſ. 10. n. 1. & 2. Farinac. in tract. crim. q. 8. n. 6. Cepoll. conſ. 10. n. 10. in crim. vbi addent. in lit. A, Camill. de Curte in comprehenſorio, ſeu diuerſorio iuris feud. p. 2. c. 2. n. 86. & 87. Purpur. conſ. 213. n. 1. lib. 1. Fernand. Vaſques in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. n. 67. Campan. ſuper c. Regni Neapol. c. 248. n. 5. Caſſan. ſuper Conſuet. Burgun. rub. 1. §. 5. verſ. decimo, fallit, car. mihi. 196. Egid. Thomat. in tract. de numerib. §. ſeu ſectione incip. quiſpiam, n. 14. cart. mihi 280. Boſſ. in tractat. crim. in titu. de foro competent. n. 128. Clarus in §. fi. q. 36. n. 7. vbi teſtatur de comm.* opin. Lapus allegat. 18. n. 2. &*
* *per totam, Angel. de Caſtro, & Io. Batt. de Bo, ell. conſ. 94. n. 13. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 2. Marant. in pract. p. 4. diſt. 11. n. 5 cart. mihi 192. Io. de Silua in tract. de beneficijs, p. 1. q. 7. n. 29. in 15. tom. tracta. diuerſor. p. 1. cart. mihi 26. Alex. de Neuo. conſ. 59. n. 26.* vbi dicit, quod ad hoc vt clericus coniugatus remittatur iudici eccleſiaſtico debet probare ꝙ contraxit cū vnica, & virgine,
80 *Petr. Bellug. in Specul. pri inc. rubr. 11. §. videamus, n. 1. vbi Camill. Borell. in add. in lit. A, qui allegat Specul. in tit. de cler. coniugat. in prin. Lapum alleg. 40. & alleg. 118. Couarr. in libro pract. quæſt. c. 31. nu. 6. Marc. Ant. Cuccus in inſtitut. canon. lib. 2. tit. 3. verſ. item ij clerici, Io. Ant. de Nigr. in extrauag. Clement. ſeptimi, in verb. pragmaticam, nu. 5. Caranit. ſuper ritu M. C. V. ritu 66. per totum, Scacc. in tract. de iud. p. 1. cap. 11. nu. 20.* vbi aſſerit hāc
* eſſe cōm.* opin. & multos alios citat Decian. *in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 49. Anaſtaſ. Germon. in tract. de ſacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 66. Ant. Scappa in tract. de iure non ſcripto, lib. 1. c. 2. nu. 4. Alphonſ. Aluarez in Specul. iuris pontifi. c. 35. in princ. verſ. ſciendum eſt car. mihi 95. Iul. Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. c. 2. n. 7. & c. 20. n. 4.*

81 Sed hodie ex diſpoſitione ſacri Conc. Trid. vltra prædictas qualitates quod cõtraxerit cū vnica & virgine & quod deambulet cum habitu & tonſura ad hoc vt clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, requiritur etiā quod miniſtret & ſeruiat alicui eccleſię ſibi aſſignatæ ex mandato epiſcopi, priuilegio & conſuetudine ēt immemorabili quauis non obſtante, *ita habetur in cap. 6. incipit nullus, de reformat. ſeſſion. 23.* Ex qua diſpoſitione ſacri Concilij loquētis indiſtincte tollitur illa longa & confuſa altercatio orta inter doctores an huiuſmodi fori priuilegio gaudeant clerici coniugati tātum in criminalibus an vero in criminalibus, & ciuilibus. Et concluditur, quod indiſtincte gaudent hoc priuilegio quā opinionem tenuerunt ēt attenta diſpoſitione iuris canonici, *ita Specul. in tit. de competent. iud. §. 1. nu. 24. Anchar. in c. vnico, nu. 4. de cler. coniugat. in 6. vbi ēt Dom. de Sancto Gemin. nu. 7. Rot. Rom. dec. 202. in nouis, Fulgoſ. conſ. 124. Alex. conſ. 8. lib. 1. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgun. rubr. 1. §. 5. verſ. decimo, car. mihi 192. Couarr. in libro pract. quæſt. cap. 31. nu. 7. Burgos de Pazz. conſ. 22. per totum, Lapus alleg. 118.* vbi dicit, quod hæc opi-
* nio eſt de iure verior * & quod ſeruatur in curia Romana & iterum allegat *Soc. ſen. conſ. 12. num. 18. lib. 1. Hieron. de Ceuallos in Specul. pract. quæſt. comm. contra comm. quæſt. 593.* vbi multos alios allegat & teſtatur pluries de comm. &
* magis comm.* opin. *Diaz in pract. cap. 62. Io. Garc. in tract. de Hiſpan. nobil. gl. 9. n. 50. Io. Ant. de Negris in extrauag. in verb. priuilegio, nu. 289. Mandoſ. in add. ad Lapum in alleg. præcit.* cū multis alijs quos poſſem hic adducere quos prætermittere decreui ex quo hodie (vt dixi) hæc qõ eſt ſopita per prædictā determinationē ſacri Concil. Trident. prout etiam prætermittā Doctores tenentes contrariū opinionē, ꝙ oīa
82 requiſita per Concil. Tridentinū in clericis cõiugatis ceſſant in clericis coniugatis orientalibus, qui gaudent priuilegio fori etiā quod eccleſiæ non ſeruiant, *Camill. de Curte in diuerſ. ſeu comprehenſorio iuris feud. p. 2. c. 2. n. 90*

Quę concluſio, ſiue ampliatio, ut habeat lo-
83 cum & ſuū ſortiatur effectū multa requirunť, & Primo requiriť, vt ſint in poſſeſſione, vel quaſi clericatus, ꝙ conſtituitur per delationē habitus, & tonſuræ, vt dixi ſupra in ampliatione, & not. Doct. *in c. vnico, de cler. coniuga. in 6. Alex. de Neuo conſ. 60. n. 2. Pet. Bellug. in Spe. prin rub. 11. §. videndum, n. 17. in fi. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 20. & 82.* & multi alij ex ſu-
84 pra allegatis in ipſa ampliatione, ideo clericus coniugatus ſtatim quod dimittit habitum & ton-

tonsuram ipso facto perdit priuilegia clericalia, *Cardin. in Clem. 1. in prima oppositione, de vit. & honest. cler. cap. 1. & quod ibi not. Doctores, de cler. coniugat. in 6. Bertach. in suo repert. in verb. clericus coniugatus, Aluarez in specul. iur. Pontific. capit. 36. vers. sed dicit cart. mihi 107. & capit. 35. in princ. vers. & sciendum cart. etiam mihi 95. Anchar. Regiens. q. 49. n. 11. lib. 3. Soc. sen. cons. 222. nu. 2. volum. 1. Io. Guttier. in tractat. de contract. iuratis, cap. 17. nu. 13. in 6. tom. tracta. diuers. par. 2. cart. mihi 65. Socy. regul. 80. Fallent. 5. Io. Franc. Pauinus in tract. de visitat. par. 1. q. 7. nu. 45. in 14. tom. tract. diuers. cart. mihi 185 Io. Bapt. Baiard. in addit. ad Clar. in §. fin. q. 36. nu. 12. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 32. nu. 1. vers. nec ijs clerici*, vbi dicit, quod isto casu nulla requiritur monitio, *Io. de Ligna. in tract. de censur. eccles. §. 4. num. 25. in 14. tom. tractat. diuers. cart. mihi 310. Aufrer. in tract. de potestat. iudic. laici super ecclesiast. person. regul. 1. fallent. 7. nu. 15. in 16. tom. eorundem tract. cart. mihi 287.*

Et est aduertendum quod ex dimissione ha
85 bitus, & tonsuræ clericus coniugatus nõ ammittit perpetuo priuilegium clericale, sed ad tẽpus hoc est dũ non defert habitum, quia si postquam illum dimisit iterum eundem reassumat, reassumit etiam priuilegia, clericalia, *not. gloss. Cardin. & Ioan. Andr. in vnico, de cler. coniugat. in 6. idem Ioan. Andr. in cap. Ioannes, de cleric. coniugat. Innocent. & Henric. Bobic num. 19. in c. ex litteris de vit. & honest. cler. Belluga in Spec. princ. rub. 11. §. videamus, nu. 1. & 2.* vbi alios citat, & conatur respondere argumentis pro contraria opinione adductis, sed in hac vltima conclusione contrarium tenuerunt idem *Io. Andr. in dicto cap. Ioannes, colum. 4* vbi asserit ita aliàs fuisse Patauij decisum Paulus de Leazar *in clement. 1. de vit. & honest. cler. Ioan. Monac. Archidiaconus, Io. de Lignan. Dom. de S. Gemin. & Philip. Franc. in cap. vnico, de cler. coniugat. in 6. Alexan. consil. 8. colum. fi. lib. 1. Couar. in lib. pract. quæst. c. 31. vers. quintum potissimum, Niger in extrauagan. Clementis Septimi, in verb. habitum, nu. 27. de uit. & honest. cler. Camill. Borell. qui hos omnes refert & sequitur in add. ad Bellug. d. n. 1. in lit. A, vers. habitus tamen*, quæ vltima opinio tanto magis esset vera si assumpse-
86 rit habitum de recenti ante commissum delictum, vel contractum debitum, vel inceptum iudicium.

Secundo requiritur, vt clericaliter uiuat,
87 nec se immisceat negotijs sæcularibus, *c. Ioannes in fi. de cler. coniugat. vbi gl. & Butr. Alex. de Neuo cons. 60. n. 2. circa medium, & nu. 4. Bertran. cons. 13. n. 5. vol. 8. Clar. in §. fi. q. 36. n. 10. vbi dicit istam esse com.* opi. Camill. de Curte in diversorio, seu comprehensorio iuris feud. p. 2. c. 2. num. 83 circa finem, Borel. in Addit. ad Petr. Bellug. in speeu. princ. rub. 11. §. videamus, nu. 1. in lit. A, vers. & tunc demum cart. mihi 61. Sigismund. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 20. vers. tertio*, vbi addit, quod nec armis se ingerere debet, & clerici tunc dicuntur clericaliter viuere quando exercent ea quæ concernunt statum clericorum, *Rebbuff. in tract. de liter. obligatorijs art. 20 gloss. prima, num. 121. in 1. tomo, comment. constitu. Franciæ, Foller. super constitut. Regni in titu. de episcop. & cler. cap. item statuimus, num. 9. cart. mihi 68.* & id quod dixi quod scilicet non debent se ingerere in negotijs secularibus ad hoc vt gaudeant beneficio fori intelligitur de negotijs illicitis non autẽ de licitis, & permissis, & maxime pro victu quærẽdo, *Couar. in lib. pract. qõ. c. 31. vers. 6. Borell. in add. ad Bellug. in d. littera A, ver. & tunc demũ car. mihi 61.* quæ aũt negotia sint clericis licita, & q̃ interdicta dicam infra in effectib. sequentibus loco suo.

88 Tertio requiritur, vt non sit bigamus, vt quia contraxerit cum vnica non virgine, vel post mortem vnius aliam acceperit vxorem, quia tunc clericus coniugatus statim quod dimittit habitum, & tonsuram ammittit priuilegium clericale, *cap. quis quis 84. dist. c. 2. & 3. de bigam. c. vnico, de cler. coniugat. in 6. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 31. nu. 6. vers. quinto hinc apparet, & nu. 7. vers. tertio, vt locus sit prope finem, Alphons. Aluarez in Specul. iuris pontificijs, cap. 35. versic. si vero clericus cart. mihi 96. Farinac. in tractat. crimin. par. j. quæst. 8. num. 8.* vbi testatur de commu.* opin. de qua materia dicam latius infra hoc eodem effectu, in suis limitationibus.

89 Et clericus coniugatus, qui vult vti priuilegio fori tenetur ipse probare has qualitates quod contraxerit cum vnica, & virgine, & quod semper detulerit habitum, & tonsuram, *Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. videamus, num. 4. versic. item si clericus Iul. Patian. in tractat. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. num. 7.* licet aliàs in dubio vnicum præsumatur matrimonium, et vxor virgo, *Socy. reg. 53 in 3. fallent. Gomes in lib. 3. variar. resol. c. 10. nu. 4. Farinac. prædicto nu. 8.*

Pro complimento tandem præsentis no-
90 næ ampliationis non omittam dicere, quod clericus coniugatus, qui vnicam tantum & virginem vxorem duxit ea mortua consequitur omnia priuilegia, quæ competunt clericis non coniugatis, *Abb. in c. clericus, il 2. n. 4. de vit. & hone. cler. Couar. in lib. pract. qõ. c. 31. n. 7 vers. quinto potissimũ, in fi. Clar. in §. fi. q. 36. n. 15. vbi dicit, quod vnanimiter Doctores hãc opinionẽ sectãtur Borell. in add. ad Bellug. ĩ spec. prin. in d. §. videamus ĩ lit. A. vers. & talis cleric⁹ car. mihi 61*

Et licet clerici coniugati sicut cæteri cle-
91 rici in sacris ordinibus constituti gaudeant

L pri-

priuilegio fori, & canonis, si quis suadente deabolo 17.q.4. nihilominus non gaudēt cæteris priuilegiis competentibus clericis non coniugatic, glo. in c. vnico, in verb. cæteris de clericis coniugatis in 6. quæ glo. est communiter recepta secundum Couar. d. c. 31. n. 9. Cardin. in clem. 1. de vit. & honest. cler. Aufr. in Clem. 1. in 3. not. de offic. ordin. D. de S. Gemin. in c. 1. col. si de offic. vicar. in 6. Paris. cons. 40. n. 20. lib. 4. Farinac. d. q. 8. n. 9. cum alijs quos congerit infra effect. 3. amp. 6

Ampliatur vndecimo in fratribus tertia-
92 riis Sancti Francisci, vel alterius cuiusuis regulæ, quia ipsi reputantur religiosi, & connumerantur inter personas ecclesiasticas, Marc. Ant. Eugen. cons. 26. num. 1. vbi pro ista opinione allegat Bar. in l. semper §. quibusdam, ff. de iure immun. & in l. 1. §. fin. ff. de pœn. Lapus, & Zabbarell. in clemen. cum ex eo de senten. excommun. eundem Zabarell. in c. si diligenti de foro compe. vbi dicit ita aliàs fuisse decisum, Ant. de Butr. in c. 2. eod. tit. & in c. vnico, de oblig. ad ratiocin. Angel. in summa in verb. excommunicatio, il 7. §. 8. Aufr. in tract. de potest. iudicis secul. super person. eccles. reg. 2. n. 39 vbi dicit, quod hodie ista quæstio est decisa pro ista opinione per Bullam Sixti IIII. Summi Pontificis, quæ incipit Sancta Romana, & dicit, quod hæc est tutior & equior opinio Anton. in summa in tit. de excom. c. 62. Pet. de Vbald. in tract. de canon. episc. & parroch. q. 17. n. 12. cum plurib. seq. & præcipue hoc dicit, n. 20. & vltra prædictos per eum citatos idem dixerunt Abb. in d. cap. vnico, n. 6. vers. hoc putat de oblig. ad ratiocin. Bal. cons. 272. lib. 1. Io. de Imol. in clemen. 1. n. 9. de religios. domib. vbi dicit, quòd potiuntur priuilegiis monacalibus, quia talis viuendi modus a Nicolao Quarto Pontifice Maximo fuit approbatus, Io. de Amicis cons. 146. n. 2. vbi multos alios allegat & fundamenta, & rationes quibus mouentur præcitati Doctores ad ita tenendum recenset dictus Eugen. precitato cōs. 26. n. 1. & seq. licet ipse contrarium teneat, vt hic inferius dicam quod dicit etiam Mars. in tract. de bannit. in verb. ecclesiæ, n. 19. & 20. B. Ioannes de Capistrano in tract. de excom. casu 14. in 14. to. tract. diuers. Fernand. Vasq. in lib. controuer. Illustr. c. 105. in vltimis verb. Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. videndum, n. 9. vers. de fratribus tertiarijs, vbi conatur aliquibus mediis hanc opinionem defendere, & alios allegat Fel. in c. 2. n. 11. de foro compe. Marian. Soc. in c. 1. n. 12. eo. tit. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 34.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt
93 Bal. in l. placet, n. 5. vers. quid de sororibus vbi etiā Alber. C. de episc. & cler. idem Bald. in l. officiales, C. eodem tit. & in Authen. nisi rogati, n. 26. C. ad Trebell. Calder. cons. 7. in tit. de foro compet. Anchar. in reg. ea quæ q. 15. de regul. iur. Socy. in c. 2. de foro competen. Corn. cons. 205. lib. 1. vbi dicit istos conueniri posse coram iudice laico, & ab eo puniri ratione delicti, Fider. de sen. consil. 150. vbi dicit, hos non esse personas ecclesiasticas, & nō subesse episcopo, Abb. in c. causam, quæ nu. 2. de iudic. & in cap. 2. num. 11. vers. contrarium de foro competen. vbi dicit hanc esse veriorem * opinionem, Alexan. in l. commodissime, num. 5. ff. de liber. & posthum. Angel. de Vbald. cons. 118. in 1. dubio, Staffileus in tract. de litteris Gratiæ tit. de rescript. in forma breui, nu. 93 94. & 95. Bolognett. cons. 22. nu. 12, vbi multos alios allegat, & dicit, quod hæc opinio * est communis, tum ex numero, tum etiam ex qualitate Doctorū eam tenentium, Marsil. in tract. de banni. in ver. ecclesiæ, n. 119. vbi vltra, quod multos congerit dicit, quod ista opinio in puncto iuris est * verior Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 3. n. 29 qui etiam asserit, quod hæc opinio est verior, * & equior D. Don Nicol. Intrigl. dec. 30. num. 4. Vital. in clem. 1. num. 23. & seq. de religios. domib. Misinger. cons. 100. num. 17. & seq. Franc. Viui. dec. 49. nu. 10. Eugen. dicto cons. 26. nu. 15. 16. & seq. & num. 27. & per totum, vbi alios allegat, & hanc opinionem variis mediis, & argumentis defendit, & dicit hanc esse magis comm. opi. * & veriorem, & a consuetudine approbatam, & quod ita seruatur in omnibus curiis, & magistratibus, Tho. Dottius cons. 197. n. 3. & ibi Calder. in subscript. seu addit. nu. 8. & 10 Duenas reg. 100. lim. vlt. Nic. Festas. in tract. de extim. p. 4. c. 1. n. 10. 11. & 12. vbi dicit, quod isti tales non sunt personæ ecclesiasticæ, & quod hæc opinio est * verior, prout reuera ego eam existimo magis ueram, & magis * communem a qua nullatenus esse discedendum semper putaui, & ipsa quotidie seruatur in hac urbe Panormi, nec vnquam audiui quod aliquis tentauerit contrarium opinionem in iuditiis deducere, nec isto casu de tali declinatoria se opponere, & huius ultimæ opinionis duæ sunt præcipuæ rationes Prima quia fratres isti tertiarii nullum habent characterem impressum, ideo non sunt clerici, & per consequens non possunt se lætari priuilegio ecclesiastico, c. clericos 21. dist. Eugen. d. cons. 26. num. 24. Secunda est ratio, quia regula eorum non efficit illos clericos, nec religiosos, sed tantum tribuit normam viuendi, & ideo cum habeant solum habitum diuisum à cæteris laicis dicuntur habere accidentalia sine subiecto quo fit, ut nullatenus possint dici personæ ecclesiastice, & tanquam tales gaudere priuileggio fori concesso personis ecclesiasticis, Festas. in dicto tract. de extim. part. 4. c. 1. nu. 11. & 12. idem Eugen. cons. prædicto num. 19. vbi alios allegat Marsil. in tractat. de bannit. in verb. ecclesiæ, num. 119. qui dicit, quod ex quo isti tales non profitentur tria uota substan-

tialia

tialia religionis nō possunt dici religiosi, *Mising.d.cons.*100.*n.*18.*Gaetan.in summula in verb. excommunicatio c.* 10. *vers.nota septimo car. mihi* 127. vbi asserit quod ex quo non faciunt sollēnem professionem per quam religiosi a nō religiosis distinguntur, nec sunt conuersi alicuius religionis, nec nouitij non possunt habere priuilegia cōcessa personis ecclesiasticis, *Bambac.in repet.c.* 1.§.*qui clericus,q.*2.*n* 26.*si de feud. defuncti.content.&c. vbi alios allegat Menoc. in tract.de arbit.in addi.ad casum* 231.*n.*33

Sed Bolognett. videns tantas scisuras opinionum conatur illas conciliare fodere distinctionis, & sic supponit huius religionis tres status, siue gradus, siue regulas, quorum primus est eorum, qui contrahunt matrimoniū, & retinent omnia sua bona habitando separatim, ac se passim immiscendo in oībus negotiis sæcularibus, & solum differūt a ceteris laicis in habitu, quem gerunt longiorem, ac illius coloris eiusdem religionis solent deferre, & ceteris diebus congregant̄, & exercent aliqua opera spiritualia iuxta eorum modū viuēdi, & præceptum sui ordinis. Secūdus est illorum, qui abstinent se a matrimonio, & faciūt votum castitatis perpetuæ, & obedientiæ præstandæ suis superioribus, quod votū emittūt in manibus suorū superiorū, & habent propriā cōgregatiouē, sed non morant̄ perpetuò in monasterio, sed habitant in propriis domibus, & retinēt aliqua bona cū quibus possint exercere certas honestas negotiationes, ut ex ea viuere possent. Tertius est ordo illorum, q viuunt in perpetua congregatione in monasteriis, & in paupertate, & castitate tn̄ nō promiserunt expresse tria vota substantialia religionis hoc est castitatis paupertatis, & obedientiæ faciēdo sollēnē professionē prout sūt fratres Iesuati, & de primo ordine siue regula cōcludit ipsemet Bolognet.*d.cons.*22.*n.*8.9.*& seq.* quod nō sunt personæ ecclesiasticæ, nec potiunt̄ priuilegio aliquo clericali, & quod hęc est cōm. * opi. quam ēt sequit̄ Eugen. *cons.*25. *n.*25. vbi dicit ꝙ hoc expresse est ordinatū per quādā Bullam Papæ Leonis X. in Concilio Lateranēsi in vndecima ordinatione, qua disponit̄, vt isti tertiarii habitantes in ꝓpriis domibus possint cōueniri corā iudicibus laicis non obstantibus priuilegiis eisdē aliās forte cōcessis de secundo, & tertio ordine, siue regula, tādē concludit quod sunt personæ ecclesiastice, & tanquā tales non solū gaudent priuilegio fori verū ēt, & oib' aliis priuilegiis clericis cōcessis, *ita concludit Bolognet.loco cit. n.*13. *& seq. quod ēt uoluit, & affirmauit Aufr. i tract.de potest. ind.laics super ecclesi.perso.reg.*2.*n.*39.*in* 16.*tom. tra.diuer.Vin.dec.*49.*n.*11.*in fi.Mising.d.cōs.*100 *n.*20.*& seq.* Alii vero prout fuit Marian. Soc. *in c.*1.*n.*12.*de foro compe.& Decian.in tract.crim. p.*1.*lib.*4.*c.*9.*n.*34. alio modo has discrepantes opiniones concordare conantur, hoc est, aut assumpserunt predictum habitum in fraudem, vt studiose se eximerent a iurisdictione iudicis laici: aut non, & concludūt quod primo casu procedit secunda opinio quod non potiantur priuilegio fori: in secundo vero procedit prima opinio, attamen hæc distinctio non habet odorem, neque saporem cum resolutio istius conclusionis non dependeat a voluntate ipsorum tertiariorū, & sic an per susceptionem habitus sint liberati a iurisdictione laicorum, sed a conclusione illa an isti sint personæ ecclesiasticæ, & religiosi necne, & illa quæstio satis differt ab ista de qua nūc tractamus, & de illa dicam latius infra in limitationibus, & hæc prædicta distinctio posset fieri quando pro indubitato esset quod sint personæ ecclesiasticæ prout magis communiter negatur. Aliam etiam distinctionem ponit ipsemet Decian. *eod. nu.* 34. & hæc parum distat ab illa quam posuit Bolognett.
94 scilicet aut isti viuunt in domibus priuatis, & habent vxores, vel maritos, neque sunt ligati alicui regulæ, neque ab alia regula dependent, neque habent authoritatem superiorum, sed tantum certum, & determinatum habitum vilem portant, & tunc indubitatè tenet quod non gaudent priuilegio fori, nec aliis priuilegiis concessis personis ecclesiasticis, & huius qualitatis sunt oēs tertiarii ī hac vrbe Panormi. Aut vero habent authoritatē a Summo Pōtifice, vel episcopo vltra habitū, vel dependent ab alia regula, vtputa S. Francisci, & ab ea regulant̄, & eorum regulæ inseruiunt, & tūc gaudent beneficio fori. Mihi uero nec ista distinctio uidet̄ uera nec bona quo ad secundū membrū, quia primū est indubitate uerū, nisi intelligamus ſm mēbrū de fratribus tertii ordinis S. Francisci, qa vulgariter in utraq; Hesperia uocant̄ li scalzi, qui viuunt in cōe, & emittunt tria uota substantialia religionis, & in istis non ambigendum, quia reuera isti tales dicūtur religiosi, & habent eorum superiores, & totius ordinis priorem, siue ministrum gn̄alem, & sunt a Summo Pōtifice approbati cum certa, & determinata regula, & quod dixi de fratribus Scalzis idē est dicendū de fratribus quos in hac urbe uocamus de Mōte Peregrino, q subiacent prælatis ordinis S. Francisci conuentualium, & concludendo dico quod non est discedendum a secunda opinione cum reuera isti tales potius sunt uocandi fratres societatis cordonis, uel cinturati, qui licet portent certum habitū nihilominus sunt mere laici, & ad suum libitum talem habitum dimictere possunt.

Qua opinione retenta eã limitabis quãdo
95 vltra approbationẽ ordinis per Papã, fuisset
eis concessa hæc immunitas quia, tũc standũ
est priuileggio quatenus verba hoc dicunt, ita
Bolognet.d.consil.22.n.6.7. vbi dicit quod isto
casu priuileggia debent esse clara, & hoc limi-
tat quãdo multitudo ita postea accresceret vt
magnã partẽ ciuitatis occuparet quia tũc re-
frenari deberet sed in Regno isto puto quod
tali priuileggio nõ concederet exequatur per
Proregem, & alios offitiales Regni prout nec
etiam est concessum militibus S. Stephani, &
S. Lazari ac militibus multarũ aliarũ religio-
nũ, qui propterea conueniuntur corã iudici-
bus laicis, & nullo ecclesiastico priuileggio
fruuntur, & omnino ut laici reputantur.

Ampliatur duodecimo in conuersis siue
oblatis alicuius monasterii dummodo isti vi-
143 Et aduertendum est quod si in aliquo collegio essent clerici, & laici simul tũc rector collegij non poterit esse laicus, sed omnino debet esse clericus, *Bart. in l. fi. in 3. col. vers. sed circa hoc ff. de colleg. illicitis, & in Auth. habita in 8. colum. vers. 2. quæro C. ne fil. pro patre,* vbi loquitur in collegio scholarium, & dicit quod eius rector debet esse clericus, *& in proœm. ff. §. hæc autem tria colu. 2. vers. secundo quæritur Marsil. in*

144 *repet. rub. de fideiuss. nu. 152.* Et si is rector collegij laicorum, & clericorum iudicauerit in causa clerici coram eo conuenti tunc erit appellandum ad superiorem ecclesiasticum, *Aufr. in d. tract. de potest. iud. ecclesi. super laicis, & eorum bonis, nu. 12. in fin. in 13. tom. tract. diuersor. cart. mihi 126.* quæ omnia prædicta non procedunt in communitatibus, & vniuersitatibus ciuitatum in quibus licet adsint multi clerici, & religiosi quia tunc nullatenus posset talis vniuersitas, & ciuitas inhærere priuilegio suorum ciuium clericorum, & religiosorum, nec tunc 145
rector debet esse clericus, quia si aliter diceretur potestas laicorum in partibus Christianorum esset penitus extincta, & annullata cũ in qualibet ciuitate, & suburbio adsint clerici, & religiosi, *Io. Battista Marches. in tract. de commiss. p. 2. cap. 3. quarti c. principalis num. 59. & 60. cart. mihi 493.*

146 Ampliatur 24. prædicta regula, seu effectus quod clerici non sunt conueniendi nisi coram iudice ecclesiastico, vt habeat locum, & extendatur etiam ad familiam, & seruos ipsorũ clericorum, *Gl. in c. clerum 11. q. 1. & in c. ecclesiarum 12. q. 2. & in c. eos 32. dist. Doctores, & præcipue Bal. nu. 4. in l. 2. C. de episc. & cler. idem Bal. in l. 1. circa finem, n. 12. eo. tit. Mars. cons. 67. n. 60. summa Angelica, in verbo clericus il 14. §. 2. Carpan. super stat. Mediol. c. 167. num. 52. lib. 1. Gram. voto 33. num. 20. Socy. Sen. in c. 1. num. 18. de foro compet. Marant. in pract. p. 4. distinct. 11. num. 4. vbi Addentes in lit. A, cart. mihi 192. Duen. reg. 305. Calca. cons. 71. num. 3. vbi refert hanc esse comm. opi. Additio ad Bossi. in tracta. crim. in tit. de foro comp. in lit. S, Io. à Fina in suis conclus. lib. 4. in verb. famulus conclus. 2. cart. mihi 357. Cara. super ritu M. C. V. ritu 46. num. 27. Decian. in tracta. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 47. & seq.* vbi ponit varias seruo- 147
rum species, & declarat, qui sunt illi, qui gaudent, & qui non gaudent hoc priuilegio, & dicit quod hæc est magis comm. * opin. sed quod procedit in seruis, qui annua mercede seruiunt, & non in hijs, qui dietim, *allegat Doct. in c. si. de offic. Archid. Bal. & Alber. in l. 1. C. de episc. & cler. Socy. loco sup. cit. Barba. in c. 2. de foro comp. n. 35. & in c. eos 32. dist. & vltra prædictos idem dixerunt Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 3. nu. 24.* vbi late examinat istam materiam, & poni diuersas opiniones, *Bonaccos. in trac. de seruis, & famulis q. 15. in fi. vbi testatur de com. * opi. Grass. in com. opi. c. 10. q. 7.* cõtrariã nihilominus opinionem in isto articulo tenuerunt, *Capy. decis. 12. n. 2. infi. vbi asserit hanc esse com. * opi. Fari. in tract. crim. q 8. n. 46. Scacc. in tracta. de iud. p. 1. c. 11. nu. 22.* vbi dicit, ꝙ hoc nunq̃ vidit seruari in curia Romana, *Camill. de Curte in diuers. seu comprehens. iur. feud. p. 2. c. 2. nu. 107.* Ego verò in anno 1591. vidi in hac vrbe Panormi aliàs quẽdam famulum Recipitoris militum Hierosolimitanorum (q. milites sunt verè clerici, vt dixi sup. ampl. 16.) furcis suspensũ ob homicidium per eũ appẽsate cõmissum, q. Recipitor conabatur illũ defendere suo priuilegio, & nõ potuit hoc obtinere, sed q̃nq; pro delictis leuibus, & in famulis aliquorũ prælatorũ, & redeũdo ad materiam de qua tractamus dico ꝙ hanc eãdem secundã opinionẽ tenuerunt, *Cla-*

rus in §. fin. q. 35. verſ. quæro nunquid familiares Suarez in comm.opi.in lit. C.nu. 128. & 129.

Et licet prior opinio ex numero Doctorum eam tenētiū reuera ſit magis * comm. nihilominus quia in curijs ſæcularibus parū ſeruatur, ego nō diſcederē a cōmuni, & a multis approbata diſtinctione, ſcilicet aut famuli, ſerui, & coloni ſunt perpetuo clerici, & eccleſiæ
149 obligati, & tunc procedit prima opinio, vt ſcilicet potiantur priuilegio fori, eſt gl. in c. indicatum 99. diſtinctio. & in c. clericum 11. q. 1. vbi etiā Archid. Abb. Panorm. in c. 2. de foro compet. vbi etiam Felin. nu. 2. Io. Anton. de Nigris in clement. vnica num. 80. de vit. & honeſtat. cler. Vulpell. in tract. de libert. eccleſ. p. 3. num. 24. Aufrer. in tract. de poteſt. iud. ſecular. ſuper perſon. eccleſiaſt. regul. 2. num. 36. in 16. to. tract. diuerſ. cart. mihi 292. vbi dicit qđ hæc eſt tutior opinio, & de facto ſeruatur, Baiard in addit. ad Cla. ū in §. fin. q. 36. n. 2. Marti.. Vran. Vltram. conſ. 7. nu. 8 & ſeq. vbi alios allegat, & n. 10. reſpondet ad allegata in contrarium lib. 1. Io. Aloiſ. de Leo in Autheu. caſſa nu. 23. C. de ſacroſ. eccl. Suarez in comm. opin. in verb. clericus nu. 128. vbi aſſerit hanc eſſe comm. * opi. Menoc. in tract. de arb. iud. cent. 6. caſu 562. num. 3. vbi dicit quod hæc eſt omniū recepta ſententia Caraui. ſuper ritu M. C. V. ritu 66. n. 27. Ant. Teſaur. deciſ. 22. n. 5. Aut famulus, ſeruus, & colonus nō eſt perpetuus, ſed ad tēpus annua, vel meſtrua mercede cōductus, & tunc adſunt diuerſæ opiniones, aliqui nanq; dixerūt iſtos tales nullo fori priuileggio potiri, ita dixit ſpecul in tit. de compet. iud. §. 1. n. 27. verſ. 27. Archid. in c. clericū 11. q. 1. Alber. in l. 1. C. de epiſc. & cler. Abb. in c. non minus, n. 14. in fi. de immu. eccl. & in c. 2. n. 5. de foro comp. vbi ēt Ant. de Butr. n. 4. & Aret. n. 8. Præpoſit. in c. quod clericus, & in c. clericum, n. 5. 11. q. 1. & in c. iudicatum, in fi. 89. diſt. Socy ſen. in c. 1. n. 8. verſ. inde fit concluſ. de foro compet. Fel. in c. 2. nu. 2. verſ. generaliter eod. tit. Io. Ant. de Nigris in d. extrauaganti vnica, n. 91. de vit. & honeſt. cler. Aufr. in tracta. de poteſtate iud. ſecular. ſuper eccleſ. perſon. reg. 2. nu. 36. in 16. to. tract. car. mihi 292. vbi aſſerit ita in practica ſeruari Guttier. in lib. 1. pract. qō. q. 4. n. 2. Capyc. dec. 12. nu. 2. Gram. conſ. 102. n. 14. in ciuil. Natt. conſ. 576. nu. 3. 6. & 17. lib. 4. Couarr. in lib. pract. qō. c. 35. nu. 2. verſ. quinto non debeo Clarus in §. fi. q. 35. verſ. quæro nunquid familiares Theſaur. dec. 22. verſ. verum, vbi teſtatur ſecundum hanc opinionem pluries fuiſſe iudicatum per Senatum Taurinenſem, Menoc. qui hos omnes refert in d. caſu 562. nu. 4. & ſeq. vbi etiam recenſet rationes quibus fundatur hæc opinio, & vltra prædictos, idem dixerunt Caualcan. conſ. 71. nn. 13. Fului. Patian. in tract. cui incumb. onus proban. negat. lib. 2. c. 34. nu. 123. Aliqui vero conati ſunt totum oppoſitum defendere dicentes quod etiam iſti potiuntur priuilegio conceſſo ſuis dominis, cuius opinionis principalis auctor fuit Gl. in c. cos 32. diſt. & in c. 1. & in c. clericum il primo 11. q. 1. & in c. generaliter §. nouarum 12. q. 2. Bal. in l. 1. nu. 2. & in l. 2. n. 4. C. de epiſc. & cler. Alber. & Paul. de Caſtr. in l. ſi quis C. vbi cauſæ fiſcales Barbat. in c. 2. nu. 35. de for. compet. Roma. nu. 5. Iaſ. nu. 7. Aquenſ. n. 11. & Cagnol. n. 30. in l. cum quædam Puella ff. de iuriſ. omn. iud. Petr. Rebbuff. in tract. de priuileg. ſcolar. priuileg. 166. nu. 1. & 2. Gramm. voto 33. nu. 20. Menoch. qui ēt multos ex prædictis refert in tract. de arbitr. iud. centur. 6. caſu 562. num. 8. & ſeq. vbi ēt adducit argumenta pro iſta opinione, & vltra prædictos idem dixerunt, Carauit. d. ritu 66. nu.
150 27. qui adducit ratione quia iſto caſu familia non gaudet priuilegio propter ſe ſed propter fauorem ſuorum dñorum q̄ ratio in oībus familiaribus ac ſeruitoribus tā perpetuis quam ad tēpus locum ſibi vendicat, q̄ vltima opinio eſt ſatis periculoſa ideo vera concluſio eſt qđ in ſeruis perpetuis habet locū indiſtinctè hæc ampliatio vt potiantur priuilegijs dñorum, & ꝑ iſta opinione pōt adduci alia ratio quia iſta manicipia, & ſerui perpetui clericorum tanquā bona ipſorū ſunt extra iuriſdictionem iudicis ſæcularis per ea q̄ dixi ſupra ampli. 4. quò ad ſeruos conductitios verò ſit cōcluſio, vt ipſi tunc gaudeant priuilegio dñorum qn̄ ipſe clericus, & dñus nō poſſet cōmode vti ſuo priuilegio niſi ēt eo vtantur ſui familiares, & ſerui ēt ſi hoc eſſet priuilegium fori, ſi vero poterit cōmode vti ſuo priuilegio abſque eo qđ eius famuli, & ſerui eo vtātur tunc ſerui nullo potiuntur priuilegio ex perſona dñorum, ita Felyn. in c. 2. nu. 2. verſ. tene iſtam concluſionem de foro compet. Bald. in l. 1. C. de vxore milit. Io. Ant. de Nigris in clement. vnica num. 93. verſ. aduerte tamen de vita, & honeſtat. cler. Carauit. ſuper ritu M. C. V. ritu 66. nu. 28. Menoch. d. caſu 562. nu. 11.
151 vbi multos alios recenſet, quæ omnia procedunt in familiaribus, & ſeruis clericorum tantum at ſecus eſt in ſeruis, & familiaribus Illuſtriſs. Cardinalium, qui ex conſuetudine remictuntur ad ipſos Cardinales, & ipſi Domini Cardinales ſunt eorum iudices cōpetentes, Zabar. in clem. ne Romani de elec. Clar. in §. fi. q. 35. verſ. excipitur, & q. 68. verſ. ſequitur, & verſ. priuatum, Cucc. in inſt. maior. lib. 2. tit. 4. nu. 14. Bonacoſ. in tracta. de ſeruis, & famulis, vbi dicit, q̄ ita ſeruatur in curia Romana, & quod ideo Cardinales habent priuatos carceres, Manfr. in tract. de cardi. c. 8. in 9. priuil. Scap. in tract. de iure non ſcrip. lib. 1. cap. 12. per tot.

152 Qui vero veniant appellatione ſeruorū, vel famulorum ponunt Viui. dec. 349. nu. 1. Canalc. dec. 31. n. 17. lib. 3. Nepita ſuper conſuet. clariſſimæ ciuitatis Cathaniæ tit. 2. conſuet. 1. nu. 24. & 25. & tit. 32. nu. 26. Dom. Intrigl. ſingul. 69. nu. 73. lib. 3.

qui

qui licet maiorem partem illius singularis, & fere totum deduxerit ex meo tractatu de except. ad materiam statuit excludend. omnes except.except. 24. vbi ample tractaui materiã recusationis iudicis, nihilominus me nunquã nominauit, ne appareret furtũ manifestum, prout fecit in ceteris singularibus illius libri in quibus in materia alimentorum trãscripsit principaliores cõclusiones Surdi in suo tract. de alimentis, in materia sindicatus, Parisiũ de Puteo in eiusdem tractatu in materia iurium cessionis, Io. de Grassis in tract. de cession. iur. & in materia dotarij Pandũ Grauinat. in trac. de dotar. in ceteris materijs transcripsit Doctores qui de ipsis materijs faciunt peculiares tractatus nihil ex suo addendo, nisi laborẽ trãscribendi, sed ne videar cõtra mortuum vindictam sumere qui non põt respondere nec suas rationes deducere reuertar ad materiam, ideo dico quod idẽ ponunt Gomes. *super regul. Cãcellar. tit. de impetrat. benefit. q. 13. Mascar. in trac. de probat. concl. 755. nu. 4. Ancher. cons. 398. Menoch. in tract. de arbitr. iudi. casu 201. nu. 219, Cæpoll. in l. quod si nolit §. quod in procuratore nu. 6. ff.*
153 *de edilict. edict.* & qui veniant appellatione domesticorũ ponunt, *Liparulus in add. ad Odofred. in tit. quid in fidelit. contineat. lit. G, cart. mihi 31. Nepos a Monte Albano in tract. de testib. nu. 7. Carouit. super ritu M. C. V. rit. 46. nu. 29. Marcell. Cala in tract. de modo articul. & proband. glo. 5. nu. 683. & 684. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. per totã Vulpell. in tract. de libert. ec-*
154 *clesiast. p. 3. n. 25. Martin. Laudens. cons. 13.* & qui veniant appellatione familiæ tradidit, *Viui. dec. 10. nu. 1. Nepita d. tit. 2. consuet. 1. nu. 22. Bolognin. cons. 17. nu. 8. Prigmann. cons. 46. num. 14. Fabb. Turrett. cons. 49. n. 3. Camill. Borell. cons. 94. nu. 1. & seq.*

Ampliatur 25. prędictus primus effectus qd'
155 clerici non possunt conueniri nisi corã iudice ecclesiastico vt extendatur ẽt ad vxorem legitimã clerici vt in clericis Græcis vel Latinis in minoribus constitutis, *c. eos 32. dist. c. 2. 11. q. 1. not. in c. eius 22. dist. Marian. Socy. in rub. de foro compet. nu. 13. & cons. 12. nu. 18. lib. 1. Abb. & Fel. nu. 5. in c. 2. de foro compet. Angel. de Claua in summa in verbo excõmunicatio il sexto §. 8. Aufrer. in tract. de potest. iud. secular. regul. 2. nu. 35. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 292. Gemin. in c. unico de cler. coniugat. in 6. Franc. Aret. cons. 130. Cassan. super consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. n. 60. cart. mihi 197. Glos. ordinar. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. in fin. car. mihi 397. post constit. Regni, Belluga in specul. princip. rub. 11. §. videndum n. 6. vers. item gaudet Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 53. 54. & 55. Masull. in addit. ad Capic. decis. 76. nu. 3.* & hoc in Regno practicatũr in vxoribus fa-
156 miliatrũ sanctissimæ Inquisitionis quę gaudẽt foro suorum virorum, *Asinius in tractat. de exequut. §. 1. c. 52. 16. & 17. & 18.* & huius ampliationis ea est ratio quia per matrimoniũ vir, & vxor efficiuntur vnũ corpus, & vna eademq;
157 caro, *c. debitum de bigam. c. hæc immago 33. q. 5. c. Agatosa 27. q. 2. c. lex Diuina eadem causa, & q. l. 1. ff. rer. amot. l. 1. §. uir. ff. ad Silla.* & vna eademq; caro censentur, *Paul. de Castr. in l. rei iudicatæ §. socero n. 4. ff. sol. matrim. Bardus in tract. de tempori vtilib. & contin. c. 3. nu. 7. vers. ratio, & c. 18. n. 14. Coriasius in Miscellan. lib. 1 c. 3. n. 2. & lib. 4. c. 9. n. 1. & lib. 5. c. 14. n. 3. Reub. in tract. de testib. p. 2. n. 23. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 95. n. 1. Io. Batt. Ferrett. cons. 167. n. 14. lib. 1. Flam. Cart. decis. 23. n. 4. Fider. Prigman. vltram. cons. 2. n. 262. vbi multos alios allegat Marc. Ant. Amat. decis. 16. n. 36. Surd. cons. 367. n. 37. lib. 3. Decian.*
158 *eod. n. 53.* & vxor reputatur pars corporis viri, *c. debitũ de bigam. c. ad. apostolicam de cõuersi. coniugat. c. gaudemus de diuort. c. fraternitas & c. seq.*
159 *35. q. 10. Amatus eodem n. 36.* & dicitur vnum corpus, & vna aĩa cum ipso viro, *l. 1. ff. de ritu nupt. Io. Battista Asinius in tract. de exequ. §. 1. c. 52. n. 8.* & reputatur socij diuinæ, & humanæ
160 domus, *glos. in l. hæres, ff. de negot. gest. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 53. Marc. Ant. de Amatis, dec. 63. n. 29.* Et vnũ, & idẽ esse dicun-
161 tur, *Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 379. nu. 5. Fider. Prigman. d. consil. 2. nu. 263. Sim. de Pratis, cons. 95. n. 44.* vbi, dicit quod impẽsa pro vxo-
162 re iudicatur ad instar impẽsarũ erogatarũ pro marito, & pari passu ambulant, & eamdem compensationem merentur.
163 Hinc est ꝙ mulier mariti honore fruitur erigitur, & nobilitatur, & pari loco honore, & cõmodo cõprehenduntur vir, & vxor, *l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. l. fina. C. de incol. lib. 10. l. 1. ff. de rer. amot. l. cæterum, §. mulier cum §. seq. de vsu, & habit. l. 1. ff. de senator. l. fi. C. de nupt. l. cum te, eod. tit. Oldrad. consil. 95. Decian. d. n. 53. Asinius in tract. de exequut. §. 1. c. 52. n. 14. Tiraq. in repet. l. si vnquam in præfat. n. 12. C. de reuoc. donat. & melius, ac latius in tract. de nobilit. c. 18. per tot.*
164 vbi ad hoc infert, & adducit plura, & diuersa media vtilia, & scitu digna, & iniuria facta vxori dr̃ facta viro ita vt ex ea agere possit, *Lancell. Gall. super consuet. Alex. in verb. vxori, n. 45.* vbi alios allegat, & vxores ammittũt genus, & familiam patris, & transeũt in familiam viri *l. quicunque. C. de re milit. lib. 10. vbi Bart. Bald. in l.*
165 *fæmina, ff. ad Sillan. Tiraq. in tracta. de leg. connub. gloss. 1. p. 1. nu. 31. vbi alios alleg. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 53. Surd. multos ad hoc propositum allegat cons. 140. n. 10. & 11. lib. 1. vbi asserit hanc esse magis comm. opin. Barbat. in repet. l. cum acutissimi, nu. 150. C. de fideicomm. Ferret. cons. 167. n. 6. lib. 1. Mars. in repet. l. prima, n. 220.*
166 *C. de rapt. virgi. Siluanus, cons. 1. n. 50.* Et relicto

vsu

vsu alicuius rei marito cēsetur etiā relictus pro vxore, *glos. pen. in c. omnino 31. dist. Oldrad. cons.*
167 *95. col. 3. Fel. in c. quam sit, conclus. 1. de iud.* & vir, & vxor simul & iisdem cartis testari possunt, *Paul. de Cast. in l. licet, n. 2. C. de pact. vbi etiā Ias. n. 2 & Dec. n. 3. idem Ias. in l. patris, & filij, n. 7. ff. de vulgar. & pupillar. Fider. Prigman. cons. 1. n. 19* Et vxor non dicitur forensis in loco viri, quia
168 sequitur eius domiciliū etiam qđ sit vidua, *l. filij, §. vidua ff. ad munici. Plot. cons. 105. nu. 166 lib. 1. Sociu. sen. cons. 81. vol. 3. Io. Batt. Laderch. consil. 64. n. 3. lib. 1.* vbi ex hoc concludit, quod statutū existens in loco viri disponēs q̄ forensis nō possit in eo territorio acquirere nō prohibet quin mulier non possit in eodē loco viri acquirere, & hoc etiā si esset vidua, sed dicitur
169 ciuis ciuitatis viri sui *glos. Bart. Ang. in fin. & Ioan de Platea, col. 2. C. de incol. lib. 10. Bart. in l. fin. §. item rescripserunt ff. ad municip. Bald. cons. 139. colum. 2. vers. secunda est consideratio, lib. 5. cum multis alijs quos allegat Tiraq. in tract. de leg. connub. l. 1. glos. 1. p. 1. nu. 29.* qui dicit, quod in
170 tantum est ciuis & comprehendatur sub statuto loquente de ciuibus, siue de ijs, qui sunt ciues alicuius ciuitatis & pari modo pax quæ
171 est necessaria propter criminis abolitionē de iniuria facti vxori est requirenda & obtinenda a viro, *Lancell. Gall. super consu. t. Alexan. in verb. vxore, n. 146.* & pater viri dicitur pater vxoris, & e cōuerso pater vxoris dicitur pater
172 viri, *Marc. Ant. de Amatis dec. 16. n. 37. & 38.* Et maritus, qui stipulatur alimēta pro se cēsetur
173 etiā illa stipulari pro eius vxore, *glos. 2. in c. admonere, 33. q. 2. Io. Batt. Ferret. cons. 167. nu. 5. lib. 1. Io. Batt. Asinius in tract. de exequut. §. 1. c. 52. n. 10. & 11.* vbi ēt dicit, quod si est relictus vsus
174 alicuius rei marito cēsetur etiam relictus eius vxori, *alleg. gloss. pen. in c. omnino, 31. dist. Oldrad. cōs. 95. col. 3. Fel. in c. quam sit, col. 1. de iud. & tex. in §. 1. institut. de vsu & habit.* Et magis in terminis concludendo dico, quod priuilegium concessum marito intelligitur ēt concessum
175 vxori, q̄ ipsi marito annexa esse dicitur *Menoc. in tract. de arb. iud cent. 6. casu. 562. n. 6. Io. Alois. de Leo in l. 1. n. 14. C. de epis. & cler. Villaut ī tract. de extension. legū tit. de extension. priuileg. n. 45. car. mihi 143. Tiraq. in tract. de legib. connub. l. 1. glos. 2. nu. 55. Ferrett. d. cons. 167. nu. 5.* vbi dicit, quod licet in priuilegijs exemptionum nulla fiat mentio de vxoribus priuilegiatorum tñ mulieres includuntur per consequentiam necessariam stante vnitate & identitate corporis, Asinius *in tract. de exequut. §. 1. c. 52. nn. 21.* qui dicit, quod priuilegium immunitatis cōcessum Doctoribus legum & medicinæ ēt in
176 realibus cōprehēdi eorum vxores, & numero decimonono, dicit, qđ in tantum est vera cō-
177 clusio quod priuilegium cōcessum viro comprehendit ēt vxorem vt procedat ēt in priuilegio singulariter & dispensatiue contra ius concesso, *Decian. d. c. 9. nu. 53. in fin.* vbi dicit, qđ
178 vxor sortitur forum viri ēt acquisitum ex arte aliqua, vel propter priuilegiū personæ, ex quo infert quod si ex forma statuti maritus non pōt conueniri corā tali, nec ēt eius vxor corā eo conueniri poterit, *not. gloss. & Doct. in l. pen. C. de fabric. lib. 11.* & quod statutū loquens de
179 viro extendatur ad vxorem, *est text. in c. gaudemus de diuort. Asinius praecitat. c. 52. nu. 3. & 7.* & vxor in tantum cōsequitur priuilegium &
180 cōditionem viri, quod si spuria nubit viro legitimo fit legitima, *Dec. in l. 2. nu. 8. ff. de regul. iur. Nevizz. in Silua nupt. lib. 2. nu. 27.*
181 Subampliatur primo hæc ampliatio, vt procedat ēt in concubina clerici, quæ sortitur forum ipsius clerici quò ad delicta cōmissa cum clerico. *ex tex. & gloss. in c. eos, 32. dist.* vbi habetur quod concubina clerici deber puniri per episcopum, & si nō potest eam punire, vel indulget, tunc poterit puniri per iudicem sæcularem, quod clarius dixerunt, *Archid. & Dom. de Sancto Gemin. in d. cap. eos, Aufrer. in tractat. de potest. iud. secul. regul. 2. nu. 34. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 191. Abb. in c. 2. de cohabit. cler. & mulier. & in c. cum sit generale de foro compet. Rom. sing. 665. nu. 2. Io. de Platea in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. gloss. in c. clericum 11. q. 1. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 1. nu. 10. & 12. Arnon. Problema 81.* vbi adducit rationē scilicet, quia concubina est de familia clerici, & sic per consequens est supposita iudici ecclesiastico, quod etiā dixit *Prosper Petra in addit. ad Capic. dec. 102. in lit. A, Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. nu. 37. & 38. Octau. Vulpell. in tract. de liber. ecclesiast. p. 3. n. 27.* qui duo vltimi late examinant istam subampliationem ad quos me remitto in ista conclusione.

Subampliatur secundo in vxore habitante
182 seorsum a viro, qui vouit continentiā sollemniter, *Abb. in c. 2. de foro compet. Decian. in tract. prædicto, p. 1. lib. 4. c. 9. n. 55.* vbi certo modo distinguit vt ibi per eum, sed si culpa ipsius vxoris habitaret seorsum a viro tunc puto quod non fruatur priuilegio sui viri sicut nec con-
183 sequitur alimenta, *l. consensu, C. de repud. l. sicut ff. de oper. libert. l. meuia, §. fin. ff. de annuis legat. Specul. in tit. de sponsal. §. postremo vers. quid de expensis, glos. 1. in fin. in c. significasti, de diuort. Vitalin. in tract. clausul. in titul. an alimentis possit renuntiari, nu. 31. car. mihi 620. Caualcan. dec. 21. nu. 6. lib. 2. Surd. in tract. de aliment. tit. 7. q. 16. nu. 1. Ann. fin. 21.* qui tres vltimi multos alios alle-
184 gant & quando vxor dicatur habitare seorsū a viro eius culpa, vel culpa viri, *ponunt Vincēt. de Franch. dec. 244. nu. 4. lib. 2. Monald. cons. 44. nu. 6. lib. 1. Anchar. Regiens. q. 28. n. 1. lib. 3.*

Li-

Limitatur modo prędicta conclusio, vt hoc
185 priuilegium consequatur vxor durante vita sui viri, quia cum hoc priuilegium cōcedatur vxori ex persona viri clerici, mortua, & extincta persona ipsius clerici extinguitur priuilegium, *Bal. in l. omnes, C. de episc. & cler. Io. Aloisi. de Leo in l. 1. nu. 17. & 18. C. de episc. & cler. Villaut in tract. de extens. in tit. de extens. priuileg. nu. 66. car. mihi* 144. & ratio potest esse quod quotie-
186 scunque priuilegium conceditur ob causam, causa cessante cessabit ipsum priuilegiū, *l. vnica, §. deficientium, ff. de iure immu. Tiraq. in tract. cessante causa, n. 220. car. mihi 15. & in l. si vnquā in verb. donatione largitus, nu. 314. C. de reuocand. donat. Ripa in l. ex facto, n. 11. cū seq. ff. de vulgar. & pupil. subst. Surd. dec. 310. nu. 9. Bero. cons. 24. nu. 3. lib. 1. & cons. 76. nu. 4. lib. 3. Villaut loco cit. nu. 36. car.* 142.

Sed hoc priuilegium fuit concessum causa clerici, ideo deficiente clerico deficit etiam priuilegium.

Secunda est ratio, quia cū priuilegium cle-
187 ricorum sit personale, vt pluries dixi, extinguitur extincta persona, *Paul. de Castr. in l. citatio, §. fiscus, ff. de publican. late Surd. cons. 274. nu. 11. lib. 2.* quod puto ētomnino esse dicendum quando clericus vir ammittit priuilegium ex aliqua causa vt qa aliquid agit clericatui contrarium, vel dimittit habitum & tonsurā, vel alicui ecclesiæ non seruit, quia tunc illud am-
188 mittit eius vxor ex quo accessorinm sequitur naturā sui principalis, *c. cum principalis de regu. iur. in 6. l. cum accessorium. ff. de reg. iur.* & quod vxor isto casu consideretur tanquā accessoriū ad virum dixi sup. hac eadem ampl nu. 175.
189 Ampliatur 26. in filijs legitimis clericorū, *l. omnes vbi glo. C. de episcop. & cler. Bertach. in suo reper. in verb. clerici filius Specul. in tit. de cler. coniugat. vers. & nota quod non solum clerici, Cardin. in clem. 1. in 13. q. de vit. & honest. cler. Petr. Bellug. in Spec. princip. rubr. 11. §. videndum, nu. 6. vers. & idē de illorū, Io. Batt. Asinius in tract. de exequu. §. 1. c. 52. nu. 16. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 49.* Et ratio est, quia pater & filius repu-
190 tantur vna & eadem persona, *l. fi. C. de impuber. & alijs subst. Rim. sen. cons. 586. nu. 10. lib. 3. Capoll. cons. 57. nu. 8. in ciuil. Gratus, cons. 39. nu. 17. lib. 1.* vbi dicit, quod exclusa persona patris cēsetur exclusa persona filij, prope infinitos allegat, *Fider. Prigm. Vltram. cons. 2. n. 179. Sim. de Prat. cons. 64. nu. 17. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 47. in fi. Pet. August. Morla in empor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 8. si cert. pet. q. 2. nu. 3.* vbi dicit, quod
191 pater & filius eiusdem personæ vice fungunt, *Paul. de Monte Pico cons. 101. n. 82. & 83. Amat. dec. 61. n. 45.* Et dicitur pars corporis patris, *l. cum scimus, §. fi. C. de agricol. & censit. lib. 10. c. hac authoritate, 35. dist. gl. in c. studeat in verb. sui, 54. dist. & in c. super eo de testib. Soc. sen. cons. 252. nu.*
192 *13. lib. 2. Becc. consil. 16. n. 5. Decian. d. n. 49.* vbi adducit multa ad corroborandū hanc rationē, & censetur eadem caro cū patre, *Roland. a*
193 *Valle. cons. 28. n. 10. vol. 3. Bursa. cons. 262. n. 36. vol. 3.* Hinc fit quod in extimo communis pater, & filius reputātur pro vno capite, & sic sufficit vt alter ipsorū registret bona, *Bart. in l. 1. §. domini il 3. ff. ad Sillan. Bald. in l. etiam, col. pen. C. de exequut. rei iud. not. Ias. in l. filius paciscendo*
194 *col. 1. C. de pact. Crauett. consil. 249. n. 10.* Hinc est etiā quod filius Regis dicitur Rex etiam viuēte patre, & filius comitis, Baronis, vel feudatarii, dicitur comes, baro, vel feudatarius, *l. emācipatum. ff. de senator. gloss. in c. fin. 24. q. 1. Doctores in c. 1. Quis dicatur Dux Comes Marchio in vsib. feud. Ias. consil. 192. col. 3. volum. 2. Dec. cons. 262 colum. 2. vers. septimo, Io. Vincent. de Anna in repet. rubr. de vassal. decrepit. ætat. n. 40. & in repet. const. terminum vitæ, n. 22. cum plur. seq. alleg. Iser. in c. 1. Quis dicatur Dux.* vbi dicit, quod illa cōstitutio loquens in doctoribus extenditur ad eius filios, & ideo in Regno videmus, quod filij primogeniti titulatorum stant coram prorege, & cum eo loquuntur capite cooperto sicut eorum patres, & cum esset hoc alias altercatum tempore quo erat Prorex in Regno Illustrissimus & Excellentissimus Don Bernardinus Cardines Dux Maquedæ ad petitionē & instantiam oīum primogenitorum & præ-
195 cipue Illustrissimorū Dō Petri Filingerij nunc Comitis Sancti Marci, & quondam Don Gerardi Migliazzi filij primogeniti Illustrissimi Don Mariani Migliazzi Marchionis Montis
196 Maioris, fuit hoc totum significatum suæ Catholicæ Maiestati, quæ rescripsit Proregi vt ob obseruaret prout in præterito fuerat obseruatum, & ita hodie obseruatur. Hinc est etiam
197 quod vox filij censetur vox patris & è contra, *§. ei qui, instit. de inutil. stipul. Scench. in tract. de feud. cap. 1. nu. 14. Lucas de Penna in l. scimus, C. de agricol. & censit. lib. 11. Tiraq. in repet. l. si vnquam in præfat. nu. 15. C. de reuocand. donat. Petr. Roiz in Rota Lituaniæ, dec. 3. nu. 357. Reub. in tract. de testib. p. 2. nu. 50. Misinger. obseru. 23. cent. 3. Borch. in tract. de feud. c. 4 n. 4. Benuenut. Stracca in tract. de adiecto, par. pen. ampliat. 16. Marc. Anton. de Amatis dec. 61. nu. 45. Fider. Prigman. Vltram.*
198 *cons. 2. nu. 180.* & pater torquetur in filio, *Bald. & Fel. in cap. afferte, de præsumpt. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 50.* vbi alia istis similia
199 adducit & ex hoc dicūt multi Theologi, quod Maria Virgo nostra Mater & Aduocata martirij pęnam passa fuit ex persona, & passione eius filij Domini Nostri Iesu Christi, quod & Sācta Mater Ecclesia fatetur, dum dicit, tuam
200 ipsius animam gladius pertransiuit, & Sancta Felicitas dicitur non semel sed pluries marti-

rij

rij coronam cõsequuta fuisse propter tormen-
ta quibus torquebantur eius filij, *Iac. de Graff.
in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 4. nu. 17. in fin.* vbi dicit,
quod punito corpore filij patre præsente ipse
201 pater magis quam filius torquetur, *allegat tex.
in §. fin. institut. de noxal. actio.* & priuilegiũ con-
202 cessum patri extenditur ad filios, *Io. de Platea
in l. cũ adoptiones, C. de decur. lib. 10. & ibi ẽt Alex.
Franc. Marc. dec. 887. lib. 1. Io. Aloiſ. de Leo in l. plu
res, nu. 19. C. de sacrosſ. eccleſ. & in l. 1. nu. 14. C. de
episc. & cler.*

203 Limitatur modo ista ampliatio, vt proce-
dat tantũ in filiis legitimis & naturalibus nõ
autem in filiis illegitimis, quia ex quo ipsi nõ
sũt in potestate patris nullã ex persona ipsius
patris possunt consequi immunitatẽ, vel pri-
uilegium, *Io. Aloiſ. de Leo in l. ad instructionem,
nu. 5. C. de sacrosſ. eccleſ. vbi ad hoc allegat Authen.
ex cõplexu, C. de inceſt. nupt. & Authen. quib. mod.
effician. sui, §. fin* quod secus est in filiis legiti-
mis, quia ipsi sunt in potestate patris etiã si es-
204 set constitutus in sacris, *Alber. in l. qui vxorem
n. 3. ff. de adopt.* quod idem est dicendũ de filijs
clericorũ grecorum, quia ex quo in iure repu-
205 tantur legitimi gaudẽt beneficio fori cõcesso
corũ patribus ita, in terminis dicit, *Dec. in c. cũ
plenariæ, n. 12. de priuileg.* vbi dicit, quod isti filij
sunt vere legitimi.

Limitatur secũdo, vt ista ampliatio nõ ha-
beat locũ mortuo patre, quia ex hoc priuile-
giũ filij cõsequuntur ex persona patris, & fun-
206 datur in ipso patre, clerico sequitur vt eo mor
tuo extinguatur priuilegium, *Barto. in l. 2. vbi
207 Cardin. Alban. in lucubrat. C. de episco. & cler. Bar-
bat. conſ. 58. colum. 6. lib. 2. Iaſ. in l. scriniarios C. de
teſtam. milit. Bald. in l. omnes, C. de episcop. & cler.
Bertach. in suo reper. in verb. clerici filius, Io. Aloiſ.
de Leo in l. 1. n. 17. C. de episco. & cler.* & ad hoc be
nefaciunt ea quæ dixi in ampliatione præce-
denti, in fin.

208 Ampliatur vigesimoseptimo prædictus ef-
fectus, ꝙ clerici sunt exẽpti a potestate, & iu-
risdictione iudicis laici, vt procedat, & locum
habeat etiam in rusticis ecclesiæ, & clericorũ,
qui etiã gaudent beneficio, & priuilegio eorũ
dominorũ in tribus casibus scilicet, quando
hoc est sibi ab Imperatore cõcessum, quando
ipsi rustici habent generalẽ administrationẽ
209 bonorũ, & rerũ ecclesiæ, vel clerici, & quando
conueniuntur pro re quã tenent ab ecclesia,
quod vltimũ potest exemplificari in isto Re-
gno, quando cõuenirentur tanquã detẽtores,
& possessores, pro censibus bullaribus, *Abb. in
in c. 2. de foro competen. Specul. in tit. de competen.
iud. §. 1. verſ vigesimoseptimo vbi Io. Andr. in
add. Pancirol. conſ. 49. n. 5. Bellug. in Specul. princ.
rubr. 11. §. vedendum, n. 6. verſ. de rusticis, Alfer.
consil. 44. n. 2. Addentes ad Marant. in pract. p. 4.
diſt. 11. nu. 4. in lit. A. cart. mihi 206. Decian. in
tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9 n. 58. Carauitt. super ritu
M. R. C. V. ritu 46. n. 28. Surd. conſ. 304. n. 12. lib.
3.* Contrariam tamen opinionẽ sequuti sunt
idem Surdus *consil. 301. n. 69. & 72. & eodem li-
bro,* vbi allegat pro hac secunda opinione *Spe-
cul. loco proxime citato Archid. in c. clerum 11. q. 2.
Alber. in l. 1. C. de episcop. & cler. Scribentes, &
præcipue Anton. de Butr. n. 14. Abb. n. 5. Aret. in
2. not. & Fel. n. 2. in c. 2. de foro comp. Abb. Ant.
de Nigris in repet. extrauag. vnicæ, n. 91. de vit. &
honeſt. cler. Gramma. dec. 102. nu. 14. Natt. consil.
576. n. 3. & seque. lib. 3. Clarum in §. fi. q. 35. verſ.
quæro nunquid familiares Osaſcum dec. 22. n. 4.*

210 Quæ tamen contrariæ opiniones facillime
redduci possunt ad concordiã hoc est ponen-
do secundã opinionẽ pro regula, & primã pro
limitationibus ipsius regulæ, & hæc est vera
resolutio, vel potest dici, vt tũc demum colo-
ni ecclesiarũ, vel clericorũ gaudeãt priuilegio
fori, quando scilicet clerici, & ecclesiæ nõ pos-
sent commode suo priuilegio vti nisi ipsi colo
ni eo potiantur, *Fel. in c. quam sit, n. 1. de iud. & in
c. 2. n. 2. de foro compet. Dec. in l. in omnibus causis
n. 8. ff. de regul. iur. Surd. d. conſ. 304. n. 11. lib. 3.*

211 Ampliatur vigesimo octauo, vt iudex laicus
iudicans de clerico corã eo conuento priuetur
eius officio, *c. inolita 2. q. 1. Siluest. in summa in
verb. iudex, il 1. n. 3. Bellug. in Spec. princ. rub. 11.
§. videndum, n. 3.* vbi dicit, quod iudices ſecula-
res, qui de clericis se intromittũt iudicãdo di-
cũtur grauare, & iniuriã ecclesiæ irrogare ad
ꝙ allegat *c. nullus iudicũ de foro compet. c. si quis
clericus, eod. tit. c. peruenit 11. q. 1. c. si quis ex fra-
tribus eadem causa, & quæſt.* & hanc ampliatio-
nem posuerunt, & tenuerunt etiã Pet. Rauen-
nat. *in tracta. de feud. tit. de ſtatut. & consuet. §. itẽ
ſtatuimus in 10. tom. trac. diuerſ. p 2. car. mihi 41.
Rol. a Valle conſ. 16. n. 14. lib. 4. Martin. Vra. conſ.
32. num. 1. lib 2.*

Ampliatur vigesimonono dictus primus ef-
fectus, quod clericus non potest cõueniri corã
iudice laico vt in tantũ sit verum ꝙ iudex lai-
cus, qui non remittit clericum ad suum iudicẽ
ecclesiasticũ cum peccat mortaliter, quoniã
212 negligẽtia iudicis qui tenetur ex debito sui of-
ficij est peccatũ mortale, *c. sit rector, vbi gloſ. 41.
diſtinct. Alex. de Neuo conſ. 56. n. 14. Io. Aloiſ. de
Leo in l. qui sub prætextu, nu. 23. C. de sacrosſ. eccl.
Gregor. Sair. in claui regia lib. 2. c. 7. n. 6.* vbi dicit,
quod peccat mortaliter contra iustitiam, & ꝙ
negligẽtia in officiali sit peccatũ mortale di-
xerunt, *gl. in c. ea de offi. Archid. c. in canonibus,
213 6. q. 1. c. sit rector, 63. diſt. Abb. in c. illa præpositio-
num n. 3. de accusat. & in c. 2. nu. 4. de præscrip. Fel.
in c. 1. n. 3. de treg. & pace, Graff. in dec. aur. lib. 3.
c. 5. nu. 132. cart. mihi 395 Siluest. in summa in
verb. prælatus, n. 4.* & ratio est quia isto casu ne-
gli

gligentia equiparāt dolo, *Specul. in tit. de restit.*
214 *in integr. §. 1. vers. vt autem, Illustrissimus, & Reuerendissimus Ludouicus a Paramo meritissimus Inquisitor contra hæreticam prauitatem in hoc Regno Siciliæ in suo sollemni tract. de o igine Sanctissimæ Inquisitionis lib. 3. q. 2. n. 63.* & propterea officialis, qui est negligens circa respicientia suū officiū tenetur actione in factū partibus ad inte-
215 resse, *Bart. in l. fi. in fin. C. de diuers. & extraordin. Io. Segura Dauilos in director. iud. eccles. c. 10. n. 2. p. 1. late Farinac. q. 111. n. 397. cum pluribus seq.*

Ampliatur trigesimo prædictus primus effectus, vt si aliquis iudex laicus attētaret velle procedere cōtra clericū incurreret sententiā
216 excōmunicationis ipso facto, *Guido Papa dec. 77. Rolan. a Valle cons. 16. n. 13. lib. 4.* Sed in hac ampliatione verius est dicere, vt nō ipso facto incurrat in sententiā excōmunicationis, sed ꝙ est cōpellendus per cēsuras ecclesiasticas vt desistat, *c. sæculares, de foro compet. in 6. Addentes ad Guidonem Papam d. dec. 77. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 13. n. 11. Baiard. in addit. ad Clarum in §. fin. q. 36. num. 9.*

217 Nec a tali excōmunicatione excusabit̄ iudex si clericus cōfiteret̄ se esse laicū, si tñ ipse iudex sciebat, vel scire debebat illū contra quē ꝓcedit esse clericū, *Fulu. Patian. in tract. cui incumb. onus probād. negat. lib. 2. c. 34. n. 74. vbi ad hoc alleg. Bald. in l. si super calumniā, n. 5. vers. sed ponamus C. de episc. & cler. Fider. de sen. cons. 235. nu. 1. vers. quæritur an confessio Dom. de S. Gemin. in d. c. si iudex laicus, §. non sine n. 7. vers. quæritur primo, de sentent. excommu. in 6. & ibi etiā Philipp. Frāc. n. 6. vers. & ex his elicit.* Et intelligas vt hæc ampliatio nō habeat locū nisi quādo iudex sæcularis ꝓcederet cōtra clericos, vel alios habētes ordines clericales non autē si contra alios, qui
218 potiunt̄ priuilegio fori, licet non sint clerici vt sūt famuli, filij, & similes clericorum, qa tunc non incideret in sententiā excōmunicationis, *Marant. in practica p. 4. dist. 11. n. 4. Scac. in tract. de iud. p. 1. cap. 11. num. 48.*

Ampliat̄ trigesimoprimo prędictus effect⁹,
219 ꝙ iudex laicus nō possit cognoscere de clericis & eorū causis vt iudex laicus, q renuit remittere clericū ad suū superiorē ecclesiasticū, tenet̄ ad interesse nō solū ipsius clerici quē nō remisit, nec dissoluit, vt debebat: verū etiā tenet̄ ad interesse ecclesię, & iudici ecclesiastico cui debebat fieri remissio *Alex. de Neuo cons. 56. n. 14. vbi allegat l. si quis ab alio §. fi. ff. de re iud. & l. stipulationes non diuiduntur §. Celsus ff. de verb oblig.*

Ampliatur trigesimosecūdo ꝓdictus primus effectus, vt iudex sæcularis, q non remittit clericū ad iudicē ecclesiasticū dicat̄ inferre grauamē toti ecclesiæ Dei, *c. nullus iudicum, de foro*
220 *comp. & quod ibi not. Anto. de Butr. Petr. Bellug. in Spec. prin. rub. 11. §. vidēdū, n. 17. vers. ex præmissis.*

Ampliat̄ trigesimotertio, vt iudex laicus de-
221 tinēs clericū carceratū iniuste cōmittat sacrilegiū, *c. si generali, de foro comp. Bellug. d. rub. 11. §. videamus, n. 8.* vbi dicit hoc procedere etiam si clericus esse coniugatus, *& in eadem rub. §. item dubitatur, n. 2. & 3.* vbi dicit, quod etiā incidit in pœnam canonis si quis suadēte diabolo 17. q. 4. *Alex. de Neuo cons. 56. nu. 14. & seq. & cons. 59. n. 12. Farin. in tracta. crim. q. 8. n. 31. Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 11. num. 47.*

Ampliatur trigesimoquarto dictus primus effectus, quod iudex sæcularis est incompetens in personas, & res clericorum vt in tantum sit
222 verus quod si ipse iudex laicus procederet ad sequestrationem bonorum clerici vti penitus incompetens diceretur spoliare, ideo clericus esset ante omnia restituendus, *Dec. cons. 125. n. 2. & 3. Paris. cons. 45. n. 11. & 65. lib. 1. idē Dec. in rub. de appellat. n. 13. Fel. in c. 1. n. 6. de præscrip. Butr. in c. qui clerici, de foro competent. Abb. in c. constitutus de restitut. in integr. quos omnes refet, & sequitur Ioan. Batt. Marchesanus in tract. de commission seu rescript. p. 2. c. 3. quarti capituli princi-*
223 *palis, n. 58. cart. mihi 492.* & ratio esse potest qa iudex penitus incōpetens qdquid agit agit vt priuatus, *est tex. in l. 3. ff. de offi. præfid. & in l. obseruare §. ingressū, ff. de offi. procōs. & in l. fin. ff. de offi. præfecti vrbis, & ibi gl. in verb. iubere circa medium, & Petr. Rebbuf. n. 1. Sebast. Vantius in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisd. n. 107. Bero. cons. 113. n. 7. lib. 3.. Dom. Cumia super ritu istius Regni, c. 17. n. 72. Caualc. decis. 19. n. 1. lib. 3.*

Ampliatur trigesimoquinto dictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico (ampliatur dico) vt laicus iudex non possit de delictis clericorū cognoscere nō solū principaliter per modū actionis, verum etiā nec incidēter per modum exceptionis vt puta si opponeret̄ quod tanquā criminosus nō debeat admitti ad testimonium, ferēdum, vel ad agēdum, qa nec etiā isto casu iudex laicus de crimine cognoscere poterit *c. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. Auth. Statuimus C. de episc. & cler. not. Doctores in c. at si clerici de iud. & in c. si dilectus filius de pœnis glos. Hostiens. & Innocent. in ca. verū de foro cōpet. Archid. in c. 1. de cler. coniug. in 6. Henric Bohic in d. c. at si clerici, Natta cons. 495. n. 15. & 17. lib. 3. Gramma. voto 18. n. 18. Campan. super c. Regni Neapolis in pragmat. post c. 135. nu. 22. cart. mihi 239. Mars. in tract. de bannit. in verb. iudice, n. 194. Roland. a Valle, cōs. 12. n. 38. & 41. lib. 2.* qui dicit, ꝙ nec etiā per viā exceptionis poterit cognoscere de causa clerici, *Brun. a Sole, quæstio. 34. nu. 29. Alex. de Neuo in d. cap. verum nu. 16. 17. 18. 19. & 20. de foro competen.* vbi asserit ꝙ iudex sæcularis debet hūc articulū remittere ad iudi-
225 cem ecclesiasticum, & adducit rationē istius

opinionis, sic ēt nec incidenter iudex sęcularis poterit cognoscere de causa spirituali, vt dicā infra hoc eodem effectu ampl.64. n.401. Sed contra pręsentē ampliationē tenuerunt *Butr. in c. tuā, in fine, de ordine cogn. & Menoc. cōs.157. nu.14. lib.2.* vbi dicit, quod iudex laicus poterit repellere clericum actorem si ei opponatur delictū propter quod non debeat audiri, vt qa verberauit aliquē clericū propter quod est ex-
226 cōmunicatus, *c. si qs suadente 17. q.4.* vel qa occidit illū cui vult succedere propter quod delictū ab eius successione excludit, *Alba Mādell. cons.7. n.10. lib.1. & ibi Vinc. Anibal. in addit. in lit. E, Clarus in §. homicidiū uers. priuatur ēt vbi Io. Batt. Baiard. in add. nu.48. Alex. de Neuo cons.91. n.11. Flam. de Rub. cons.34. n.1. lib.1. vbi testatur de com.* opi. late Peregr. cons.91. nu.1. & per totū, lib.1. qui oēs multos alios cōcordantes allegāt.* Ego vero in ista altercatione opinionū ita distinguendū esse puto, aut iudex laicus cognoscit incidēter de crimine clerici, vt pp tale delictū excludatur ab agendo, & tunc pcedit opinio Butrij, & Menoc. aut vt excludatur a probando, seu vt eius depositio elidatur & tunc iterū est distinguendum hoc est, aut clericus testimoniū dicit corā iudice laico sine licentia sui episcopi, & tunc non poterit iudex laicus de crimine obiecto cognoscere, qa tunc non fuit
227 legitime examinatus cum clericus non possit ferre testimonium corā iudice laico sine licentia sui episcopi, vt dicā infra effect. 10. n.1. aut episcopus consensit, vt deponeret coram eo & tunc iudex laicus potest cognoscere de crimine clerici, quia nō cognoscit vt illum puniat, *ita Distingunt Abb. nu.18. 20. & 21. & Alex. de Neuo, nu.18. & 19. in d. c. verum de foro comp.*

Ampliatur 36. prædictus primus effectus, quod clericus non pōt conueniri coram iudice sæculari, vt in tantū sit verū, quod processus factus corā iudice seculari contra clericū, sit ipso iure nullus, & hoc tām si fiat in cōtumacia, quām eo cōparente, *l.1. §. hæc autē verba, ff. quod quisque iur. l.1. & ibi Bart. in prin. C. de pedā. iud. tot. tit. si a non cōpet. iud. Marsil. in tract. de bannit. in verb. iudice, nu.191. Gramm. cons.71. n.38. & cons.153. nu.30. in crim. & dec.61. nu.5. vbi alios citat & dec.29. n.6. Matth. Brun. cons.64. nu.14. & cons.89. n.10. Io. Batt. Asinius in tract. de exequut. §.6. c.49 n.8. Aluar. Velasc. dec.65. n.3. Ruin. cons.7. n.6. lib.5. Natt. cons.495. n.15. lib.3. Franc. Capiblan. in tract. de iure & author. baro. pragm.8. p.2. n.9. Vasques in tract. de success. crea. lib.3. §.22. lim.17. nu.64. Claud. Tatius alleg.17. nu.7.* vbi dicit, quod est ipso iure nullus ēt si nunquā clericus cōparuisset, *Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu.4. Petr. Friderus Vltram. in tract. de mandatis & monitor. lib.2. c.3. n.4.* quod secus est in processu, & actu facto corā episcopo, quia faciunt fidem coram
229 iudicæ sæculari, *Mart. de iurisd. p.4. cent.2. cas. 132. n.14.* Et ideo casu quo fit remissio delinquentis suo iudici cōpetenti ipse iudex cui remittitur, nō tenetur stare processui cōpilato a iudice sæculari, & incompetēti, sed ad hoc vt possit cōdemnare opus est nouo processu, *l. fi. C. si a non compet. iud. Guido Papa dec.202. n.6. & dec.419. n.1. Ruin. cons.7. n.6. lib.5.* qui dicit hanc esse comm.* opin. *prout etiā de comm. testatur Dec. in c. at si clerici de iud. Crauett. consil. 42. n.1. lib.1. Viu. in lib.1. commu. opin. in verb. iudex laicus, Iacob. Sbrozzius in tract. de Vicario episcopi lib.2. c.192. n.4. vbi asserit etiam de comm.* opin. Grammat. consil.42. n.1. in crimin. Clarus in §. final. q.36. vers. vltimo quæro, vbi Baiard. in add. num.53. Farinac. qui testatur de comm.* opin. q.7. n.43. Masull. in add. ad Capic. dec.9. num.13.* & hæc est verior* in processu cōpilato a iudice laico cōtra clericū, licet contrariū tenuerint *Padron. cons.40. n.71. & seq. & Thom. Triuis. dec.8. per totam, lib.2.* qui asserit ita fuisse decisū nisi dicamus quod hæc vltima opinio procedit quando iudex, qui cōpilauit processum nō esset prorsus incōpetens, sed eius iurisdictio esset exceptione elidibilis, & hanc vltimā opinionē secutus fui iudicādo tēpore quo erā laicus, & erā auditor & iudex regiarū triremiū dum in facti cōtingētia fuisset remissus a Curia Capitaniali huius Vrbis Panormi ad curiā ipsorū triremium quidā homicidia vna cū processu, quem super eodē processu dato ei termino extraordinario illū ad mortē condēnaui quæ condēna nō fuit exequura pp gratiā quā obtinuit ab Illustrissimo, & Eccellētissimo Prorege, qui cōmutauit pœnā vitæ cū pœna remigādi super ijsdem regijs triremibus toto tēpore eius vitæ, & quan-
230 do iudex dicatur prorsus incōpetens, & quādo eius iurisdictio sit elidibilis, *ponit Marant. in pract. par.4. dist.8. num.1.*
231 Et intelligas (vt ad ppositū nostrū redeam) q iudex cui fit remissio nō tenetur stare pcessui sibi trāsmisso ad effectū cōdēnādi, vel absoluēdi secus si transmissio pcessus sit ad instructionē ipsius iudicis, vt ad augēdā pœnā tamquā solitus delinquere, quia tūc tenetᵉ istare,
232 *Bald. in Auth. clericus, in fi. n.11. vers. denique queritur C. de episc. & cler. Albert. in tract. de agnosc. assert. cathol. q.25. n.43. vers. & quamuis, Ruin. cōs.124. in princ. lib.5. Aufrer. in tract. de potestat. iud. secular. super eccl. person. regul.4. n.31. in 16. to. tract. diuers. Cartar. in tract. de exequ. sētēt. capto bannit. c. fi. n.4. & 5. Farinac. q.7. num.43. in fin. vbi asserit istam esse comm.* opin.*

Subampliatᵉ 1. dicta ampliatio, vt procedat etiā q pro clerico nemo cōpareat ad allegandum priuilegium fori, *Roland. cons.12. n.3. vol.2. Matth. Brun. cons.89. nu.10. Mars. singul.694.*

Sub-

Subampliatur secundo, vt dictus processus
233 nullũ operetur effectum, nec ad constituendũ in mora, nec ad interrumpendã prescriptionẽ *ita Bal. in auth. offeratur, col. pen. C. de lit. cõtest. Fel. in c. illud, col. 3. de pscrip. Sim. de Petr. cõs. 132. n. 81.*

Subampliatur tertio, vt in tantũ sit nullus processus prædictus, ita vt ex eo non poterit formari inquisitio, *Bar. Bald. & alij communiter in l. magistratus, ff de iurisd. omn. iud. & in l. Diuus de Custod. reorum, Ruin. cons. 7. nu. 6. lib. 5.*

234 Limitatur modo prædicta ampliatio, & primo qñ processus esset formatus cõtra clericũ, qui dimiserat habitũ & tonsuram & ab oĩbus vti laicus reputabatur, *Host. in summ. in tit. de iud. §. 3. Calder. cons. 12. in tit. de foro compet. Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negatiuã lib. 2. c. 31. num. 75. Crot. cons. 204. num. 13. lib. 2.*

235 Limitatur secundo in causa spolij in quasi nõ est oppositum de clericatu processus compilatus a iudice laico contra clericum erit validus, *Caualc. dec. 45. n. 77. lib. 1. vbi allegat Crauett. cons. 258. n. 4. & cons. 220. n. 4. & 5. lib. 2. Menoc. in tract. de recuper. possess. remedio 3. q. 53.*

236 Limitatur tertio qñ nescitur an clericus citatus sit clericus nec allegatur priuilegiũ clericatus, quia interim habetur pro laico, & valet processus, *Card. in clem. 1. §. 1. in 2. opposit. de excessi. prælat. Alex. in l. 3. ff. de appellat. recipien. Gramm. voto 19. n. 4.* Nec ista limitatio aduer-
237 satur primę subampliationi, quia subampliatio procedit qñ iudex scit illũ contra quẽ procedit esse clericũ, licet priuilegium clericatus non allegetur, hæc vero limitatio procedit qñ ignoráter fuit processũ per iudicem sæcularẽ.

238 Limitatur quarto qñ testes essent de proximo recessuri, quia tunc iudex sæcularis posset eius attestationes recipere contra clericum, & illas transmittere iudici ecclesiastico, & ista probatio erit valida, *Martin. Alphons. Viuald. Hispan. in candelabro aureo circa explanationẽ Bullæ in Cœna Domini c. 19. nu. 125. Ostens. Caualc. in tract. de Brachio reggio p. 1. nu. 86.*

239 Limitatur quinto quando probationes, & testes de nouo recipi non possent, vt quia testes essent absentes, vel mortui tunc processus factus coram iudice seculari probabit contra clericum, *Abb. in c. at si clerici nu. 14. & Fel. nu. 13. de iud. Desider. Guidon. cons. 8. n. 23. Thom. Triuis. dec. 8. nu. 6. lib. 2. Cappell. Tholos. dec. 198. vbi Aufrer. in add. Petr. August. Morla in empor. vtriusque iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iund. nu. 168.*

Et licet iste processus compilatus a iudice
240 laico cõtra clericum sit ipso iure nullus, nihilominus secus est in processu a iudice ecclesiastico compilato contra laicum, quia erit validus, ex quo iudex ecclesiasticus non est penitus incompetẽs in laicũ prout est iudex laicus in clericum, *Doctores in cap. at si clerici de iudit. Ferdinand. Vasques in lib. controuers. Illustri. c. 21. Franc. Capiblanc. in tract. de iure, & author. baron. pragm. 8. p. 2. nu. 9.*

241 Ampliatur trigesimoseptimo prędictus primus effectus quod iudex laicus sit incõpetens cõtra clericũ, vt in tantũ sit verus, quod confessio facta per clericũ corã iudice laico sit ipso iure nulla, & sibi nõ præiudicat quo ad iudicẽ sæcularẽ ita vt ex ea non possit aliquid agi corã iudice ecclesiastico, *c. at si clerici vbi Abb. & Barbat. n. 73. & cæteri scribentes de iudit. Alex. cons. 13. vol. 1. & cons. 19. col. 4. vol. 4. Fider. de Senis cons. 135. Alber. in tract. de statut. lib. 4. q. 29. n. 1. Gigans cons. 107. n. 4. & 5. Decia. in tract. cri. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 64. vbi dicit quod hæc est conclusio est verissima Anastasius Germ. in tract. de sacror. imm. lib. 3. c. 15. n. 2. Asin. in pract. exeq. §. 14. c. 1. n. 7. & in tract. de exequut. §. 6. q. 29. n. 3. Gemini. cons. 142. n. 2. Mars. in tract. de bannit. in verb. iudice n. 191. Bart. in l. magistratibus n. 4. ff. de iuris. omni. iud. Velascus decis. 65. n. 5. Grammat. cons. 42. n. 2. in crim. Angel. de Castro, & Io. Batt. de Rosellis cons. 94. n. 34. inter cons. crim. diuers. lib. 2.* qui dicunt, ꝙ est omnino nulla, *Farin. in tract. crim. q. 81. c. 6. n. 188. in 3. tomo,* vbi hãc ampliationem ponit pro regula, & ꝓ ea prope infinitos congerit *Purpur. in l. is apud quem n. 81. versic. quinto limitetis C. de edendo.*

Subampliatur primo hęc ampliatio vt locũ habeat etiã si talis confessio fuisset sæpius repe-
242 tita, & ratificata, *Bald. in c. at si clerici n. 1. de iudit. Bossi. in tract. crim. in tit. de confess. nu. 48. in fin. Farinat. d. c. 6. nu. 189.*

sar.Imbri.in tract.de iudice regni p.vlt.n.61. & licet istæ opiniones inter se tantũ videãtur contrariæ, nihilominus facillimè cõcordari poterunt distinguẽdo species causarũ spiritualiũ, scilicet quædam sunt causæ meræ spirituales, & ecclesiasticæ, vt sunt causæ excõmunicationis, hæresis, & simoniæ, & in istis iudex laicus tam principaliter quã incidẽter se intromictere nõ potest, & sic in eis ꝓcedit subampliatio: quædã aliæ sunt etiã talis naturæ, vt nullo modo possint cadere in laicũ, sed eorum solũ sunt capaces iudices ecclesiastici vt sunt causæ de ordinibus, gradib. sacramẽtis obseruationib', ecclesiasticis dignitatibus, & similibus, & in talibus etiã procedit dicta prima opinio: quędã vero licet sint causæ spirituales, nihilominus posśũt cadere in laicos prout est causa matrimonij, sacrilegij, periurii, vsurarũ, & similes & tũc in eis (si quæstio incidat super facto, vtputa an sit contractũ matrimoniũ, vel cõmissum tale quid ex quo crimen vsurarũ fundaẽ) iudex sæcularis poterit se intromictere, dũ tamen illud factũ ab omni spiritualitate sit separatũ, & tunc procedit secunda opinio, ita distinguendo transeunt fere omnes, *& præcipue Bart.in d. l. Titia ff. sol. matr. & in l. quoties C.de iudit. & in l.2.de iurisd. omn. iud. Abb. & ceteri omnes in c.miserabilem de vsur. & in c. cum sit generale vbi late Fel.n.5. & per tot.de foro compet. Arnald. Albert.in tractat. de agnoscen. assert. cathol. & hæret.q.25.n.54.& seq.Farin.q.8.nu.20.vers. limitando dictam ampliationem, & n. 25. vers. limita principaliter*, vbi multos alios cõgerit, *Camill.de Curte d. c. 2. n. 68. & seq. vbi alios allegat*, & dicit quod in prædictis duobus speciebus causarũ spiritualiũ iudex sęcularis nunquam, tam incidẽter, quã principaliter poterit se ingerere, tã si tractaẽ articulus facti, quam iuris quia in prædictis causis illud factum a spiritualitate separari non potest.

404 Et id quod dixi quod in tertia specie causarum spiritualiũ iudex sæcularis incidẽter cognoscere poterit super facto habet locũ quando iudex ecclesiasticus non inhibuisset, at si esset emanata inhibitio per iudicẽ ecclesiasticũ iudici laico, ipse laicus nullatenus poterit amplius de ea causa cognoscere, *ita Couarr. in epitom.de sponsal.c.8.§.12.prout eum recenset Camil.de Curte in dicto cõpręhens.seu diuers.iuris feud. c.2.n.69.& 70.Farinat.d.q.8.n.25.vers. sublimita secundo*, qui dicit quod si hęc inhibitio emanauit immediate, & ante quã iudex laicus in-

405 ceperit cognoscere super illa quæstione facti non poterit se in ea amplius intromictere, & quod ideo cautela, est vt oblata incidenti super causa spirituali quæstione etiã facti coram sæculari iudice, is cuius interest statim ecclesiasticũ iudicem adeat, & ab eo petat vt illius quæstionis cognitionẽ assumat, & propterea laicũ inhibeat, quia emanata tali inhibitione antequã iudex sæcularis de causa cognoscere incipiat illa terminanda erit per iudicẽ, ecclesiasticũ, & non sæcularẽ, *ad quod allegat Pet. Gerard.d.sing.96.Couarr.d.§.12.nu.4.*

406 Secundo dico quod dicta cõclusio quod in tertia specie causarũ spiritualiũ iudex sæcularis incidẽter cognoscere potest, habet locũ in causa spirituali vertẽte inter laicos, secus si inter clericos, quia tunc etiã quod de solo facto agaẽ, iudex laicus nõ erit cõpetens, ex quo inter clericos modo aliquo ius dicere non poterit, *Roland.à Valle cons.12.n.38.& seq.lib.2. Farinat.d.q.8.n.25.vers.sublimita primo.*

407 Tertio intelligas prædictã conclusionẽ procedere, quando quæstio cõtingẽs in causa spirituali solũ cõsistit in facto, secus si partim in facto, & partim in iure, & sic esset mixta iuris, & facti, & inseparabilis, quia tali casu maius dignũ trahit ad se minus dignũ, & per consequens erit terminãda per iudicẽ ecclesiasticũ, & nõ sæcularẽ, *Arnald. Albert. in tract. de agnoscen.assert.cathol.& hæret.q.25.n.52.vers.hoc tamen adiecto, & nu.55.versic.potest etiam Menoch. in tractat.de retinend.possess.remed.3.nu.328. Farinat.eod.n.25.vers.sublimita tertio*, qui duo vltimi declarãt hanc tertiã intelligentiã, vt procedat quãdo quæstio iuris principaliter tractatur sicut quæstio facti, quia ex quo tunc causa efficitur mixta (vt dixi) laicus iudex non cognoscẽt, secus si non principaliter, sed incidẽter quæstio iuris succederet ad quæstionẽ facti tunc enim mixtum regulaẽ a principali, & ideo causa tũc poterit cognosci ꝑ iudicẽ laicũ.

408 Subampliatur 3. prędicta principalis ampliatio, vt in tantũ sit vera conclusio, quod iudex ecclesiasticus, & non sæcularis sit iudex in causis spiritualibus, quod cõfessio facta corã sęculari in causa spirituali nihil probet cõtra cõfitentem, *Arnald.Alber.d.q.25.num. 57. Farinat. eadem q. 8. num. 19.*

409 Subampliatur 4. vt nec etiã vti arbitrer poterit laicus cognoscere de causa spirituali, *c. contingit, & ibi communiter Doctor.de arbit. Alex. Moneta in tract.de decim.c.8.n.32.Farinat.in præcitata q.8.n.24.Camill.de Curte in compræhens.seu diuers.iuris feud.p.2.c.2.n.71.* qui pręcitati Doctores, & alii ꝑ eos allegati hãc quartã subampliationẽ limitãt duobus modis, primo quando cõpromitteret in laicũ non vti in arbitrũ, sed vti in arbitratorẽ, secundo limitãt quando sit cõpromissum in laicũ, & clericum simul.

410 Et aduertendũ est quod in aliquibus ex supradictis causis spiritualibus iurisdictio competit ad iudicẽ ecclesiasticũ priuatiue quoad laicũ, vt si ageretur de decimis, matrimonio, hæresi, vel adulterio quoad separationẽ tori, aliqui-

aliquibus vero cumulatiue, vt quãdo sunt casus mixti fori, vt est crimen vsurarũ, *Farinat. eadem q. 8. n. 18. & seq. Clarus in §. fin. q. 37. versic. quaero igitur Couarr. in lib. 3. variar resolut. c. 3. n. 1. vers. 4. non est Raudens. cons. 17. nu. 15. lib. 2. Scaccia in tractat. de iudit. p. 1. c. 11. nu. 51.*

411 Secundo aduertendũ est, quod quando corã iudice laico opponitur aliqua exceptio spiritualis, vt est vsurarũ, vel nullitatis matrimonij, propter quã spiritualitatem causa esset remittẽda ad iudicẽ ecclesiasticũ, *iuxta terminos c. tuam de ordin. cognit. & similium allegatorum in principio praesentis ampliationis*, non poterit iudex laicus praefigere tẽpus excipienti, infra ꝙ exceptionẽ corã eo oppositam probare habeat corã iudice ecclesiastico, *Ias. in l. 2. n. 12. & 15. ff. de re iudi. vbi testatur de comm.* opin. Mascard. in tractat. de probat. conclu. 689. n. 1. & seq. Farinat. d. q. 8. n. 20. vers. amplia praecedentem.*

412 Quae autem dicantur causae spirituales *ponũt Farinat. d. nu. 20. Camill. de Curte in diuersorio seu cõprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 66. & an possit alijs delegari Mart. de iurisdict. p. 4. c. 46. n. 9.*

413 Ampliatur 65. praedictus primus effectus quod clericus non potest conueniri corã iudice laico, vt in tantũ sit verus quod actor agens contra clericũ corã iudice saeculari debeat causam ammittere, & vltra si est clericus priuatur communione sacramentorũ, & fit irregularis, & hoc tàm si causa est criminalis, quàm ciuilis, *c. placuit 11. q. 1. Auth. statuimus vbi Bald. n. 1. C. de episco. & cleri. Specul. in tit. de iudit. compet. §. 1. in addit. nu. 23. & 24. in 2. p. car. mihi 396. Abb. in c. si diligenti n. 7. de foro compet. vbi etiam Socin. in 12. not. Bart. in l. ex quacunque in 2. lect. n. 2. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Fider. de sen. cons. 90. Rom. cons. 369. n. 39. vbi Mandos. in add. in lit. I, Socin. sen. cons. 12. n. 16. vol. 1. Matth. Brun. cõs. 89. n. 8. Borgas. in tract. de irregular. p. 1. q. 7. n. 68 Octau. Vulpell. in tract. de liber. eccles. p. 1. n. 19. & 20. Marches. in tract. de commiss. seu rescript. p. 2. c. 4. nu. 33. cart. mihi 489. Pet. Rauennat. in tract. de feud. in tit. de statut. & consuet. §. item statuimus in 10. tomo tracta. diuers. p. 2. car. mihi 41. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. nu. 143. Roland. a Valle consil. 23. n. 7. & 14. lib. 2. & cons. 16. n. 14. lib. 4. Surd. cons. 193. n. 4. lib. 2. & cons. 222. n. 1. eodem lib. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. videndũ n. 3. vbi Camill. Borell. in add. in lit. A. Macabrun. cõs. 44. n. 38. Menoch. in tract. de arb. iud. casu 246. n. 5. Cuccus in instit. maior. lib. 3. tit. 9. n. 14. Maran. in pract. p. 4. dist. 11. n. 2. Neuiz. cons. 29. nu. 16. in fi. & n. 17. Farinac. in tract. crim. q. 8. n. 1. Cabell. super constit. Egid. lib. 5. c. 1. glos. 1. n. 28. & 29. cart. mihi 321. Franc. Capiblanc. in tract. de authorit. baron. prag. 8. p. 2. n. 1. Mart. Vran. Vltra. cons. 32. nu. 1. & 27. lib. 2. vbi multos alios allegat Ferett. cons. 181. n. 6. lib. 1.* vbi dicit, ꝙ ammittit omne ius quod hẽt in cã, *Caualc. in suo reper. in uerbo actor saecularis, & in verb. trahent*, vbi multos allegat, & dicit, quod perdit causam, & vltra tenet ad damna & interesse, & actione iniuriarũ, *& decis. 3. n. 27. p. 1. Osascus, decis. 150. n. 1. Hieron. de Monte q. 20. n. 20. Vital. in tract. clausul. in §. seu sect. incip. sed nunc restat videre, n. 21. car. mihi. 501. in tomo paruo, & in tractat. diuers. to. 14. cart. 464. Pet. Cenedus in collectan. iuris canon. p. 1. collect. 57. n. 2. vbi more suo infinitos fere congerit Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 45.* vbi de quadam bulla Papae Martini per quam hoc idem disponitur.

Et ideo si clericus conueniens coram iudice laico fuerit per eundem iudicẽ condemnatus habetur pro absoluto in odium trahẽtis,
414 *Vital in d. n. 21. Fider. de sen. d. cons. 90. nu. 2.* & si fuisset absolutus huiusmodi absolutio debet haberi rata per iudicẽ ecclesiasticũ, *Vital. loco citato, Fider. de sen. d. consil. 90. n. 1.* vbi dicit ꝙ licet actor trahens clericũ coram iudice laico non ammittat causam ipso iure, tamen si esset lata sententia pro clerico dicitur ipso iure causam amisisse Cenedus d. n. 2. qui etiã dicit, ꝙ ista causa debet applicari ipsi reo cõuento, & cedit eius lucro, *& alios allegat Roland. a Valle d. cons. 23. num. 14. lib. 2.*

415 Subampliatur 1. praedicta ampliatio, vt procedat ẽt si actor fecit solũ citare clericum corã iudice saeculari, *Siluester in summa in verb. iudex il 1. num. 3.*

416 Subampliatur 2. vt clericus, qui traxit aliũ clericũ ad iuditium saeculare, si ab illo tracto trahens spoliaret beneficio nõ posset agere de spolio, quia obstabit ei exceptio, *c. si diligenti de foro compet. & c. inolita 11. q. 1. & ita per plura cõsuluit Fider. de sen. d. cons. 90. quem refert, & sequitur. Io. Batt. Ferrett. d. cons. 181. nu. 4. lib. 1.*

417 Subampliatur 3. vt procedat ampliatio etiã si interueniat cõsensus ipsius clerici, quia etiã tũc actor causam ammittit, *Roland. a Valle cõs. praed. num. 15.*

418 Subampliatur 4. vt trahens clericũ corã iudice laico non possit amplius poenitere ad hoc vt euitet poenã iam incursam, *glos. Hostiens. & Butr. in c. si diligenti de foro compet. Marti. Vran. praecitato cons. 32. n. 28. cum plurib. sequent. vsque ad n. 50. lib. 2. vbi n. 29.* adducendo rationẽ dicit, quod verba legis poenalis sunt diligenter
419 ponderãda, & secũdum propriũ sensum intelligenda, aduersus quę verba si fit cõtra factum poena intelligitur cõmissa, & exigi poterit, nisi aliàs purgatio esset à iure permissa *allegat Salyc. in l. si quis maior in 3. column. C. de transact. qui mouetur ad ita dicendum per tex. in l. prospexit, ff. qui & a quibus, & in l. constitutionibus, ff. ad municip.* & vltra per eumdẽ Vraniũ ibi adducta adduco duas alias rationes, quarum prima est,

quia

quia si per solam citationē habet locum ista ampliatio, vt dixi, in prima subampliatione sequit,vt non sit locus pænitentiæ, quia iam pœna est incursa, ex quo nec etiā Deus potest facere,vt factum nō sit factum,*l.furtiue vbi omnes scribētes ff.de furt.l.in bello,§.factæ,ff.de capt. Rim.iun.consil.46.n.89.lib.1.Ruy.cons.2.n.4.lib. 2.Surd.cons.429.n.55.lib.3.Cæsar Bar. dec.47.n.* 28.Secunda est ratio quia per talē actionē intenta tam est acquisitū ius clerico conuento, ideo ī præiuditiū ipsiusmet cui ius fuit acqūisitū, non potest amplius pænitere,
421 *l. sicut C.de action.& oblig.l.id quod nostrum, ff. de reg. iur.& ibi Dec.& Cagnol.n.15. Bald. in l. cum a socero in fi.C.de iure dot.Gulicl.de Bened.in repet. c. Raynutius in verb.fideicommissaria substit.n.23.cart. mihi 63.de testam. Marc. Ant. Mars.Colum.in tract. de ecclesiast.reddit.c.26.n.17.Menoch. cons. 489. n.22.lib.5.Villalobs in comm. opin.in lit.F.nu.65. Suarez.alleg.19.n.5.*qui dicit ꝙ hæc conclusio procedit,tām si hoc ius fuerit acquisitum re, quām spe. *Thob.Non.cons.49.n.19. Fab.de Anna cons.32.n.1.*Et ad hoc faciunt ea quæ dicam infra hoc eodē effectu in limitationibus, vbi dico quod clericus, qui agit contra laicū corā iudice sæculari, non potest penitere,& desistere a sua petitione in præiudiciū conuenti, cui ex tali actione intentata fuit acquisitū ius reconueniēdi ipsum clericū coram iudice laico, & bene faciunt ea quæ in simili dixit *Rodulph. Scrader in miscell.c.4.n.6.*vbi dixit quod si is ad cuius petitionē citatio emissa est renunciauerit citationi postquam ad notitiā citati peruenit,& sic ius fuit quæsitum citato tunc etiam si citans vellet renūciare citationi non posset
422 hoc facere in præiudicium citati cui ius fuit quæsitum, *alleg.in argum.text.in l.fin. ff.de pact. l.post perfectam,C.de reuocan.donat. l. si post mortē §.fi.& ibi Bart.ff.de bonorum possess. contra tabul.*
423 sicut nec appellans poterit renunciare appellationi a se interpositæ in præiuditium partis appellatæ, *Bald.in l.postquam liti C.de pact. Bart.in l.si quis libellos C.de appellat.& in l.per hanc colum. fi.C.de tempor.appell. Bal.in l.fi.in fi.C.quando prouocar.in l.1.etiā in fin.C.si vnus ex pluribus, Abb. in c.ex parte,il 2.de rescript. & in c. interposita §.*
424 *ille denique de appellat.* neque dilationi iam obtente, *Bart.& Ias.in l.si arrogator ff.de adopt.idem Bart.in d.l.si post mortem §.fi. & in l. petende vbi etiam Bald. C.de tempor.in integ. restit. idem Bald.*
425 *in d.l.postquam liti*, nec rescripto, quatenus ex illo est pars aduersæ aliquod ius quæsitum,renunciare permissum est impetranti, *c. ex conquæstione,& ibi Abb.noster Panorm. de restit.spol. Bart.& Ias.in d.l.si arrogator Bald.in l.intra C.de tempor.in integr.restitut.Ias.in l.3.in prin ff. quod quisque iur.*
426 Quæ quidem quarta subampliatio limitari poterit quando statim, & incontinenti postq̄ clericum traxit coram iudice sęculari penituerit,& reuocauerit petitionē, quia tunc nō videtur facta petitio,ex quo ea quæ incontinen-
427 ti fiunt videtur inesse, *l.lecta ff. si certum petat. Bartol.in l.3.§.cum igitur, ff. de vi & vi armat. l. petens & in l.in bonæ fidei C. de pact. c. officij, de elect.Marcell.Francol.in tract.de tempor. horarum canon.p.1.c.28.n.9.& c.41.n.34.Rimin.sen. cons. 23.n.1.lib.1.Cephal.cons.440.n.76.lib.3.Menoc. in tract.de præsum.p.lib.3.præsumpt.134.nu.22.* & per consequēs nō incidit in pœnā prout in simili dicimus de emphyteuta, seu feudatario, quando alienat rem, Aluarott.*in c.1.col. 2.ver.*
428 *quæro ab extra, Quæ fuit prima causa benefic. ammittit.Butr.late cōs.34.n.2. & ibi Cabbell.in add. in lit.B. qui multos alios allegat Gama dec.374.vbi dicit quod hæc opinio est * equior Dom. Intrigl. in tract.de feud.centur.2.art.4.n.326.& seq.*& licet multi videātur tenere contrariū, nihilominus sunt intelligendi quando non incōtinenti recuperaret,sed ex interuallo, & post motam litem super cōmisso,*ita Gama d.dec.274.n.3.*Incontinenti autem quando dicatur recuperas-
429 se,*ponunt Bald.in l.1.nu.1. C.vnde vi,Io.Pels Vltram.in process.iud.tit.44.n.11.Alphons.Villaut. dec.29.n.30.Natta cons.14.n.1.lib.1.Thom.Triuis.dec.2.n.4.& 13.lib.1.Vin.dec.107.n.2. Paris. cons.97.n.100.lib.1.Plotus in tract. de in litem iuran.§.3.n.26. Milanens. dec. 3.n.137.lib.1.Surd. cons.99.n.41.lib.1.Soc.sen.cons. 135.n. 1.lib. 1. Brun.a Sole in cōpend. resolut.proposit. iur.in ver. incontinenti dicitur Menoch.in tracta. de arbit. iud. casu 16.n.4 & in tracta.de præsūpt.lib.3.præsump. 124.n.20.Fabius Turrett.cons.67.n.4. & cōs.75. n.13.lib.1.Dec.cons.424.n.7.Osasc.dec.26.nu.6. Tutius alleg.8.n.29.& alleg. 30.n. 12. Morotius, cons.50.n.33.Caroc. in tract.de locat.& conduct.in tit.de cohærent.contract.n.8. Dom.Cosimus Nepita super consuet. Clarissimæ Ciuitatis Cathaniæ tit. 1. consuet.6.n.8.Pancirol.cons.151.n.9. Moronus in tract.de fide tregua,& pace,q.37.n.2.lib.2. Franc. Personal.cons.4.n.8.Farinac.in tracta. crim. q.50. n.16.& 17. Dom. Intrigl.d.art.4.nu.332.& 333. Cephal cons.316.n.63.Rim.iun.cons.511.n.14.lib. 3.Neuizz.cons.56. nu. 8. & cons.82.n.11.Vegg. cons.68.n.61.Mascard.in tract.de probat.concl.438 n.18.& concl.929.n.12.& cōcl.687.n. 21. & 22. & concl.1176.n.14.& cōcl.1328.n.10.Hond.cōs. 87.n.143.lib.2.Bero.cons.65.n.124.lib. 1. & cōs. 56.n.8.lib.2.Crauett.cons.156.n.17.& 19. lib.2.*
430 qui omnes ponunt diuersum tēpus ad hoc vt aliquid dicatur incontinenti factum,sed magis cōmuniter resident in ea opinione, vt hoc remittatur arbitrio iudicis, & in casu nostro puto,ꝙ sufficit,vt se peniteat antequā clericus conuentus cōpareat corā iudice laico coram quo est conuentus ad hoc vt actor dicatur se

pe-

penituisse & per consequens, vt euitaret pœnam quam alias incurrisset.

431 Subampliatur quinto,& vltimo (vt ad nostram materiam reddeamus) dicta 65. ampl. vt non sit opus aliqua protestatione ex parte clerici ad hoc vt inducat malã fidem in actorem,& faciat illum cadere in pœnam ammissionis sui iuris,quia quò ad hoc nihil refert an clericus inuitus trahatur ad iuditium sæculare, *Mart.Vran.cons.32.n.49.lib.2.*

432 Limitatur modo prædicta ampliatio, vt nõ habeat locũ vbi actor nesciret illum talẽ contra quem agit esse clericũ,quia tunc ignorantia excusat a pœna, *Bald.in c.1.§.vassallus Si de feud.fuerit controuers.inter dom. & vasall. & in l. error colum.4.C.de iur. & facti ignorant. Din. in l. 1.§.certe,ff.de vent.inspicien.Cephal. cons. 24.n. 14.& seq.lib.1.Bero.cons.57.n.14.lib.3. Hondod. cons.68.n.18.lib.2.Menoc.cons. 425.n. 15.lib.5. Crauett.cons.6.n.73.lib.1.Fel.n c. cum inter de except. & in c.super ijs de accusat. Lodulphus Scrader in miscellan.c.4.n.14.more suo ab hoc allegat multa*

433 *simil.*& isto casu ignorantia præsumitur, ideo clericus,qui vult agere ad pœnam tenetur ipse probare scientiam, *l.verus, ff.de probat.l.qui accusare, C.de eden.Bertaz.cons.125.n.7. in crim.Bonacos.in q.crim.in verb.scienter, lib.1. Natta cons. 225.n.3.lib.2.Simon.de Pret.cons.81.n.9.quomodo autem probetur scientia vide Mascard.in tract.de probat.concl.1293.per tot.Marcell. Cala in tractat. de modo art.& proband.§.2. gloss.vnica, n.1405. Ioan.Battist.a Costa in tractat. de facti scientia, & ignorantia,lib.1.inspect.64,n.1.Surd.cons. 10.nu. 35.& cons. 69. n. 28. & cons. 82.nu.32.& 36.& 37.lib.1.Triuis.dec.47.n.6.lib.1.Cephal.cons.314 n.15.lib.3.Sim.de Pret. cons. 137.n.160.Turret. cons.17.lib.3.Passett.cõs.2.n.20.Natta cons. 231. Socin.cons.75.in fin.lib.1.Viu.dec.172.n.8. Mars. in rep.rub.ff.de fideiuss.n.41.Pancir.cõs.130.n.9.*

434 Quæ limitatio subampliatur,vt non solum procedat quando actor ignoraret conuentũ esse clericum,verũ etiã si esset dubius,quia dubitans, & ignorans equiparantur, *l. fin. & ibi Bart.C.de cond.indeb.l.fin. §.sed cum secundum C. de furt.l.quandiu & ibi Dec. & Ias. C. qui admittit idem Ias.in l.1.in fin.ff.de cond. indeb. Alba Mandell.cons.251.nu. 43.lib.2. Paulus de Monte Pico cons.52.n.16.Natta cons.456.Bimius consil.135. lib.2.Scrader.in miscell.c.4.n.15.* & dubitans potius in bona,quàm in mala fide esse credendũ

435 est, *Io.Batt.a Costa in d.tracta.de facti scientia, & ignorant.p.1.inspect.82.n.15.* quia in dubio delictũ non præsumit, *l.merito ff. pro socio cũ simil.*

436 Limitatur 2. vt isto casu actor non perdat causam ipso iure,sed per sententiam, *vt not. in l.in criminali C.de iurisd.omn.iud.gloss. in c. si diligenti de foro compet.vbi etiam Anton.de Butr. nu. 20.Pet.de Anchar.n.10. Abb.n.18.& Soc.n.26. Io.Andr.in add.ad Specul.in tit. de iud. compet. in prin.n.25.Rolan.a Valle cons.23.n 14.lib.2.Rom. cons.369.n.39.Archid.in c.inolita n.2. in fin.11. q.1.& ibidem Turrecr.nu.2. Villalobs in commun. opin.in verb.clericus n.97.Pet. Cenedus in collect. iur.canon.p.1.collect.57.n.2.in fi.vers.illud tamẽ.*

437 Limitatur 3.vt dictam pænam incurrit solum is,qui clericũ conuenit, nõ autem alij in causa assistentes pro suo interesse, quia pæna dẽt tenere suos authores *Srader in d.c. 4. n. 24.*

438 vbi in simili dicit,ꝙ licet is qui facit citare aliquẽ in iuditiũ videatur eius personã approbare adeo qđ contra eam se opponere negetur, *Innoc.& ceteri oẽs in c. cum inter de excep. Bart.&*

439 *Bal.in l.cum mulier ff.de solu.* nihilominus prædicta cõclusio procedit respectu citari facientis, vel illius hæredis,non autẽ liti assistentiũ quibus non nocet transactio neque cõfessio, *Bart. in l.si perlusorio,§.1.ff.de appel. Bald. in l.1.in fin. C.si vnus ex plur.appell.*

440 Limitatur 4.vt dicta ampliatio procedat tãtum quando actor agit personaliter secus si ꝑ procuratorẽ,quia procurator nõ põt facere cadere dominũ in pænã, *l.3.§.si procurator,& ibi Bart.& Ias.ff.quod quisq; iur. l.si procurator, & ibi ẽt Bart.& Ias.ff.de cond. indeb. Ruyn.cons.138.n. 25.lib.5.Benuntend.dec.94.Bero.cons.25.n.4.lib. 3.Ioseph.Ludou.dec.Perus.35.n.3.Rim. iun. cons. 203.n.46.lib.2.& cons. 297.nu.16.lib.3.Crauet. cons.54.n.6.Lodulph.Scrader in miscellan.c.6.nu. 12.in vltimis verbis,Menoch.cons. 296. n. 8.& 9. lib.3.Farin.cons.75.n.55.& dec.4.n.2. Mars.in l. 1.§.si quis dicatur n.17.ff.de quæst.Fel. in c.1.n.17. vt lit.non contest.& c.nouit n.38.de iud.Card.Alban.in lucubra.ad Bart.in l.1.n.5.ff.de offic.procõs. Anchar.iun.in quæst.famil.lib.1.q.44.n.12.* quæ quarta limitatio sublimitatur quando haberet speciale mandatũ,quia tunc tàm in omittendo, quàm in committendo poterit cadere facere dominum in pœnam, *c. cũ olim vbi Bal. in fi.de offi. delegat.Rot.Rom.dec.79.nu.4.p.1.in nouissimis Rebbuff.in tract.de recusat.art.1.glos.1. nu.1.in 3.vol.Carauit.super ritu M.C.V.ritu 465. nu.24.& 25.Farin.cons.89.nu.7. Lud.Sacca cons. 45.n.4.Fel.in c.1.n.8.vt lit.non contest.Paris.cõs. 100.nu.7.vol.3. Rol.a Valle cons.71.nu.42.lib.1. Anch.iun.d.n.12.vbi alios alleg.Caualc.dec.28.n. 108.p.2.*qui dicit ꝙ tale mandatũ requirit in indiuiduo, *Io.Batt.a Costa in trac.de facti scientia & ignor.p.1.inspect.52.n.1.Siluan.cons.35.n.17.* vbi dicit,ꝙ in mandato q̃uis generalissimo nõ cẽsetur contineri ꝙ procurator tale qđ faciat, ob quod dñs mandans in pęnã incidat, *allegã. Alex.cons.32.col.2.in fi.& col.3.in prin.vol.2.& cons.17.in 1.dubio vol.7.Fely.& Abb.in c.1.n.8. vers.circa secundum membrũ vt lit.non contest.Soc. regul.320.& Doctores in l.pen.§.si is pro quo ff.qđ quisque iur.* Secundo sublimitatur qñ procurator

442 tor ageret contra clericũ ipso principali pſente, & non contradicẽte, qa factũ ꝓcuratoris, ẽt sine mandato dño sciẽte, & non cõtradicẽte, dño præiudicat, *c. cum olim, & ibi gl. & Abb. de offit. deleg. gl. & Abb. in c. 1. vt lit. non contest. idẽ Abb. in c. ex parte de reſcrip. Alex. in l. ſæpe ff. de re iud. Iaſ. in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. Scrader in miscell. in c. 6. n. 1. verſ. duodecimo ampliatur.*

Limitatur 5. qñ causa esset talis ꝑ qua cle-
443 ricus posset conueniri corã iudice laico, quia quod fit lege permictente pęnã non meretur, *l. Graccus vbi hoc not. oẽs ſcribentes de adult. cũ similibus allegatis ſupra hoc eodem effectu loco ſuo.*

Et pro hoc benefacit quod licet clericus nõ
444 supponat statutis laicorũ, vt dixi infra effectu secundo in principio, hoc tñ non hẽt locũ in causis in quibus clericus non potiẽ priuilegio fori, quia tunc supponiẽ dictis statutis, & dicã eodẽ secũdo effectu in eius limitationibus.

Limitat 6. qñ iudiciũ esset ex aliquo capite nullũ, vt ex defectu citationis, vel termini nõ dati, quia quod nullũ est nullũ ꝓducit effectũ vt dixi late supra, & ex multis mediis cõprobaui in ampl. 36. n. 228. cum plur. seqq. ꝑut etiam multa media adducit, *Scrader in miscellan. c. 4. n. 31.*

Nec est ommittendũ quod ad hanc pęnã
445 exigendã agiẽ condõne ex lege, *d. Auth. statuimus, C. de epiſ. & cler. iuſta ea quæ habẽtur in l. vnica, & ibi ꝑ Bar. ff. de condict. ex lege, gl. in l. in criminali vbi Bar. Bal. Sal. & alij ſcribentes de iuriſd. om. iud. Abb. & Butr. in c. ſi diligenti de foro compet. Mart. Vran. Vltram. conſ. 32. n. 46. li. 2.* & potest hoc iudicium intentari tã corã iudice sę-
446 culari corã quo clericus fuit conuẽtus, ꝙ corã ecclesiastico, *Io. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de cõpet. iud. in prin. n. 25. Rom. conſ. 369. nu. 39. Abb & Butr. in d. c. ſi diligenti nu. 20. & ibi etiam Soc. n. 27. de foro cõpet. Cenedus in collect. iuris canon. p. 1. collecta 57. n. 3.* qbus locis ẽt habeẽ modꝰ, & practica petẽdi, & deducẽdi hãc actionẽ.

Ampliatur 66. in laico cõductore decima-
447 rum, q solum poterit conueniri corã iudice ecclesiastico si qõ ortum hẽt ex iure decimarũ, quod est ius ecclesiasticum, & spirituale, *Io. Azor. in lib. 7. inſti. morali c. 36. q. 6. Alex. Moneta in tract. de decim. c. x. n. 17. ver. imò quod cã,* vbi hãc conclusionẽ corroborat varus argumẽtis
448 Ampliatur 67. prædictus primus effectus quod clerici non possunt conueniri corã iudice laico, vt nec ẽt possint corã eo citari, & citati non teneant comparere ẽt ad allegãdum suum priuilegium corã iudice laico, *vt not. Doctores in c. bonæ memoriæ, in fi. de elect. & in c. fi. de app. Alex. conſ. 77. col. 1. vol. 3. Guido Papa dec. 450. Io. Andr. in regul. ſcient in mercur. Gram. dec. 29. n. 4. & 5. & conſ. 71. n. 35. in crim. Aufr. in tract. de poteſt. iud. laici ſuper perſo. eccleſ. reg. 2. fall. 23. in 16. tom. tract. diuerſ. cart. mihi 290. Natta conſ. 495. n. 16. & 17. lib. 3. Bart. in repet. l. 2. n. 11 ff. ſi quis in ius vocat. non iuer. Abb. in c. 2. n. 16. de dilat. Dec. in c. cum ordinem n. 16. de reſcript. Matth. Brun. conſ. 64. nu. 14. Sigiſmun. Scacc. in tracta. ve iudit. p. 1. c. 11. num. 45.* vbi meminit de quadam Bulla Papæ Martini, qua hoc idem disponitur, *Decian. in tract. crim. par. 2. lib. 7. cap. 47. de ſentent. & appellat. in crimin. læſæ maieſta. num. 13. Menoch. in tract. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 347. & 350. Dom. Ioſeph Cumia Catinenſis ſuper ritu iſtius Regni cap. 2. nu. 39. Affl. ſuper conſtitut. priuilegia, num. 5. rubr. 100. de priuilegg. eorum lib. 1. late Foller. ſuper prædictis conſtitut. in titu. de epiſcop. & cler. cap. item ſi aliquis num. 1. & per totum cart. mihi 81. Aſinins in tractat. de exequut. §. 6. cap. 49. num. 7. Clarus in §. fin. quæſt. 36. verſic. eſt autem Anton. Scappa in tract. de iure non ſcripto lib. 1. cap. 2. num. 2. Muſcatell. in pract. ciuil. par. 2. in gloſ. in verbo intimato num. 28. cart. mihi 24. & in eadem parte in verbo competens num. 13. & 14. cart. mihi 37. Claudius Tutius alleg. 17. num. 6. Cirill. Fulgeon. in ſumma crimin. in titu. de hijs qui accuſare, vel accuſari non poſſunt §. 4. num. 3.* & ratio huius ampliationis est, quia eo ipso quod constat citatum
449 non esse de iurisdictione citantis non tenetur comparere, *not. Innocent. in cap. fin. de appellat. Henric. Bouer. ſing. 28. Cappell. Tholoſ. deciſ. 165. Io. Andr. in reg. iuris ſcient. in mercur. Gram. conſ. 152. num. 29. in crimin. & voto 27. n. 7.* & rationis huius ratio est, quia tunc citatio est nulla, *Gramm. voto 18. nu. 6.*

Subampliatur primo hæc ampliatio, vt in
450 tantum sit nulla hæc citatio tanquam ab incompetenti iudice emanata, vt per eam non interrumpatur aliqua præscriptio prout interrumperetur si esset valida, *Card. & Gemin. in clement. 2. in princ. vt lit. non conteſta. Bald. & Saly. in Authen. offeratur C. de lit. conteſtat. Mart. Vran. Vltramont. conſ. 32. num. 64. lib. 2. Simon de Præt. conſ. 132. nu. 81. Tiraq. in tract. de retract. lignagner §. 1. gloſ. 10. num. 85. Balbus in tract. de præſcript. in 3. p. ſexta, & vltima partis principalis, n. 27. car. mihi 556. Gomeſ. ſuper reg. Cancellar. q. 82. car. mihi 176. Bar. in l. accuſaturus ff. ad l. Iul. de adulter. Lodulph. Scrader Vltram. in miſcell. c. 4. nu. 31. vbi etiam alios adducit.*

Subampliatẽ 2. vt talis citatio non inducat
451 litis pendentiã, qa vbi citatio est nulla, & inualida, & illegitima (prout in isto casu) nullus effectus ex ea sequi potest, *Bald. in d. Auth. offeratur C. de litis conteſt. qui allegat in argumentũ l. ſi pater C. ne de ſtat. defunct. & c. prudentiam in prin. de offi. deleg. & l. 1. §. item cũ ex delicto, ff. de ſent. ſine app. reſcin. Mart. Vran. qui eũdẽ Bal. refert, & ſeq. d. cõſ. 32. n. 64. li. 2. & dixi ſup. latius loco ſuo.*
452 Subampliatur tertio, vt clericus citatus a

iudice laico si non comparet non poterit tanquam contumax puniri & mulctari, *Io. Andr. Butr. & Abb. in c. si diligenti de foro compet. Bald. in l. generaliter, la 2. C. de episc. & cler. & in l. si quis ex alio ff. de iud. Campan. super c. Regni Neap. c. 94. nu. 11. cart. mihi 132. qui ad hoc allegat Gramat. cons. 1. n. 36. Addent. ad eundem Campan. ca. 159. nu. 7. Foller. super constit. Regni in tit. de epi. & cler. cap. item si aliquis nu. 2. & 8. car. mihi 81. idem Gram. dec. 29. n. 4. & dec. 61. etiam n. 4. Iaffred. dec. 153.* vbi dicit, quod nec ad expensas condemnari poterit (de qua conclusione Iaffredi dicam latius infra in limitationibus)

453 *Clar. in §. fi. q. 36. n. 3. & 4.* qui dicit, quod ex non comparitione non potest mulctari, & si mulctatus fuerit docendo de clericatu ipsa mulcta reuocatur, Asin. *in tract. de exequut. §. 6. c. 49. num. 6. Maccabrun. cons. 44. n. 5. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. clericus §. 7. Anto. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 2. num. 3.* & ratio est, quia cõtumacia est delictum ideo iudex sæcularis non poterit pro ea pœnam infligere, *c. 1. de cler. coniug. in 6. Bald. in locis supra allegatis Iacobin. de Sancto Georg. in l. non videtur ff. de iud. Gram. cons. 71. nu. 36. & cons. 152. n. 28.*

454 *in crimin.* Alia potest esse ratio, quia cum hæc citatio sit nulla non reddit contumacem citatum non comparentem quò ad pœnam imponendam, *l. 2. in fi. & ibi glos. & Doctores ff. si qs in ius vocat. non iuer. Scrader in miscen. cap. 4. nu. 31. Gramm. dicto cons. 71. n. 35. & dicto n. 28.* & licet non possit mulctari, vt dictum est, nihilominus si iudex, qui clericum citare facit nescit illum esse clericum sit reuera contumax si non comparet, *Bal. in l. si quis ex aliena, ff. de iudit. Abb. in c. si diligenti de foro compet. Dect. cons. 241. in 1. dubio Carauit. super Ritu M. C. V. ritu 65. num. 1. vbi testatur ita de facto fuisse determinatum Viui. dec. 138. nu. 8.* vbi dicit, quod nihilominus tenetur comparere coram iudice citante, & coram eo docere de clericatu, *Couar. in lib. pract. qõ. c. 33. nu. 2. vers. clericus vero Surd. cons. 396. nu. 29.* & præsens subampliatio transit absque difficultate vbi clericus non fuerit de facto propter contumaciã mulctatus a iudice ignorante illum esse clericum, & mulcta

456 fisco applicata; sed difficultas consistit quãdo iam est exacta, & fisco incorporata hanc quæstionem ponit Foller. *super const. Regni in tit. de episc. & cler. in c. item si aliquis n. 3. & seq. car. mihi 81.* vbi videtur tenere quod nõ possit amplius illam recuperare, & ad hoc allegat *Bart. in l. si pignore, ff. de pignor. actio.* vbi dicit (*per tex. in l. 3. §. cum parietem in fi. ff. de damn. infect.*) *Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 157. nu. 12.* quod contumax non recuperat expensas factas, & solutas ratione contumaciæ licet vincat ĩ causa principali, quia damnũ quod quis sua culpa patitur sibi debet imputari, & non aliis *l. damnum,*

458 *ff. de reg. iur.* Secundo allegat rationem qa nõ opponens exceptionem sibi legitime competentem, sed differens opponere debet in expensis condemnari, *c. exceptionem de except.* sic (dicit ipse Foller.) in casu isto cum potuisset per comparitionẽ cum instrõ clericali euitare contumaciã, & non fecit, ei dẽt imputari. Tertio allegat quod si extaret statutum quod oc-

459 cidens bannitum consequatur pręmium, si quis occiderit clericum bannitũ ignorans illũ esse clericũ pręmium consequi dẽt, *vt voluit Guid. Papa dec. 450.* Quarto, & vltimo adducit regulã, quod multa facta tenẽt, quæ fieri ꝓhibent, *c. ad Apostolicã de reg. c. non minus 17. q. 1. c. si vir 27. dist. c. biduum 2. q. 7.* ego vero totum oppositũ de iure verius esse cẽseo, & moueor ea inconuincibili, & insuperabili rõne, scilicet quod statim quod apparet quod cõuentus est clericus ꝓcessus redit ipso iure nullus ẽt si nũquã cõparuisset Clericus, *vt voluit Fel. in c. cum*

460 *ordinẽ n. 14. vers. sed caue, & n. 15. vers. quæ oĩa de rescrip. Bart. in d. l. generaliter, la 2. C. de episc. & cler. Rol. à Valle cons. 4. n. 15. lib. 1. Claud. Tutius alleg. 17. n. 7.* vbi alios allegat, & dixi sup. ampl. 36. n. 252. ex qua cõclusione sequit necessario quod si contumacia, & ꝓcessus est nullus

461 nullũ poterit ꝓducere effectũ, *l. 4. §. cõdemnatũ vbi cõiter scribentes, ff. de re iud. Soc. sen. cõs 95. n. 1. vol. 3. Rol. a Valle cons. 63. n. 23. & cõs. 76. n. 21 vol. 1. & cõs. 76. n. 31. vol. 2. Claud. Tutius d. alleg. 17.* vbi loquens fere in nostris terminis dicit ꝙ inquisitio, contumatia, & captura sunt nullæ, sed si mulcta fuisset exacta, & incorporata fisco sequeret quod ꝓcessus, & cætera acta nulla maximũ producerent effectũ quod esse non põt. Secunda est ratio qa contumatia clerici corã iudice sæculari non tenet quoad hoc vt ex ea possit exigi pœna, vt dixi parũ supra, & *voluerunt Io. Andr. Butr. & Abb. in c. si diligenti de foro compet. Gram. voto 27. n. 4. & 5. Brun. cõs. 64. n. 14. Farin. in tract. cri. q. 8. n. 17.* ex qua conclusione sequit quod qdq; est exactũ à fisco tãquã indebitũ repeti põt, *l. j. & tot. tit. ff. de cõdi. indeb. Padill. in l. cum qs n. 23. C. de iur. & fact. ignor. Ruy. cons. 107. n. 10. lib. 1. Bero. cons. 56. n. 20. lib. 1. Surd. cons. 80. n. 22. lib. 1. Mozz. in tract. de contract. in tit. de indebito cui detur conditio indebiti, n. 1. car. mihi 27.* Tertia est rõ, qa cũ contumatia sit delictũ, *l. oẽ delictũ, §. cõtumatia, ff. de re milit. gl. in l. si filius ff. de interrog. act. & in l. actionibus, n. 3. ff. de in lit. iurand. Corn. cons. 97. n. 3. & cõs. 198. n. 9. li. 4. Matthes. sing. 17. n. 7. Grã. voto 27. n. 5. Mart. de iurisd. p. 3. c. 3. n. 5. Farin. q. 18. n. 26. Marc. Mantua cons. 84. nu. 25. lib. 2.* sequitur necessario, vt laicus non possit illud delictum punire, nec de eo modo aliquo cognoscere, *capit. 1. de cleri. coniugat. in 6. Bald.*

in

in l. generaliter la seconda C. de episc. & cler. & in l. si quis ex aliena ff. de iudit. Bart. conf. 225. Dec. cōs. 241. nu. 2. Iacobin. de Sancto Georgio in l. non videtur ff. de iudit. Gramm. dec. 29. n. 4. & voto 27. nu. 5. & cons. 1. n. 26. post easdem decisiones, vbi multos alios allegat, quod nō esset si mulcta fisco iā incorporata non posset amplius ab ea repeti, qa per indirectū remaneret punitus, & iudex laicus cognosceret, & puniret clericū contra quod oīa iura exclamant. Quarta, & vltima ratio colligitur ex eo quod optime dixit Bal. *in l. si quis ex consensu in ver. demū C. de episc. audien.* prout eum refert Gramm. *dec. 29. nu. 3.* vbi dicit, quod citatus per iudicem incompetentem si non cōparet, & sic fit contumax, & ex contumacia iudex illum ponat in banno, ex hoc nō debet timere quia ex quo acta sunt
464 nulla tanquā facta corā iudice incōpetente, ex illa cōtumacia non orietur aliquis pęne effectus maxime cum de natura iurisdictionis sit vt non possit exerceri in non subditum *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, & sic dū Bald. vult quod ex tali contumacia non oriatur aliquis pœne effectus, sequitur qđ si aliquid fuerit exactum dēt statim per fiscum restitui, qa si non restitueretur oriretur effectus pœnæ hoc est ammissio illius mulctæ exactæ. Non obstāt modo adducta per eundē Foller. & primo nō obstat doctrina Bart. per eū allegata quia Bar. loquitur in vere contumace, qui fuit citatus a iudice cōpetenti, nos vero versamur in nulliter contumace; nec minus obstat secundū argumentum quia est verissimum quod tenetur ad expensas sed aliud est teneri ad expensas, & aliud soluere mulctam, quia mulcta imponiē ratione contumaciæ, quæ est delictum vt dixi, quod secus est in expensis ad quas potest quis condēnari absq; delicto, & de hoc dicā latius infra in limitationib. & similiter tertiū argumentū per eū adductum non est verū, immo magis cōmuniter Doctores determināt totū oppositum, vt dicā infra effect. immediate sequenti. Quartū, & vltimū tollitur quia regula dicit quod multa facta tenent, &c. & non dicit quod oīa facta tenent, & illa regula procedit, & habet locū vbi in iure est expressum vt quid factum teneat licet a principio fieri non potuerit, vltra quod non habet locum qñ factum a principio fuit oīno nullū, & lex actui resistit prout in casu de quo tractatur in quo lex oīno prohibet vt iudices laici non possint modo aliquo se ingerere in causis clericorū, *ita late tradidit Deci. cons. 494. num. 12. & 13.* vbi declarat illā regulam, multa facta, &c. *& latius Hippol. Rim. iun. cons. 403. nu. 11. 12. & 13. lib. 4.*
465 Ex quibus concludo quod ēt quod mulcta esset exacta, & fisco incorporata, nihilominus eo ipso quod clericus cōparendo ostendit de suo vero, & reali clericatu poterit solutū tanquam indebitū a fisco repetere, & in Regno isto poterit exemplificari in confiscatione bonorū q̄ fit propter contumaciā delinquentis, & non cōparentis, & ita alias de facto fuit obseruatū cū quodā clerico cui fuerunt restituta oīa bona licet a fisco iā occupata, & possessa.
466 Subampliatur quarto (vt ad nostrā ampliationem reddeam) vt clericus ob talē citationem non possit tanquam cōtumax banniri a iudice laico, & si de facto esset bannitus bannum erit nullum, *Specul. in tit. de citat. §. 1. vers. sed pone Bald. in l. generaliter la seconda C. de episco. & cler. & in l. 1. §. si quis in ius vocat. non iuer. Io. Andr. Anton. de Butr. & Abb. in cap. diligenti de foro competent. Grammat. decis. 29. num. 3. Matt. Brun. cons. 64. num. 14. Flamm. Cartarius in tract. de exequut. sentent. capto bannito §. fin. num. 203. vbi infert ex hoc quod receptas* taliter bannitum non incidit in pœnam statuti punientis
467 receptantem bannitum, quod etiam dixerūt, *Viui. & alij per eum citati in comm. opin. in verbo statutum disponens car. mihi 282. Matth. Brun. cōs. 94. num. 9.* & ratio istius subampliationis est, quia contumax nulliter non potest dici contumax *Dec. in c. de appellatione in principio de appell. Gram. dec. præd. n. 2.*
468 Subampliatur quinto, & vltimo, vt clericus citatus coram iudice temporali non teneatur comparere etiam ad allegandum suū priuilegium, *Archid. in cap. 2. 15. quæst. 4. Gl. & Domino de Sancto Gemin. in cap. si episcopus distin. 34. Specul. in tit. de citatio, §. contra citantem, in fi. Fel. in cap. cum ordinem colum. 6. de rescript. Gram. cons. 71. num. 44. in crimin.* & ratio est, quia non teneē quis cōparere etiam ad allegandū suū
469 priuilegiū vbi citatio est a iure comprobata, *not. in cap. bonæ memoriæ, in fi. de elect. Gramm. voto 18. n. 8.* Quæ subampliatio subampliatur, vt non solum non teneāē comparere per se verū
470 etiā nec per suum procuratorem ad alligandū dictum priuilegium clericatus si causa est criminalis *Archid. in d. c. 2. 15. q. 4. Fel. in c. veniens in vltimis verbis de accusat. Clar. in §. fi. q. 36. n. 4. vbi asserit hanc esse commu.* * *opin. Paulus Fuscus in suis singul. in litt. C, nu. 118. vbi allegat Gram. cons. 1. n. 44.* & dicit quod Magna Curia Vicariæ seruat contrarium.
475 Limitatur modo prædicta 67. ampliatio vbi clericus citaretur ad concursum simul cū alijs creditoribus, vel ad confectionem inuentarij tanquam legatarius, vel creditor, quia tunc valet citatio, nec poterit petere causam remitti ad suum iudicē *Vrsill. in adnot. ad Affl. dec. 380. n. 7. Masull. in addi. ad Capic. dec. 197. n. 5.* & quia hæc est limitatio non solū istius ampliationis, sed etiam regulæ, & effectus principalis ideo de ea dicam latius infra lim. 53.

Limitatur secundo qñ in citatione exprimeretur talis causa ex qua appareret laicũ ha-
478 bere iurisdictionẽ in clericum vtputa in causa feudi, vel in causa reconuentionis, vel in crimine assassinij, vel simili, *Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super eccl. person. reg. 2. Fallen. 23. in 16. to. trac. diuers. car. mihi 290. Muscatell. in prac. ciuil. p. 1. in glos. in verb. intimato nu. 31. car. mihi 24.* vbi hanc limitationẽ exẽplificat in clerico citato ꝑ causa spolij, ꝑ qua causa secundũ aliquos clericus põt conueniri corã iudice laico de qua materiã dicã infra in limitationibus, & iterũ ipse *Muscatell. nu. 32.* exẽplificat in clerico citato ꝑ arte, seu exercitio ab eo facto, & nu. 35. vbi tractat in clerico citato in causa reconuentionis, *Clar. in §. fi. q. 36. nu. 4. Cumia super ritu M. R. C. istius Regni Siciliæ cap. 2. nu. 40.* vbi loquitur in clerico citato ꝑ causa feudali.

479 Limitaẽ tertio & vltimo, qñ esset dubiũ an citatus sit clericus, qa tunc tenetur cõparere, & suũ priuilegiũ allegare, *gl. in c. conuenior 23.*
480 *q. 8. Bar. in l. non videtur la 1. ff. de iud. Aufrer. loco proxime citato Crot. cons. 204. n. 13. lib. 2. Bero. in c. si duobus n. 21. de appell. vbi ẽt Dec. n. 17. Muscatel. in prædicta gl. intimato, nu. 29. car. mihi 24.* quæ tamen limitatio nunquam habebit locũ vbi ex forma citationis apparet iudicem sciuisse citatum esse clericum, vt si esset dictũ cita clericum, vel presbyterum talem.

492 Et aduertendum est quod qñ citatur clericus per iudicẽ secularẽ poterit quilibet pro eo comparere, & opponere declinatoriã fori ne ipse citatus habeaẽ pro cõtumace, *Bal. in l. reos n. 24. ver. sed quaro tũc C. de accus. Io. Aloij. de Leo in l. qui sub prætextu, n. 14. C. de sacros. eccl. Fran. dec. 329. n. 1.* vbi affert rõnem, quia talis cõparitio esset seorsum ab excusatione criminis, *alleg. Bar. in l. pen. §. ad crimen col. 5. vers. quaro procurator ff. de publ. iud. vbi ẽt Rubeus Alex. ẽt Caran. ritu 269. pro quo bene facit quod voluerunt Innoc. in c. veniens de testib. & Bal. in l. seruũ quoque §. publice ff. de procur. prout eos refert Gramm. cons. 71. nu. 45. in crim.* qui dicunt quod exceptio incompetentiæ iudicis ẽt in causa capitali potest opponi per procuratorẽ, de quo etiam dicam infra limit. 17. 34. 65. 66.

Ampliatur 68. prædictus primus effectus
493 clericatus, vt procedat ẽt vbi clericus, & laicus essent simul dati exequutores testamẽti, nãq;
494 tũnc eorũ iudex erit iudex ecclesiasticus, *Card. Zabb. in c. Ioannes de testam. Barbat. in col. 2. post rub. de offic. delegat. Alex. in l. præcipimus, C. de appell. Mars. in repet. rub. ff. de fideius. nu. 152. in fine, Marant. in pract. par. 4. dist. 11. num. 19. car. mihi 196. Mart. Vran. Vltramon. cons. 32. num. 23. & 24. lib. 2.* vbi dicit quod hæc ampliatio probatur clare in dicto c. Ioannes *Aufrer. in tract. de potesta. iud. ecclesia. super laicis, & eorum bonis, num. 13. in 13. tom. tractat. diuers. part. 1. cart. mihi 196.*

Ampliatur sexagesimonono, prædictus pri-
495 mus effectus quod clericus non potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico, vt procedat etiam si clericus esset aliquo modo infamis, quia per solam infamiam non ammittit priuilegium clericatus, *Addentes ad Bald. in l. quod ait num. 3. ff. de hijs qui not. infam.* inmo in-
496 famis eo ipso quod fit clericus, vel religiosus exuitur omni infamia *ita Fel in cap. cum te, n. 1. de re iud. Mars. in repet. rub. de fideiuss. n. 125. Nigris in rep. extraua. clem. 7. n. 147. de vit. & hone. cler. Granut. teorem. 23. n. 28. circa fin.*

Ampliatur 70. qñ iudex ecclesiasticus, & se-
497 cularis in aliqua causa simul pronuntiant, vel qñ clericus, & laicus sunt simul iudices compromissarij, quia si à sñia per eos lata esset appellandum deberet appellari ad iudicẽ superiorem ecclesiasticum, & non laicum de tota causa ne eius continentia diuidatur, *Bar. in l. 1. §. si quis in appellatione ff. de appell. Zabbarell. in c. super quæst. §. si vero duo de offi. legat. Ancha. in c. Romana col. 11. de appell. in sexto Mars. in repet. rub. de fideiussor. n. 153. & in tract. de bannit. in verb. iudice nu. 213. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 18. & 20. car. mihi 196. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccles. super laicis, & eorum bonis nu. 11. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. car. mihi 127* vbi hoc intelligit, qñ iudex ecclesiasticus iudicaret tanquã talis, secus si alio respectu, *Mart. Vran. Vltramont. cons. 11. nu. 60. lib. 1. & cons. 32. nu. 22. & 23. lib. 2. Cabbell. super constit. Egidian. lib. 5. c. 1. gl. 1. nu. 21. car. mihi 320.* vbi loquitur in cõpromisso facto clerito, & laico simul, & dicit qđ si aliqua ex partibus senserit se grauatã debet petere reddutionem ad arbitrium boni viri coram episcopo superiore ipsius clerici *Anto. de Butr. in c. quod clericis de foro cõpet. Bal. & Sal. in l. præcipimus in fin. C. de appell.* quidquid in contrarium tenuerit *Roland. a Valle cons. 24. in vltimis verbis lib. 4.*

Ampliatur 71. dictus primus effectus clericatus per quem est dispositum vt clerici non possint conueniri corã iudice sæculari, vt ha-
498 beat locum etiã si clericus in sua promotione ad clericatum narrauerit aliquã qualitatẽ quę reuera non aderat, vt qa dixerit se scolarẽ cum non esset quia tali subreptione vel obreptione non obstante gaudebit priuilegio clericali ex quo caracter impressus fuit per talem ordinationem *Cæpoll. cons. 11. nu. 8. & seq. in crim.*

Ampliatur 72. vt iudex ecclesiasticus sit iudex competens ẽt inter laicos pro legatis, pijs
499 qa pro eis laicus poterit conueniri corã iudice ecclesiastico *glos. in c. relatũ de testam. & ibidẽ Couarr. in fin. & est tex. & ibi hoc not. Bart. Bald. & Ang. in l. hæreditas §. si defuncto ff. de petit. hæred.*

Mars.

Marſ. in tract. de bannit. in verb. eccleſiæ nu. 131. vbi alios allegat, & multa ponit, quæ conferũt ad præſentẽ ampliat. *Tiraq. in tract. de pia cauſa priuileg.* 149. *per totum Marant. in pract. p.* 4. *diſt.* 11. *nu.* 6. *in fin. vbi Foller. in addit. cart. mihi* 192. *Io. Aloiſ. de Leo in l.* 1. *n.* 3. *C. de epiſ. & cler. Burgi. in tract. de laodim. p.* 3. *inſpect.* 1. *nu.* 9.

Ampliatur 73. prędictus primus effectus qđ laicus non poſſit cognoſcere de cauſis clericorum nec in illis ſe intromictere, vt procedat ẽt
500 ſi nõ ipſe laicus cognoſcere de cauſis clericorum, ſed illas cognoſceret aliquis clericus rãquam delegatus principis vel iudicis laici, q̃a nec ẽt hoc facere poterit ẽt volente clerico, q̃a delegatus nihil habet ex ſe, *l.* 1. *§. qui mãdata ff. de offit. eius Bald. in probem. Decret. col.* 8. *verſ. ecce rector, Bertrand. conſ.* 9. *nu.* 7. *vol.* 2. *Fely. in c. cum ſit nu.* 44. *verſ. hinc eſt quod clericus, & n.* 20. *verſ. idem eſt, de epiſcopo de foro compet.* vbi dicit quod hæc cõcluſio procedit ẽt ſi delegatus eſſet epiſcopus, *Decian. in tracta. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 63. *&* 75. ſic etiã clericus vti delegatus lai-
501 ci non poterit cognoſcere de cauſa ſpirituali vel ſpiritualibus annexa, *Fel. d. n.* 20. *verſ. vlt. in quantum Purpur. in l. ſi prætor nu.* 15. *ff. de offit. eius.* & ratio eſt quia delegatus a principe ſæculari etiam quod ſit clecicus vel epiſcopus,
503 nihilominus dicitur iudex ſæcularis *Auth. ſi quis litigantium vbi hoc not. Bald. & ceteri ſcribentes C. de epiſcop. audient. Paſſett. conſ* 23. *num.* 1. & quod clericus poſſit eſſe delegatus laici dixerunt *Bald. in d. Authen. ſi quis litigantium Abb. in cap.* 2. *n.* 8. *de iudit. & in c. in epiſcopatu n.* 3. *de raptor. vbi etiam Ancher. nu.* 1. *& per tot. Aufrer. in tract. de poteſt. iud. ecleſi. ſuper laicis, & eorum bonis nu.* 37. *in* 13. *tom. tract. diuerſ. p.* 1. *cart. mihi* 128. *Dec. in c. decernimus n.* 66. *de iudit.* vbi dicit quod poteſt eſſe delegatus in vno negotio tantum *Alex. conſ.* 77. *n.* 6. *lib.* 2. *Bolognett. in rub. ff. de offit. eius n.* 33. *qui etiam alios allegat, & ibi Cagnol. nu.* 64. *& Purpur. nu.* 43. *idem Purpur. in l. eum qui nu.* 4. *ff. de iuriſd. omn. iud. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu citatio. nu.* 68. *Iulius Cæſar Imbrian. in tract. de iudice Regni par. vlt. nu.* 29. *&* 30. *Lodulphus Scrader in tract. de feud. p.* 10. *ſect.* 4. *nu.* 27. *Clar. in §. fi. q.* 41. *n.* 8. vbi alios allegat, & teſtatur de comm. opin. & loquitur in delegatione cauſæ criminalis prout cõcludunt multi ex ſupra citatis dum dicunt, quod clericus
504 poteſt eſſe delegatus tam in cauſa ciuili, quam criminali, ſed cum iſta limitatione, quod vbi clericus eſſet delegatus in cauſa criminali non poterit imponere pęnã ſanguinis propter irregularitatẽ, quã incurreret ſi illã imponeret, tenet *Anch. in d. c. in archiepiſcopatu de rapt. nu.* 6. *Aufrer. eo. nu.* 37. *Rebbuff. in l. ſi prætor nu.* 4. *ff. de offi. eius,* & poterit eſſe delegatus ad vnã cauſã tantum non autem ad vniuerſitatẽ cauſarum
505 *Octaui. Vulpell. in tract. de libert. eccleſ. p.* 1. *n.* 17 *Purpur. in rub. ff. de offic. eius nu.* 43. *&* 45. *vbi teſtatur de com.* opin. Foller. ſuper conſt. Regni in tit. de epiſc. & cler. c. clerici quoque nu.* 16. *car. mihi* 52.
506 ſed honeſtius, & tutius eſt has delegationes non ſuſcipere, *ita Rebbuff. eo. n.* 4. *Iaſ. in dicta rub. ff. de offi. eius vbi ẽt Cagnol. nu.* 64. *& Purpur. nu.* 46. *Soc. in d. c. in archiepiſcopatu n.* 4. *de rapt.* Et licet clericus poſſit eſſe delegatus laici, non propterea poterit eſſe locũ tenens officialis laici, & ratio diuerſitatis eſt, quia locumtenens dẽt cognoſcere de vniuerſitate cauſarũ quod clericis eſt interdictum vt iam dixi, *c. clericus vbi hoc not. Abb. ne cler. vel monaci Ripa in c.* 2. *de iud. Cagnol. loco ſupra citato nu.* 65. ex quibus infero quod clericus vel epiſcopus delegatus laici ꝓ tuenda eius iuriſdictione, & poteſtate non po-
508 terit vti gladio excõmunicationis quia attenditur iuriſditio ex perſona delegantis *Bal. in d. auth. ſi quis litigantium in vlt. not. C. de epiſcop. audient. Iaſ. in l.* 2. *col.* 3. *verſ. tertio limita de iuriſdic. om. iud. Purpur. in d. rub. ff. de offi. eius n.* 48. *Graff. dec. aur. lib.* 5. *c.* 5. *nu.* 1.

Secundo infero quod a tali delegato quãuis clerico appellari dẽt ad laicum delegantem,
Sed iuxta prædicta alia insurgit difficultas quid si iudex ordinarius coram quo fuit inceptum iudicium per actorẽ fuisset impetratus a reo cum aliqua qualitate, vt scilicet procedat de bono & æquo vel sola facti veritate inspecta, vel quid simile, quia cum tunc iudex ordinarius efficiatur delegatus per huiusmodi cõmissionem vt dicũt communiter Doctores *in l.ius ciuile,ff.de iustit.& iur.Felyn.in c. licet, de probat. & in cap. ea te num. 11.de rescript. Tirrus Alphons.in repet.rubr. ff. de offic.eius cui mandat. est iurisd.nu.38.Ripa respons.2.nu.1.& seq. de rescript.Franc.de Claperijs in tract. de imperio & iurisdict.conclusione 25.per totam,vbi certo modo distinguit Carolus Fallongus in racemat.28.nu.6.& seq.Viu.in com.opin. in verb. iudex ordinarius Petrus Cenedus in collect.iuris Canon.par.2.collectan. 157.nu.1.* vbi more suo multos concordantes allegat, videtur dicendum quod corã eo non possit tentari reconuentio, sed in oppositum puto quod sit veritas, quia licet videatur dele-

758 gatus, nihilominus procedendo procedit ex vtraque iurisdictione scilicet ordinaria, & delegata, & tanquam ordinarius, & delegatus poterit causam terminare, vt dicunt omnes proximè allegati Doctores, & vltra eos, *Ferdinand.de Loazes in allegat.pro oppido de Mula n.54. Thom.Triuis.dec.1.per tot.lib.1.Scacc. in tracta. de iud.p.1.c.16.n.5.* ideo corã eo tanquã corã ordinario poterit reconueniri vltra quod militat dicta ratio, quod non debet quis dedignari eum habere iudicem contra se quem iã elegit pro se, & modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis censetur re-

739 petitus etiam in causa reconuentionis; ideo si in eo dicitur quod in causa cõuentionis procedatur de bono, & ęquo, vel summariè, vel sine strepitu, & figura iudicij, eodem erit procedendum in causa reconuentionis, *c.2.de mutuis petit.Tepat.in d.tit. de reconuent. vers. modus procedendi.*

760 Quarto ampliatur, vt dicta limitatio procedat etiã si iudex haberet iurisdictionẽ prorogatam, Menoch. *in tract.de arb.iud.q.44.nu. 11.Tepatius concl.prad.vers.arbitrium concessum,* quam ampliationem intelligas qñ iurisdictio fuisset prorogata ab ipso actore qui reconuenitur aliàs secus, *Horat.Carpan.super statut.Mediolan.p.1.c.44.nu.8.vbi alios allegat.*

761 Quinto ampliatur vt reconuentio prędicta possit fieri corã iudice laico etiam si actio ortum habuerit post rescriptum impetratũ vel litem inceptam, *Menoch. in tract. de arb. iud.q. 44.n.4.& 6.Tepat. in suis concl. in tit.de recõuent. vers.recõuentionis locus.v. Ceuallos q.818.* & quid si causa reconuentionis est præiudicialis causæ conuentionis, & quando est præiuditialis, vt ibi. Io. Petro Fontanella *de pactis dotalibus Clausula 4.gl.13.p.2.nu.16.cum sequen.*

762 Sexto ampliatur, vt prædicta reconuentio possit fieri in quacunque parte iudicij, ita vt dum durat iudicium durat potestas reconueniendi, *c.dispendia,§.reus de rescript.in 6. Carau. super ritu M. C. V. ritu 67. nu.6.* vbi dicit quod admittitur tãtum vsque ad conclusionem in causa & ad hoc allegat *glo.in c.1.in verb.respondere*

dere

causa, & ad hoc allegat *gl. in c. 1. in verb. respondere circa medium de mutuis petit.* Sed hoc vltimum non est verum, quia reconuentio potest fieri etiam facta conclusione in causa conuentionis principalis, imò in calculo ferendæ sententiæ dummodo non sit lata, est bene verum quod quãdo tali tempore intentatur non operatur, vt iudex debeat in vtraq; causa pari passu procedere, & simul causas terminare, sed tantum vt actor teneatur stare iuri, & assistere iudicio coram iudice quem ipse elegit, *Vinc. de Franch. dec. 376. lib. 2. Tepat. loco cit. vers. reconuentio potest, vbi alios allegat Abb. in c. 1. n. 13. de mutuis petit. Bal. in Authen. & consequenter n. 6. C. de sent. & interloq. om. iud. Boer. sing. 34. in verb. reconuent. n. 2. Marant. in pract. par. 4. dist. 6. nu. 5. Viui. in com. opi. in verb. reconuentio Vinc. Hond. cons. 41. n. 5. lib. 1.* & ipse licet n. 11. dicat quod post litẽ contestatam ex interuallo non admittat recõuentio, & quod hæc opinio sit cõmuniter approbata, nihilominus dẽt intelligi, vt non cõcedat ad effectum, vt simul expediat cum ipsa causa conuentionis principalis, *vt ait ipsemet Hond. ibi n. 12.* licet contrariũ teneat qñ iudex coram quo petit reconuentio esset incõpetens respectu causæ quod tamen non est verum qa DD. supra allegati loquunt indistinctè, ideo nõ audere recedere à prædicta opinione Vinc. de Franc. & aliorũ, *latè Morla in empor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 2. iurisd. om. iud. q. 13. n. 11.* vbi recensec tres contrarias, seu mauis diuersas opiniones in isto articulo, & tandem n. 13. concludit pro vt supra dictum est.

763 Sublimitat modo pdicta limitatio quod clericus possit conueniri via reconuẽtionis corã iudice laico, vt non procedat in causa criminali, in qua nunquam poterit reconueniri coram iudice sæculari, *cap. reganda 3. quæst. 2. Io. Andr. in cap. at si clerici de iudi. vbi etiam Alciat. nume. 9. idem Ioan. Andr. & alij in capit. primo de mutuis petit. Bald. in capitul. 1. de contrauers. apud pares terminand. in vsib. feud. notab. in capitul. vnico, de cler. coniugat. in 6. Siluester in summa in verb. iudex, il 1. num. 4. Curt. iun. in l. 2. numero 48. de iurisdiction. omn. iudic. Carauit. super Mag. Cur. Vicariæ ritu 67. nume. 12. Maccabrun. cons. 44. nume. 23. Aufrer. in tractat. de potestat. iudicis laici super person. eccles. reg. 2. num. 4. vers. quinto nisi in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 289. Marant. in pract. p. 4. dist. 6. n. 53. in fi. car. mihi 131. Foller. in add. ad eundem Marant. eadem p. 4. dist. 11. n. 59. vers. quinto limita cart. mihi 203. Carpan. super stat. Mediol. c. 44. nu. 119. lib. 1. vbi multos alios allegat Greg. Sairus in Claui reggia lib. 12. c. 7. nu. 9. vers. secundus est, Scacc. in tract. crim. p. 1. c. 11. num. 93. vers. in criminali, Fely. in d. c. at si clerici, nume. 9. versicu. fallit 3. de iudic. & ibi etiam Dec. nume. 30. Imol. nume. 5. Bero. nume. 150. Henric Bobic, nume. 6. & Alexand. de Neuo, nume. 39. versicu. secundus casus, Decian. in suo tractat. crimin. parte 1. libro 4. capit. 9. num. 17. in fine, Bonacoss. in commun. opin. libro 1. versicu. clericus effectus post cart. mihi 28. Aretin. in §. idem iuris nu. 46. vers. sed Bald. instit. de except.* vbi ponit rationem hoc est, ne detur materia laico prius delinquendi in personam clerici, vt postea clerico conquerente valeat eundem coram iudice sæculari reconuenire, Prasdos. de Comit. *in tractat. de differen. iuris ciuilis & canonici, numero 26. in primo tomo tractat. diuers. cart. mihi 192. Theophalus Gisibert. Vltramont. in tractat. de reconuent. capit. 11. numero 33. vbi asserit hanc esse communem * opinionem Petr. August. Morla in empor. vtriusque iuris parte prima, titul. secundo, de iurisdict. omn. iud. numero 154. in fine, vbi alios allegat & testatur de commun. opinio. * prout de ea testatur Farinac. quæstio. 8. numero 100. Tepatius in suis conclus. libro primo, tit. de reconuent. versic. ille qui accusat Turrecremat. in cap. accusatores, num. 4. 3. quæst. octaua, gloss. ordinaria super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ in titul. de foro competen. versic. secunda regula cart. mihi 397. post constitut. Regni Clar. in §. final. quæst. 36. nu. 5. qui etiam testatur de comm. * opin.*

764 Quæ sublimitatio ampliatur, vt clericus non possit reconueniri coram iudice laico pro crimine non solum vbi agitur criminaliter verum etiam si ageretur ciuiliter & tam si veniret imponenda pœna corporalis, quàm pecuniaria, *Aufrer. dicto numero quarto, versicul. quinto nisi, Doctores omnes & præcipue Bero. numero 151. in dicto cap. at si clerici de iud.* qui dicit, quod hæc opinio ei magis placet, quàm contraria, *& ibidem etiam Bobic, numero 6. Neuus nume. 148. & Imol. nume. 5. Cardinal Alexan. in cap. multi colum. penult. versicul. in fin. glos. 2. quæst. 1. Maccabr. consil. 44. nume. 66. Marant. in pract. part. 4. distinct. 11. num. 54. vers. secundo limita, Clar. d. quæst. 36. numero 5. vbi asserit istam esse comm. * opin. Sigismun. Scacc. in tract. de iud. cap. 11. num. 93. in fin.*

765 Secundo ampliatur, vt hoc idem procedat tàm si agatur principaliter, quàm incidenter, *Fideric. de Sen. consilio 93. numero secundo, versicul. item quod obijcitur Decian. in tractat. criminal. parte prima, libro quarto, capitul. 9. numero 22.* vbi dicit quod si contra clericum agentem, vel deponentem coram iudice sæculari opponatur quod sit criminosus non poterit super hoc iudex laicus iudicare, *& quod ita contra Innocent. tenet post Hostiens. Ancher. in capitul. ea quæ numero vigesimoquinto, de regul. iuris in sexto.*

766 Sublimitatur secundo quando clericus reconuenitur super re spirituali, vel spirituali annexa, quia hoc fieri non potest corã iudice

V sæcu-

sæculari, *Fel. in c. cum sit generale col. 9. de foro cōpet. Curt. iun. in l. 2. nu. 48. de iurisd. omn. iud. Aufrer. in tract. de potest. ind. laici reg. 2. n. 4. versic. quarto limita Bartolomeus Soc. reg. 412. in 4. limitatione, Aret. in §. idem iuris est, n. 46. vers. sed Bal. instit. de except. Maccabrun. cons. 44. n. 23. Innoc. & communiter scribentes in c. 1. de mutuis petitionibus Doctores in c. at si clerici de iud. Bal. & Sal. in Authent. & consequenter de sent. & interloqu. om. iud. Theophil. Gisbert. Vltram. in tract. de reconuent. c. 11. nu. 32. Bero. in d. c. at si clerici, n. 148. Io. Petr. Bimius cons. 50. n. 14. lib. 1. Turrecr. in c. accusator, nu. 4. 3. q. 8. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro cōpet. vers. secunda regula cart. mihi 397. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 59. vers. quarto limita, cart. mihi 203. Petr. Aug. Morla in emporio vtriusq; iuris tit. 2. de iurisd. om. iud. q. 13. n. 10. vbi alios allegat & testatur de com.* opi. Farin. d. q. 8. n. 102.*

Et ratio huius sublimitationis est, quia iudex laicus non potest se intromittere in causis spiritualibus, vel spiritualibus annexis, *vt dixi sup. in ampliationibus principalibus, & voluit Theofil. Gisbert. d. c. 11. nu. 13.*

767 Sublimitatur tertio in causa feudali, quia in ea nunquam permittitur reconuentio, *Mising. obseru. 10. cent. 1. Tepatius in conclus. lib. 1. in tit. de reconuentione vers. reconuentio non habet locum.*

768 Sublimitatur quarto, quando clericus non ageret nomine proprio, sed alieno nomine, vt tanquam procurator, vel tutor, vel curator, quia tunc non poterit reconueniri coram iudice coram quo agit, quia isto casu cessat ratio propter quam conceditur reconuentio nēpe approbatio, seu electio iudicis, *Alex. de Neuo in pluries citato, c. at si clerici, num. 39. versic. quartus est casus de iud. Hieron. Pappon. cons. 58. num. 51. & 52. lib. 1.*

769 Sublimitat̃ quinto, quando clericus in fraudem conueniret laicum coram iudice sæculari, vt ibi reconueniretur, vt si procurasset, & captasset sibi fieri cessionem a laico, & exinde ageret ex iure sibi cesso, quia detecta tali fraude non posset reconueniri etiam quod clericus hoc petierit, *Ang. in l. 2. §. sed si agat, ff. de iud. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesi. reg. 2. limit. 3. n. 4. vers. limita tamen in 16. tom. tract. diuer. car. mihi 289. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compe. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Regni Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 59. car. mihi 203.* & ratio est, quia cum hæc prorogatio iurisdictionis dicatur legalis, *secundum Bal. in l. 2. §. sed si agant, ff. de iud. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 93. vers. etenim isto,* sequitur quod cum isto casu prorogatio non dicatur facta a lege, sed ab homine non erit valida, *Aretin. in §. idem iuris est num. 46. de except.*

770 Sublimitatur sexto, vt dicta limitatio non procedat in clerico agente pro deposito, quia in deposito cessat reconuentio, *c. bona fides extra deposit. Matthes. in d. Authen. & consequenter, num. 10. C. de sentent. & interloqunt. omn. iud. Soc. in c. 1. num. 61. de mutuis petit. Carauit. super ritu M. C. V. ritu 67. nu. 15. Carpan. super stat. Mediol. p. 1. c. 44. num. 114.*

771 Sublimitatur septimo, vt non procedat dicta limitatio in causa executiua, vt si clericus peteret executionē instrumenti habentis executionem paratam, *Bald. in Authent. & consequenter num. 14. C. de sentent. & interloquut. omn. iud. Bar. Soc. reg. 422. fall. 18. Marian. Soc. in c. 1. nu. 60. de mutuis petit. Cauale. dec. 28. num. 11. & 19. parte 2. Socin. sen. cons. 167. num. 26. & seq. lib. 2. Ancher. Regiens. in quæst. famil. lib. 2. quæst. 18. num. 1. & sequen. Tepatius in d. titu. de reconuentione versic. an reconuentio admittatur, Carpan. super statut. Mediol. par. 1. capit. 44. num. 115. & 116. vbi allegat Marant. dicta dist. 6. num. 50. & 51. & Menoch. in tractat. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 649. & idem dixit etiam Honded. cons. 21. n. 28. lib. 1.* vbi hanc conclusionem limitat quando fieret reconuentio de aliqua causa pariter exequutiua, *Ancher. d. q. 18. n. 6.*

773 Sublimitatur octauo, vbi per reconuentionem veniret restringenda, vel grauanda persona clerici, tali namque casu non admittitur recōuentio, quia illa semper est interdicta iudici sæculari licet ipsi sit permissa cognitio causæ reconuentionis, *Archid. in c. unico de cler. coniugat. in 6. glos. super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ in tit. de foro competent. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constitut. Regni Foller. in addit. ad pract. Marant. distin. 11. num. 59. versic. sexto limita cart. mihi 203. Aufrer. in tracta. de potesta. iudi. laici super person. eccles. regu. 2. limit. 3. versic. 6. nisi ageretur in 16. to. tract. diuers. car. mihi 289 Farin. in tract. crim. q. 8. n. 103. Maccabr. cons. 44. n. 23. Carpan. qui alios allegat d. c. 44. n. 98.*

774 Sublimitatur nono, quando clericus ageret in iuditijs possessorijs, & summarijs, & alijs celeritatem exposcentibus, quia tunc non poterit reconueniri pro causa plenaria, *glos. in c. fin. de iudic, & in cap. fin. de ordin. cognit. Specul. in tit. de reconuent. §. nunc dicamus nu. 11. Innoc. & Soc. in c. 1. n. 58. & 62. de mutuis petitiou. Ancher. Regiens. q. 42. n. 50. lib. 3. Soc. regul. 412. in 3. Fallen. Guido Papa sing. 850. Vinc. de Franc. dec. 193. n. 10. Iaffred. Bald. dec. 279. Vinc. Hond. cons. 21. nu. 27. & 29. lib. 1. Carpan. super statut. Mediolan. lib. 1. cap. 44. nu. 109. & 110. Tepat. in conclus. lib. 1. in tit. de reconuent. in princ. & versic. reconuentio non habet locum, & vers. quando vna causa, & vers. reconuentio in causa Rom. sing. 781. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu 184. n. 3. Carauit. super ritu M. C. V. ritu 67. n. 7.*

775 Quę sublimitatio non procedit si causa pro qua

qua clericus reconuenit esset pariter summaria, vt si ageret remedio retinēdæ possessionis, quia in ea poterit legitime reconueniri remedio recuperādæ, *Doctores oēs, & præcipue Bal. n. 10. Ang. n. 9. & Paul. de Cast. n. 6. in pręcit. Auth. & consequenter de sent. & interloq. om. iud. Abb. in d. c. 1. nu. 18. de mutuis petition. Menoch. in tract. de retinend. poss. remed. 3. q. 84. n. 75. Carauit. eod. n. 7 Hond. d. n. 27. Carpa. super stat. Mediol. c. 44. n. 111*

Quæ nona sublimitatio sublimitat̄ duobus
776 modis primo interdicto retinendæ in quo clericus poterit recōueniri iuditio ꝓprietatis, & sic petitorio, *Guido Papa cons. 183. Vinc. de Frāc. dec. 193. nu. 4. Tepatius in d. tit. de reconuent. vers. clericus intentans.*

Secundo fallit qñ reconueniens renūtiaret
777 priuilegio recōuentionis scilicet, si esset conuentū ne vtraq; causa simul expediat, sed separatim de eis cognoscat̄ tūc enim ēt in summarijs dat̄ & concedit̄ reconuentio, *Bar. in d. Authen. & consequenter n. 13. C. de sent. & interloqu. om. iud. vbi ēt Paul. de Cast. n. 6. & cæteri Doctores cōiter Carpan. super stat. Mediol. p. 1. c. 44. n. 109.* vbi dicit, quod in iudicijs summarijs non dat̄ reconuentio ad effectū retardādi tale iuditiū, sed bene dat̄ ad effectum protogandi iurisdōnem iudicis, *Hond. & Carauit. in locis proxime cit.* qui Carau. dicit quod cū in Regno Neapolitano prout in isto Regno Siciliç oēs causç sint summariæ per pragmaticas ipsorū Regnorū, sequitur vt indistinctè in omnibus causis possit fieri reconuentio.

Sublimitat̄ 10. in causa appellationis, qa
778 coram iudice appellationis nō pōt peti recōuentio, sed tm̄ compensatio, *l. 2. §. legatis, ff. de iud. Innoc. in c. 1. de mutuis petit. & ibi ēt Hostiens. n. 10. Bal. n. 12. Matthes. n. 14. & cæteri scribentes in Auth. & consequenter C. de sent. & interloq. om. iud. Spec. in tit. de reconuent. §. nunc videamus n. 6. Guido Papa dec. 85. n. 55. Rot. Rom. dec. 1. in tit. de mutuis petitio. in antiq. Iaffred. Lansr. Balb. dec. 65. Rom. sing. 181. Io. Ferrar. in tract. de app. nu. 246. Marant. in pract. p. 4. dist. 6. n. 24. qui asserit hāc esse comm.* opi. Marian. Soc. in d. c. 1. n. 95. de mutuis petition. Bar. Soc. reg. 412. in 5. fall. Affl. super cōstit. Regni rubr. 45. de app. in fi. & ibi Addentes in fi. ibi Addentes in lit. A, lib. 2. Tepatius in conclus. lib. 1. in tit. de reconuent. vers. in causa appellationis Cæsar Bartius dec. 106. n. 14. vbi multos alios allegat & testatur de cō.* opi. Carpan. d. c. 44. n. 112. Vinc. Hond. eod. cons. 21. n. 14. lib. 1.* vbi per totū consiliū latè examinat quid sit dicendum qñ fuisset tm̄ appellatū ab interloquutoria, & qd si ab interloquutoria absoluente ab obseruatione iudicij, de quibus cōclusionibus vide *ēt Tepatium in tit. prædicto vers. in causa appellationis, Nattam cons. 155. num. 4. lib. 1.*

779 Sublimitatur 11. vt dicta limitatio non habeat locum coram arbitro voluntario, quia coram eo clericus non poterit reconueniri, *Specul. in tit. de reconuent. in princ. n. 1. Rom. sing. 150. vbi Addentes Soc. in c. 1. nu. 26. de mutuis petition. Carpan. super statut. Mediol. c. 44. nu. 86. Carauit. super ritu M. C. V. rit. 67. nu. 11.* vbi adducit rationem scilicet, quia arbitrer non potest iudicare nisi de contentis in cōpromisso, *c. cum*
780 *dilectus de arbit. l. de ijs ff. eo.* quod secus est corā arbitris eligendis ex dispositione statutorum quia corā eis procedit reconuentio, *Roma. sing. 783. Bart. Soc. d. reg. 412. in 10. Fallen. Soc. eod. nu. 26. vers. sed maius dubium Carpan. c. prædicto n. 87. Arnon. sing. 95. Mare. Ant. Blanc. in tract. de compromiss. in 4. q. princ. n. 23. Marant. d. dist. 6. n. 12.*

781 Sublimitatur 12. qñ clericus ageret nomine ecclesiæ vt tanquam prælatus vel rector qa isto casu ēt nomine ipsius ecclesiæ non poterit reconueniri ex quo non pōt clericus agendo coram laico subijcere ei ecclesiam, *Bal. in c. at si clerici vbi etiam Alex. de Neuo nu. 39. vers. tertius ergo casus de iudice.*

Sublimitatur 13. quando causa reconuen-
782 tionis pareret præiudicium causæ conuentionis, vel è contra quia tunc nō procedit reconuentio, *Tepatius in tit. de reconvent. ver. reconuentio an habeat locum allegat Bart. in l. 1. C. vbi de causa status.*

783 Sublimitat̄ 14. qñ laicus in fraudē procurasset cōueniri à clerico, vt qa illi intulisset iniuriā, vel damnū ad hoc, vt si clericus de tali iniuria, vel dāno cōquereretur posset illum reconueniri coram iudice laico, *c. relatū iūcta gl. in verb. seculari de iure patron. Abb. in c. dilectus in 3. col. in fin. de arbit. Ant. de Butr. in c. ecclesia S. Mariæ col. 2. de const. Fel. in c. at si clerici, n. 9. vers. & primo quidē fallit de iud. quos oēs refert & sequitur Farin. in tract. crim. q. 8. n. 101. & vltra prædictos idē dixerunt Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. eccl. reg. 2. n. 4. ver. secundo limita vbi dicit pro ista sublimitatione esse bonū tex. in d. c. relatum, Spec. in tit. de reconuen. §. 1. vers. quid si laicus iniuriatur Teophil. Gisbert. Vltram. in tract. de reconuent. c. 11. n. 31. Ang. in Authen. & consequenter C. de sentent. & interloquu. omn. iud. Soc. in c. 1. in quinto articulo principali, col. 5. vers. retenta tamen prima opinione de mutuis petit. Vincent. de Franch. decis. 193. num. 5. 6. & 7. vbi declarat quomodo procedat ista fallentia Henric. Bohic in c. at si clerici, num. 8. de iudic. & ibi etiam Alexan. de Neuo num. 39. gl. ordin. super ritu M. C. V. in titu. de foro competen. versicu. secunda regula cart. mihi 397. post constitut. Regni Marant. in practic. part. 4. distinct. 6. num. 53. in fine cart. mihi 131. Foller. in addit. ad eundem Marant. eadem parte quarta, distinct. 11. nume. 59. versicu. secundo limita cart. mihi 203. Carauit. super eodem ritu M. C. V. rit. 67. num. 18. & 19.* vbi dicit,

quod talis fraus non debet prodesse illam committenti.

Sublimitatur 15. quando esset iam lata sen-
784 tentia super conuentione, & sic finitum iudicium, quia isto casu clericus non poterit recōueniri coram iudice sæculari, *glos. magna in c. fin. de iudit. Bero. in c. at si clerici nu. 155. vers. non obstat tertium eod. tit. Socin. regul. 332. in vltim. fallent. Bald. in Auth. & cōsequenter vers. sed quæro C. de sentent. & interloqu. omni iud. Vincent. de Franch. præcitata decis. 193. n. 9. lib. 1. vbi alios allegat, & decis. 376. per tot. lib. 2.*

785 Sublimitatur 16. quando clericus ageret nomine proprio, & reconuentio fieret alieno nomine vt nomine ecclesie vel tutorio nomine, *Alex. de Neuo in c. at si clerci n. 39. ver. quintus casus est, de iud.*

786 Sublimitatur 17. quando clericus conueniret laicum super actione famosa vel pro iniuria sibi illata, *Angel. in l. 2. §. sed si agas ff. de iudit. Foller. in addit. ad Marant. p. 4. distinct. 11. n. 59. vers. tertio limita cart. mihi 203. Aufrer. in tractat. de potest. iud. laici super person. ecclesi. reg. 2. n. 4. vers. tertio limita 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 289. glos. ordinaria super Ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constitu. Regni.*

787 Sublimitatur 18. quādo adesset cōsuetudo in contrarium quia stante consuetudine clericus non poterit reconueniri corā iudi ce laico, *Gail obseru. 37. n. 6. lib. 1 Affl. decis. 173. prout eos allegat. Sigismund. Scaccia in tract. de iudit. p. 1. c. 11. n. 93. versic. etenim isto*, sic etiam quando vertitur quæstio an clericus possit reconueniri coram iudice sæculari, & extant opiniones
788 hinc inde, tunc omnino est attendenda consuetudo, *Remigg. de Gonn. in tract. de caritat. subsid. q. 61. n. 38. in 15. to. tract. diuers. car. mihi 184.*

789 Et licet clericus possit reconueniri coram iudice laico in casibus de iure permissis, attamen iudex laicus nunquam poterit pro tali reconuentione eius personam tangere, & in eam manus imponere, *& vltta citatos supra in octaua limitatione hoc idem dixerunt Archid. in c. vnico de cleric. coniugat. in 6. Lapus alleg. 118. Felin. in c. at si clerici in 4. fallent. de iudit. prout prædictos allegat. Scaccia d. c. 11. nu. 102.* Ideo facta
790 condēnatione p iudicē laicum in causa recōuentionis quādo esset faciēda exequutio contra personā clerici debet fieri per iudicē ecclesiasticum, *Archid. & Lapus in locis præallegatis Butri. & Marian. Socin. in c. 1. de mutuis petitio. Arnon. comment. 58. Vrsill. in adnotat. ad Affl. decis. 173. n. 2. Aufrer. in tractat. de potestat. iud. eccl. super laicis n. 4. vers. centesimosecundo in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 129. Viui, decis. 49. n. 6.*
791 secus si exequutio esset facienda super bonis qa tunc poterit fieri per eundē iudicē laicū q sententiam tulit, *Ioan. Lupus in repet. c. per vestras in §. seu sectione incipiente, sed est pulchra dubitatio n. 2. cart. mihi 292. de donat. inter virum, & vxor.* vbi dicit quod licet iudex sæcularis possit exequutionem prædictam facere attamen tutius est ad euitandam contrariam opinionem vt illam remictat iudici ecclesiastico.

792 Et clericus reconuentus coram iudice laico si reportaret sententiā contrariā debet appellare ad iudicē laicū superiorem ipsius iudicis qui tulit sententiam, *Innocent. in c. licet ex suscepto in 1. col. in glos. 1. de foro compet. Archid. in c. non ita 2. q. 6. Bertacch. in tractat. de episcop. p. 5. lib. 4. n. 95. in 13. tom. tract. diuorsor. p. 2. cart. mihi 353. & in suo reper. in verb. clericus reconuentus.*

Nec ommittam dicere q quando clericus reconueniīt corā iudice laico vel quouis alio
793 modo subijcit iuditio laicorum, tūc semper in decisorijs debet attendi ius canonicum, & nō ciuile secus in ordinatorijs, qa in eis attēditur ius ciuile, & statuta, & consuetudines, & ritus curiæ in qua litigat, *Duenas reg. 135. Gramm. decis. 29. n. 14. Doctores in c. 1. de operi noui nūtiat. & in c. conquestus de foro compet. Socin. in c. 2. nu. 20. de mutuis petition. Horat. Carpan. super Statut. Mediolan. c. 44. n. 96. lib. 1. Iacob de Carolis in gemmato pauone, colore sexto n. 29. vers. iusta hæc quæro cart. mihi 266. & dicam infra in effectu immediatè sequenti.*

794 Et si clericus nolit respondere in causa reconuentionis propositæ corā iudice laico, poterit tunc ipse iudex laicus ei denegare audien tiam in causa suæ petitionis, *Vincen. de Franch. dec. 193. nu. 15. & 16. Tepatius in suis conclusion. in tit. de reconuent. vers. actore non respondente lib. 1.*
795 Et causa reconuentionis debet terminari simul cum causa conuentionis si vtraque causa est liquida, *Misinger. obseruat. 10. cent. 1. Vincen. de Franch. d. dec. 376. p. 2. Cappell. Tholo. dec. 367. Tepatius tit. prad. vers. natura reconuentionis est.*

796 Et sicut clericus agens coram laico poterit ibi reconueniri sic econtra laicus agens contra clericum in curia ecclesiastica poterit corā eodem iudice ecclesiastico reconueniri, *c. cuius in agendo 3. q. 8. auth. & consequenter C. de senten. & interloquut. omn. iud. Aretin. in §. idem iuris nu. 46. instit. de except. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccl. super laicis, & eorum bonis nu. 37. uers. quadragesimonono in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi 128. Caualcan. qui alios citat dec. 19. nu. 60. & dec. 23. nu. 9. vers. nam dicebat lib. 3.*

797 Limitant quartò dictum primum effectum clericatus per quem clerici sunt exempti a potestate, & iurisditione principis, & iudicis laici in clerico incorrigibili qui propter incorrigibilitatem poterit puniri a iudice sæculari ēt nulla præcedente degradatione, *est text. in c. cū non ab homine de iudit. prout illud ita interpetrantur*

Io.

Io.Andr.Cardinal.& Imol.ibi Couarr.in lib.pract. quaest.c.32.nu.2.vers.secundo est vbi testatur de comm. opin.* & dicit quod fere omnes qui hanc quest.tractant hanc opinionem manifeste tenent, *Specul.in tit.de homicid.§.1.n.3.Siluester in summa in verb.iudex il primo nu.4.in fi.Brun.cons. 115.n.12.& seq. inter cons.crim diuers.to.2.Bossi. in tract.crim.in tit. de foro compet.nu.131. Alex. de Neuo cons.59.nu.30.* vbi ponit an isto casu requiratur declaratio, & an iudex laicus possit capere clericum incorrigibilẽ propria authoritate an vero requiratur vt iudex ecclesiasticus illum tradat iudici seculari, *Foller. in pract. crim.in verb. audiantur excusatores nu.40. & seq. Bombin.cons.10.nu.5.Belluga in specul.prin.rubr. 11.§.videndum nu.17.in vltimis verbis Decian.in suo tract.crim. p.1.lib.4.c.9.nu.150.vers.secundo requiritur Scaccia in tract.de iudit. p.1.c.11.n.54. vbi asserit quod ista est comm.* opinio *Brun. a Sole in compend. resolut. proposit.iuris in verbo clericus depositus Bertachin. in tract.de episc.p.5.lib.4.nu. 95.in 13.to.tract.diuers.car.mihi 353.Soc.reg.79 Fallent.10.Aufrer.in tract. de potestat.laici super person.ecclesiast.regul.1.limit.5.n.13.in 16.tom. tract. diuers. cart. mihi 287.* vbi dicit quod haec fallentia habet locum qñ clericus est verbaliter depositus, & postea excommunicatus, & deinde crescente cõtumacia anatematizatus, *Rimin.iun.cons.685.nu.44.lib.6.Henric.Bohic. in c.cum non ab homine nu.6.& in c. at si clerici nu.3. de iudit.Abb.in cap.ex parte nu.3.de cler.coniugat. Anaber.in d.c.cum non ab homine nu.1.& 8.& ibidẽ Deci. nu.70. Turrecrem. in c. si quis sacerdotum nu.1.11.q.1.Cassan.super consuet.Burgund.rub.1. §.5.n.57.vers.nono fallit car.mihi 196.gl.sup ritu M.C.V.in titu.de foro cõpet.lit.B. cart. mihi 396. post.constit.Regni Pet.Cened.in collectan. iuris canonici.collect.37.num.12.p.1.*

798 Clericus autẽ tunc dicitur incorrigibilis qñ a suo episcopo ter reprehẽsus, & monitus nõ se emendat, & desistit a delictis, *c. contingit il 2. de sent.excomm. Gem. in c. neminem 45. dist. Butr. & Fel. in c. cum non ab homine de iud. Celsus Vgo cons.65.num.2. in fi.Tiber.Decia.in suo tract. crim.p.1.lib.4.c.9.n.130.Farin.q.8.n. 49.& seq.*

799 Item dicitur incorrigibilis clericus qui penitentiã sibi iniunctam ob aliquem excessum non exequitur vel se occultat, vel tergiuersat, *c.vt famae de sentent.excomm.Decian.eod.n. 130.*

800 Item incorigibilis dicitur etiã clericus, qui committit crimen depositione dignũ, & postquam est depositus adhuc est incorrigibilis, & propterea excommunicatur, *iuxta tex. in d. c.cum non ab homine de iud.* Vel quia se enormitatibus ingerit, & immiscet, *c. perpendimus de sententia excomm.secundum opinionem mag.comm. Doctorum intellectam, Boss.in tit. de foro compet.n. 134.139.& 140.Scacc.in tract.de iud.p.1.c.11.n. 62.& 63.*vbi vlterius dicit quod si delictũ per

801 clericum cõmissum non est enorme, & seuum ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis, requiruntur plura delicta, & vnum non sufficit, Io. Andr; Butri.& Abb.*i d.c.perpendimus Alex. de Neuo cons.59.nu.20.& 21.Couarr.in lib.pract. quaest.c.32.n.20.Roland.a Valle cons.4.n.32.lib. 1.late Farinat.d n.49.& seq.*

882 Item clericus dicitur incorrigibilis quando committit vnicum delictũ dummodo delictum sit seuum, & enorme, & taliter declarat per Episcopum, & in talibus delictis enormibus, & grauissimis non est tunc necessaria perseuerãtia, & reiteratio delictorũ ad hoc vt delinquens dicatur incorrigibilis, *vt dixerũt Guliel.de Buneditt.in repet.c. Rainutius in verb. vxorem nomine Adelesiam decis.1.n.149. de testam. Boer.decis.69.n.16.Clar.in §.fin.q. 36. vers.quaero modo Farinat.q.8.n.55.Scaccia d.c.11.n.64.& 65.* vbi ponit exempla delictorũ enormium, & saeuorum, & n.66. dicit quod de consuetudine seruatur quod clericus propter vnũ enorme, & saeuum delictum relinquitur puniẽdus curiae saeculari etiam poena vltimi supplitij, *ita Dec.in c.at si clerici col. fin. de iudit. Diaz in pract. crimin.c.290.* qui dicit quod ita pluries fuisse, obseruatum, *August. in add. ad Angel. in tract. malefit.in verb.& ibi caput num.43.Clar.d.q.36. vers.pariter,* vbi dicit se de facto ita vidisse obseruatum, & quod multi tenent hanc opinionem pro magis cõmun.*Bossi.in tit. de crim. lesae maiest.num.86.*

803 Itẽ clericus dicitur incorrigibilis quando perseuerat in delictis licet non sint eiusdẽ generis, & qualitatis sed diuersa vt si commiserit homicidium furtum vel apportauerit arma, & similia patrauerit dũmodo delicta sint plura *Abb.in c.cum non ab homine col.pen. circa principium,& ibi etiam Deci.& Fel.n.14.& Barbat.in addit.ad eundem Abb.de iudit. Bombin. in addit. ad suum, cõs.10.n.5.in lit.A.Decia.in tract.crim. p.1.lib.4.c.9.num.130.*

804 Nec est opus vt sint plura, atque plura delicta ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis, sed sufficit sint duo, *vt dixit Repert. Inquisit. in verb.bis,& quod haec sit magis commun. opin. dixit Aufrer.in Clement.1.de officio ordinarij Clar. dict. quaest.36. vers. quaero modo, Farinac. dicta quaest. 8.nu. 55. prout praedictos allegat Scacc.in tract.de iud.p.1.c.11.n.63.& 67.*vbi dicit, quod in hoc articulo melius est, ac tutius relinquere arbitrio iudicis ecclesiastici, qui secundum qualitatem facti, & personarum decernat an ita delinquẽs

805 debeat relinqui curiae saeculari an nõ, & quod episcopus uon possit cogi ad illos remittendũ & degradandũ pro vnico delicto, *dixerunt Couarr.in lib.pract.quaest.c.20.n.7.Clar. q.36. vers. pariter in fi.& huic opinioni videtur assentire in add.*

ad

ad Ang.in trac.malefit.in verb.& ibi caput n. 43.

806 Et licet supradictis modis quis dicatur, & asseratur incorrigibilis nihilominus magis proprie, & vere incorrigibilis is dicitur qui correctionis suæ,& melioris vitæ nullã spẽ reliquit,*ita dicit Decian.in c.cum non ab homine,nu.* 17.*de iud.Decia.in tract.crim.p.*1.*lib.*4.*c.*9.*num.* 130.*vers.item fugiens*,qui *in vers.sufficit ergo*, dicit quod ad hoc vt quis sit incorrigibilis iuxta præsentem fallentiã satis est vt sit ex illis,qui largo modo dicũtur incorrigibiles prout sunt hi omnes qui parui pendunt, & contemnunt legales pœnas impositas,& mandata suorũ iudicum, & deliberate illis reclamantibus volunt delinquere,*allegat glos. Domin. & omnes in c.Metropolitanum* 2.*q.*7.*& quod pro hoc faciunt dicta per Fel.in c.cum quidam n.* 11.*de iureiur.& in c.*2.*n.*11.*de maiorit.& obed.*

807 Et ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis incorrigibilitas, & pluralitas delictorum debet concludenter probari, nec sufficit vt quis fuerit de diuersis delictis inculpatus vel prosequutus nisi constet talia delicta cõmisisse, *Celsus Vgo cons* 63.*in princ. vbi ad hoc allegat c. at si clerici ibi legitima probatione conuicti, & c. cum nõ ab homine ibi legitime conuictus, & vtrobique Doctores,& præcipue Barbat. in d.c. cum non ab homine col.*3.*vers.nota ibi legitime Alex.cons.*72. *col.*1. *&* 2.*vol.*1.*& dixi supra in* 1.*fallent.* Et ratio est

808 quia isto casu iurisdictio iudicis laici fundatur super incorrigibilitate ipsius clerici, ita vt aliter de eo non posset cognoscere, at vbicunque alicui iurisdictio nõ competit regulariter, sed respectu alicuius qualitatis tunc illa qualitas ante omnia legitime, & cõcludenter probari debet *Celsus Vgo cons.prædicto u.*1.*& dixi supra in dicta prima fallent.*

Immo requiritur sententia per quã expres-

809 se declaretur quod clericus prosequutus sit incorrigibilis,ita *Fel.in d.c.cum non ab homine, nu.* 9.*de iud. Foller.in pract.crim.in verb. audiãtur excusatores n.*40.*Capic.dec.*112.*n.*6.*Diaz in pract. crim.canon.c.*131.*Clar.in* §.*fin.q.*36.*n.*29. Et licet contra hanc conclusionẽ tenuerint Farin. *in tract.crim.q.*8.*n.*51.*Scacc.in tract. de iudic. p.* 1.*c,*11.*n.*69.*vers.contrariam sentẽtiam, & Decia. in tract.crim.p.*1.*lib.*4.*c.*9.*n.*130. *in vltimis verbis*,nihilominus prima opinio est magis communiter recepta pro qua prima opinione bene facit illa communis,& verissima conclusio quod clericus incorrigibilis nõ potest per iudicem sæcularem propria authoritate puniri nisi ei sit traditus per iudicem ecclesiasticum, *Socin.in c.vt famæ,n.*17.*de sentent.excommu.*

Et licet isto casu requiratur sententia declaratoria incorrigibilitatis nihilominus non re-

810 quiritur aliqua degradatio actualis ad hoc vt clericus incorrigibilis possit puniri per iudicẽ sæcularem, *dicit Clarus qui alios allegat,& testatur de comm.opin.in* §.*fi. q.* 36.*nu.*28. *Domin.de S. Gemin.in c.*1.*de homicid. in* 6. *Aufrer. in tract.de potest.iud.laici super eccles.person. regul.* 1.*fallen.* 18.*in vltimis verbis,in* 16.*tomo tract. diuers.cart. mihi* 288.*Lelius de Zanchis in tract.de priuileg.eccles.priuileg.*79.*num.* 9.

811 Et pro complimento præsentis limitationis dico, quod clericus incorrigibilis poterit eijci a foro ecclesiastico, non obstante quod semper detulerit habitum, & tonsurã, & seruauerit disposita,& ordinata per sacrum Concilium Tridentinum sess. 23.c.6. de reformat. *Scacc.d.c.*11.*n.*68.vbi dicit, quòd ita seruatur in practica, & ita ego etiam vidi fuisse determinatum in Curia Romana anno Domini

812 1589.quotẽpore ibi studio incumbebã, & licet multi dicant quòd clericus incedens in habitu,& tõsura nunquam efficiatur de foro iudicis laici,licèt infinita, & grauissima scelera cõmiserit,& in eis perseuerauerit, & illa pluries reiterauerit, *cuius opinionis fuit, Foller. in prac.crim.in verb.audiantur excusatores, nu.* 41. *Roland.a Valle cons.*4.*nu.* 32.*lib.* 1.*Boss.in tract. crim.in titu.de foro compet.n.*134. vbi testatur de commu.* opi. & dicit quòd de facto interrogatus ita respondit Clarus *d.q.*36.*n.* 20. *Farin. eadem q.*8.*n.*58.nihilominus Scacc. *in tract. de iud.p.*1.*c.*11.*n.*68.*vers. neque obstat*, ad eos omnes respondet hoc modo,scilicet, quod est verum quod non efficitur de foro sæculari prius quam sit expulsus ab ecclesiastico ipso iure, vel a iudice,etiam quod infinita delicta commiserit, sed quod non possit expelli si detulerit habitum,& tonsurã hoc Doctores non dicunt,imò ex eorum dictis colligitur oppositũ, & præcipuè ex Bossi.dũ dicit, & fatetur quòd potest expelli, &c. *& in omnibus supradictis seruanda est dispositio tex.in c. cum non ab homine,de iudicijs, cum alijs traditis per Ambros. de immun. eccles.c.*17.*nu.*28.*& seqq.*

813 Limitatur 5. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest se immiscere, & ingerere in causis clericorum, vt nõ procedat quãdo clericus esset degradatus, & traditus curiæ sæculari quia tali casu iudex sæcularis poterit illum punire quauis pœna etiam vltimi supplicij,*c.nouimus de verb.signifi.c.*2.*de pœnis in* 6. *Socin.reg.*56.*n.*11.*Siluester in summa in verb.iudex il* 1.*n.*4.*Bart.in l.*1.*ff.de penis,Io.Lupus in repet.c.per vestras in* §.*seu sectione, sed est pulchra dubitatio,n.*20.*cart.mihi* 295.*de donat. inter virũ, & vxorem Abb.in c.ex parte nu.* 3. *de cler.coniug. Clarus in* §.*fina.q.*36.*n.*37.*Ancher. in c. ad falsariorum,n.*4.*de crimine falsi, Dec. in c. cum non ab homine,n.*68.*de iud. Cassan.super consuetud. Burgun. rub.*1.§.5.*n.*56.*cart. mihi* 296.*glos. super ritu M. C.V.in tit.de foro compet.lit.B.in fallent.cart.mihi* 396.

396.*post constit.Regni Boss.in tractat. crim. in tit. de foro compet.n.*140.*Diaz in pract. crim.canon.c.* 133.*Conrad.in pract.in titu.de inquisit.nu.* 8.*vers. quarto,quādo quis cart.mihi* 246.*Marant.in pract. p.4.distinct.11.nu.71. vbi alios allegat cart. mihi* 204.*Iacob.de Graff.dec.aur.p.1.lib.4. c. 18.num.* 150.*Villalobs in comm.opin.in verb.clericus,n.* 72 *Maria.Soc.iun.in c.peruenit,nu.* 130. *de sent.exco. Scacc.in tract.de iud.c.* 11. *n.* 58. *vbi alios allegat & testatur de comm.* opin.Farin.in tracta.crim.q.* 8.*n.*71.*Marf.in tract.de bannit.in verb. indice nu.* 217.*Decian.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.nu.* 120. *Scapp.in tract.de iure non scripto lib.1.c.30.nu.6. & 7.*vbi dicit quod licet de iure videatur contrarium determinatum, attamen in practica seruatur ista opinio, & ita in isto Regno vidi pluries practicari,& obseruari in illis qui traduntur officialibus laicis per inquisitores hereticæ prauitatis.

814 Degradatio vero est duplex scilicet verbalis, & realis, siue actualis, *Bart. in l. qui vno §. exauctorator,ff.de re milit.Bal. in Auth. presbyteros,C.de episc.& cler.Specul.in tit.de accusat. §.2. Clar.in §.fi.q.74.Soc.iun.in c.peruenit, n.* 132. *& seq. de sentent. excomm. Menoch. in tract. de arbit.iud.casu* 415.*n.4.Farinac.d.q* 8.*nu.72.Scacc. in tract.de iud.p.1.c.11.num.71. Ortens.Caual.in pract.de testib.p.3. n. 64. Summistæ fere omnes in verbo degradatio Thom. Zerola in praxi episcop. in*
815 *verb.degradatio in princip.* Verbalis autem degradatio est illa quæ fit per solam, & simplicē sententiam qua clericus criminosus perpetuo ab ordinibus sacris depositus declarat,*c.qualiter, & quando de accusatio.Bero.in c.at si clerici,n.* 83.*de iud.Io.Aloif.de Leo in l.officiales,n.14. C. de episcop.& cler.* **Menoch.d.casu** 415.*n.* 5. vbi dicit
816 quid degradatio verbalis est terminus pœnæ quando iudex ipse ecclesiasticus nolit progredi ad actualem degradationem,sed tantū verbali est contentus, *allegat Bald. in d. l. officiales quod dixit etiam Farinac.d. n.72.* Et talis degradatio magis propriæ depositio vocari solet, *Clar.in §.fi.q.74.in princ. Franc. Pegna in scholia ad direct.inquisit. Eimer scholia 69.col.5. Menoch. casu predicto n.5.& 7.Scacc.eodem n.71. Flamm. Cartar.in tract.de exequut.sentent.capto bannit. c. 1.n.289.Farin.d.q.8.n.* 72. *Io. Aloif.de Leo in d. n.*14.Et talis verbalis degradatio, seu depositio fit ad duplicem effectum hoc est aut ad pœnam vt quia clericus deponitur ab officio,vel
817 beneficio,& per eam nūquam ammittitur priuilegium fori,aut ab ordine, & tunc eijcitur a foro ecclesiastico,*Menoch.d.casu.415.n. 5. & 6. Scacc.eodem c.11.n.72.Marian.Soc. iun.in c. peruenit,n.*130.*& seq. de sentent. excomm.* Actualis
818 seu realis degradatio est quando vltra depositionis senteutiam clericus nō se emendat, sed vt prius delictis se ingerit ideo ob incorrigibilitatem delinquentis iudex ecclesiasticus illū curiæ sæculari tēporaliter puniendū tradit, & ne sæcularis manus violentas in clericū inijciendo incurreret in aliquam excommunicationē ante traditionē ecclesiasticus talem clericū ex authoritate debet,& desacrare per verba consacrationi contraria de qua degradatio
819 ne qualiter fiebat, & quibus solemnitatibus de iure canonico antiquo, & quomodo hodie ex dispositione Sacri Concilij Tridentini habetur, *in c. degradatio vbi glos. & scribentes de pen.in 6.& in c.cum non ab homine de iud. & in c. nouit de verb.signific.c.Felix 5.q.7.c.non potest de re iud.& in sacrò Concilio Trident.habetur sess.13.c. 4.de reform.& ex nostratibus tradiderunt Marant. in pract.p.4.dist.11.nu.71.& 72.cart.mibi* 204. *Io.Aloif.de Leo in d.l.officiales num.15. C. de episcop. & cleric.* vbi ponit quot episcopi sunt necessarij qn degradandus est sacerdos, quot qn est diaconus, quot qn subdiaconus, & quot qn est in minoribus cōstitutus,& n.16. ponit formam sententiæ degradationis,*Scac.d.c.* 11. *n.73.& 75.Farinac.eadem q.8. n.72. in fi.* vbi dicit quod forma,& cæremoniæ obseruandæ in degradatione facienda ponuntur in Pontificali Romano *cart.190.& seq.Menoch. in tract. de arb.iud.casu* 415.*n.8.& per tot.* qui ponit etiā formā sentētiæ degradationis, *Borgas. in tract. de irregul. in tit.de sentent.deposit.nu. 7. & per tot. cart.mihi* 445.& in degradatione episcopi quo modo obseruat,& quæ requirūtur ponit etiam Mart.*de iurisd.p.4.cent.2.cas.131.nu.11. Andr. Gambar.in tract.de offic.legat.lib.2.n.196.* vbi dicit ꝙ solemnis degradatio est depositionis executio, & fit qn post sentētiā depositionis episcopus præsente iudice sæculari cui degradandus debet tradi publice ab radit illi loca capitis,& manuū,in quibus in collatione ordinū vnctio facta fuit, & postea successiue detrahit omnia signa quæ in susceptione ordinū suscepit,& demum exuit cū habitu clericali,& dicit iudici,& officiali sæculari vt illum ita spoliatū,& depositū in suum forū, & iurisdictionē recipiat,*Mart.de iurisdict.c.51.p.1.n.* 18. ex quo tunc iudex ecclesiasticus nō tradit clericū degradatum iudici laico,sed eum ostendit, & declarat clericū esse priuilegio clericali exutū, *allegat Franc.in c.degradatio §. proderit de pænis in 6.idem Mart.dict.tract.p.4.cas.dicto 131. n.* 6.ex qua ceremonia apparet ꝙ degradatio solemnis,& actualis nihil aliud est quām denūciatio omnium priuilegiorū clericaliū, *iuxta text.in d.c.degradatio de pænis in 6.& voluit Io. Andr.in c.cum non ab homine de iud. & omnes scribentes in c.1.de homicid. Aufrer. in tract. de potest. iud.laici super person.ecclesf.regul.1.Fallent. 18. in fine in 16.tom.tract.diuers. cart. mihi* 288. *Alex. de Neuo in c.1.n.17.qui cler.vel vouent.* qui tamē dicit,

dicit, quod per degradationẽ non tollitur caracter impressus, *Roland. a Valle conf. 24. nu. 11. lib. 2. Marsil in l. 1. n. 17. de raptu virgin. & in pratica §. diligenter n. 169. & in §. examinata nu. 25. Soc. inter conf. Curtij sen. 20. n. 44. Decia. in tract.*
820 *crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 78. in fin.* Et ex quo nõ tollitur caracter sequitur vt clericus degradatus dicatur ad huc clericus, licet vere non sit in eadem dignitate constitutus in qua erat ante degradationem, *glo in c. accedens 50. dist. & in c. ad abolendam in verb. prorogatiuam de haeret. & in c. degradatis in verb. priuilegia de paenis in 6. Decia. conf. 19. n. 115. lib. 3.* & ipsa degradatio dicitur praeparatio exercitij iurisdictionis Iudicis secularis *Mart. d. cas. 131. n. 7.*

821 Differunt autem inter se, degradatio, & depositio in hoc quia clericus depositus dicitur priuatus ab officio, & benefitio non autẽ a clericalibus insignis, & habitu, degradatus verò dicitur is cui insignia, & habitus sollemniter sunt sublata, *c. episcopus praesbiter 11. q. 3. Decia. in tract. crimin. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 130. Menocch. in tract. de arbit. iud. casu. 415. n. 2.* ideo omnis de-
822 positus non dicitur degradatus, licet, e contra omnis degradatus dicatur depositus, *Burgas. in tract. de irregul. p. 6. tit. de sent. deposition. n. 1. & seq cart. mihi 445.* quo fit vt per solam verbalem degradationẽ seu mauis per solã depositioné clerici iudex secularis in eũ nullã assequit iurisdictionẽ prout consequitur quando actualiter est degradatus, quia tunc potest iu-
823 dex secularis eum punire, *vt dixi supra in principio praesentis fallentiae, & voluit Alcia. in d. c. cum non ab homine nu. 108. de iud. Vini. in lib. 1. comm. opin. lit. C. n. 61. Emanuel Suarez in tesaur. recept. sentent. eadem lit. C. n. 121. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto baun. c. 1. n. 286. Farin. q. 8. nu. 73. vbi testatur de comm. opin.* & dicit quod clericus degradatus potest puniri p iudicẽ absque eo quod sibi tradatur, *Menoch. d. casu 415. nu. 6. Abb. in c. tua n. 2. in vltim. notab. de penis in 6. & in c. non minus in 2. notab. de verb. signific. Roland. a Valle conf. 4. nu. 24. lib. 1. Bero. in c. at si clerici num. 173. de iudit.*

Et quod simpliciter ac verbaliter tantũ de-
824 gradatus siue depositus non sit de foro iudicis laici ita vt ab eo puniri possit, & quod retinet priuileggia clericalia, & remanet sub iurisdictione iudicis ecclesiastici donec tradatur curiae seculari, *dixerũt Siluester in summa in verb. degradatio il 1. n. 8. latè Clarus q. 36. nu. 32. 33. 34. & 35. Deci. in l. in omnibus causis nu. 18. de regul. iur. Marant. in pract. p. 4. dist inct. 11. nu. 72. cart. mihi 204. Franc. Pegna in comment. ad director. inquisit. Eimer p. 3. scholia 49. §. postremo quamuis, Scaccia d. c. 11. n. 73. Menoch. conf. 784. n. 9. lib. 8. Borgas. in tract. de irregular. p. 6. in tit. de sentent. deposit. n. 3. cart. mihi 445.* vbi dicit quod traditio curiae saecularis est exequutio degradationis verbalis quae differt ab ipsa degradatione, & depositione ꝙ secus est in degradato actua-
825 liter, q statim eo ipso subijcitur iurisdictioni iudicis laici nec tunc requiritur alia traditio facienda a iudice ecclesiastico cũ iste talis sit effectus de foro saeculari, & iudex saecularis poterit illũ punire, & penã imponere iuxta qualitaté delictorũ absque metu excommunicationis, *c. ad abolendam §. praesenti de haeret. Director. inquisit. q. 101. vbi Pegna in adnotat. lib. 3. scholia 69. & 70. Addentes Zang. in tractat. de heret. c. 18. n. 7. lit. B. in 11. tom. tractat. diuers. p. 2. cart. mihi 253. Villalobs in suis comm. opin. in verb. clericus n. 71. vbi testatur de commu. opin. Scaccia in tract. de iudit. p. 1. c. 11. n. 73. vbi alios allegat Farinat. in tractat. crim. q. 8. nu. 74.*

826 Et iudex ecclesiasticus qui clericum degradauit, & tradidit curiae saeculari debet efficaciter intercedere pro eo, & petere ne iudex saecularis illũ puniat paena vltimi supplitij sed alia mitiori paena, *ita deducitur ex text. in c. nouimus de verb. signifi. vbi glos. Butr. & Abb. n. 3. 7. 8. & 9.* qui Abb. dicit quod iudex ecclesiasticus nõ solum rogare, sed etiam prohibere debet ne traditus puniatur pena vltimi supplitij, *Marant. in pract. p. 4. dist inct. 11. n. 72. cart. mihi 204. Rimin. iun. conf. 685. nu. 42. lib. 6. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. 123. & 124. Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 74. Zãch. Gol. d. c. 18. n. 7. vbi ad hoc allegat d. cap. degradatio de penis in 6. Addentes ad eundem Zanch. ibi in lit. B. & C.* qui ambo dicunt
827 ꝙ iudex ecclesiasticus non debet manualiter tradere iudici saeculari clericos puniendos sed per suam sententiã, & condẽnationẽ declarare ipsos fore exutos priuilegijs clericalibus, & propterea eos relinquit sub iurisdictione ipsius iudicis laici, q iudex saecularis cui est traditus clericus degradatus non debet statim contra eum aliquẽ sentẽtiã exequi, & eum ha-
828 bere pro cõuicto quoad paenam quae pro quo fuit condemnatus ab ecclesiastico veniret imponenda de iure ciuili sed ipse iudex laicus debet causam ventilare, & videre si iudice fuit condemnatus, & si viderit illũ non bene condemnatũ poterit absoluere, & absolutũ dimittere ex quo non debet esse exequutor mali, *ita est tex. in §. si vero crimen in Auth. de sanctiss. episco. vbi glos. & Angel. Bart. in l. Diuus ff. de custod. & exiben. reis, & in l. magistratus nu. 5. vbi etiam Alex. & Paul. de Castr. ff. de iurisdict. omu. iud. idẽ Bart. in l. 1. in fin. ff. si quis ius dicent: nõ obtemper. glos. in Authen. clericos in verb. per episcopum C. de episcop. & cleri. Lucas de penna in l. 1. q. 1. nu. 9. de piuileg. scolar. & in l. fin. q. 3. de veteranis lib. 12. Io. Igneus in l. 1. §. cum dominus nu. 34. 40. & 41. Cassan. super consuetudin. Burgun. rub. 1. §. 5. nu. 57. cart. mihi 196. Vrsill. in adnotat. ad Afflict.*

dec.24.n.16. Marſ.in tract.de bannit.in verb.iudice n.189. Decia.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.num. 121. Abb.in c.ea quæ n.14.de ſtatu monac. Velaſc. dec.48. n.13. ſed in iſta concluſione contrariã opinionem tenuerunt *Archid. in c. ſtatuimus vbi et Gemin.11.q.1. Ang. in d.l. magiſtratus*, qui dicit quod dictus §. *ſi vero crimen*, eſt correpť per quandam extrauagantem, coditam per Fider. Imperatorem in ciuitate Patauij cuius originale reperitur apud Inquiſitores hæreticæ prauitatis eiuſdem ciuitatis, & quod ipſe apud ſe habebat exemplum, *Anch. & alij in c. at ſi clerici de iud. & in c.1.de offi.ordinar. Bal. in Auth. Clericos, C.de epiſc. & cler. Sal.in l. ea quidem in 8.col.C.de accuſa. Ang.in l. Diuus, ff. de cuſtod. reorum Imol.in d.c.1.de offic.ordinar.* vbi dicit quod Legiſtæ communiter tenent opinionem Bartoli, Canoniſtę verò contrariam, Aliqui tamen pro concordandis iſtis contra-
894 vnica monitia est, quia is qui est pluries monitus si non desistit dicitur contemnere monitiones & monentem, ideo propter contemptum exuitur priuilegio clericali, *Abb. in cap. cum non ab homine, num. 7. de iud. Gemin. in cap. nullus 55. distin.* vbi ponit quibus modis cognoscatur contemptus, *Felyn. in cap. cum quidam de iureiurand. Sebastian. Sapia in additio. ad Abb. dict. num. 7. in lit. C.* & quando monitio est vnica cum comminatione pęnæ priuatio-
895 nis priuilegij clericalis aliqui fuerunt opinionis quod sufficiat, quia talis monitio habetur loco trinæ monitionis, *ita Butri. in capit. sacerdotibus, il secundo ne cleric. vel monac. Cæpoll. dict. consil. 11. num. 41. versicu. item si est vnica in crim.* Sed hæc opinio non est vera & est contra text. expressum in dicta clementin. diœcesanis de vit. & honest. cleric. & contra prædictam opinionem tenuit Rosella *in summa in verb. clericus, il secondo, nu. 3. in fin. & Abb. in cap. contingit, il secondo, de senten. excommun.*

Nec isto casu sufficit trina monitio eodem
896 contextu facta, sed debet fieri cũ interuallo tẽ-
poris plurimũ dierũ, *gl. in clem. 1. in verb. tertio.*
de vit. & honest. cler. Grãm. voto 33. nu. 12. & 13.
Brun. cons. 64. n. 38. Alber. in tract. de statut. p. 3.
q. 44. Alex. de Neuo cons. 60. n. 7. Decian. in tract.
crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 105. vbi vlterius dicit qđ
sicut non sufficerent tres monitiones sine tẽ-
897 poris interuallo, ita nec vnica pro tribus cum
lõgissimo temporis spatio, vt si in ea diceretur
quod primi tres dies habeant̃ pro prima mo-
nitione tres secundi pro secunda & tres tertij
pro tertia, *quod dixit ẽt Gramm. d. voto 33. n. 13.*
qui ad hoc allegat glos. in d. verbo tertio, Innocen. in
c. ex literis de vita & honest. cler. gl. in c. si vero, §.
1. de sent. excõm. & in c. fine ornatu 5. q. 4. Arcbid.
in c. si. 60. dist. Alex. cons. 8. lib. 1. & alios Doctores,
quibus ego addo Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi
prętori, n. 2. ff. de noui oper. nunt. Fel. in c. ex literis,
n. 8. de constit. Cæsar Contardus in repet. l. diffama-
ri in limitat. n. 75. C. de ingen. & manumiss. Asinius
in tract. de exequut. §. 5. c. 22. nu. 6. & ratio est qa
898 vbi vnico contextu aliquid pluries fit & repe-
ritur dicitur vnicus actus, *gl. in l. si conuenerit, ff.*
de pignorat. action. Bal. in probem. C. nu. 86. vbi est
optima additio in litera C. cum multis alijs quos late
cõgessi in meo tract. de excep. ad materiã statuti ex-
cludentis oẽs except. except. 14. nu. 58. & seq. vbi
multa scripsi similia. Et licet sit de essẽtia, vt mo-
nitiones fiãt diuersis vicibus nihilominus ter-
899 minus intermedius est arbitrari⁹ iudicis mo-
nentis, *Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontif. c.*
36. vers. sed dicit Rota car. mihi 107. & id quod
dixi quod requiritur trina & particularis mo
nitio limitat duobus modis Primo in regnis
Hispaniæ in quibus ex quadam cõstitutione
Alexandri Sexti Summi Pontificis sufficit ge-
neralis monitio, *vt testatur Conarr. in lib. pract.*
quæst. c. 32. nu. 1. vers. sed ex Alexandrina.
900 Secundo qñ vnica monitio esset facta in sy-
nodo, qa tunc generalis monitio ẽt quod sit
vnica tantũ sub pœna priuationis priuilegij
clericalis habetur loco trinæ monitionis, ita
vt ex contrauentione ipso iure ammittiẽ pri-
uilegium clericale, *Hostiens. Io. Andr. Ancher.*
Cardin. & Butr. in c. 2. ne clerici, uel monaci, Capoll.
cons. 11. nu. 41. in crim. Clar. in §. fin. q. 36. nu. 17.
Alex. de Neuo cons. 60. n. 14. Pet. Belluga in Spe-
cul. princ. rubr. 11. §. dubitatur vers. indifferenter,
n. 9. Farin. in tract crim. q. 8. n. 62. vbi dicit quod
licet in hoc cõtrarium teneat Abb. nihilomi-
901 nus cõis opinio est contra Abbatem & addu-
cit rationẽ quia scilicet monitio facta in syno
do habet vim constitutionis, sed vbi fit consti-
tutio nõ requiritur trina & specialis monitio,
c. 2. de constit. in 6. c. 1. de locat. Ergo synodalis
monitio sufficit etiam quod generalis sit.
902 Iuxta præcedẽtem quæstionẽ quæro a quo
iudice facienda sit hæc monitio an scilicet a
iudice ecclesiastico ãn vero a sęculari & respõ-
deo quod ab ecclesiastico, *est tex. in c. contingit,*
il secundo, ibi in diœcesi sua & ibi a te de sentent. ex-
commun. vbi hoc not. Abb. nu. 1. & 5. & in c. in au-
dientia eod. tit. ibi a prælatis suis Brun. cons. 115. nu.
56. inter cons. crim. diuers. to. 2. Capolla d. cons. 11.
nu. 41. Milles. in pract. fol. 93. nu. 30. Henric Bohic
in d. c. in audientia, nu. 1. & 2. idem Brun. cons. 64.
nu. 38. Decian. d. c. 9. n. 104. Farina. eadem q. 8. nu.
903 *63.* & si iudex ecclesiasticus esset negligens in
faciendo tales monitiones tunc iudex laicus
debet eum requirere, vt illas faciat pro euitan
dis scandalis & delictis & si ille iterum est ne-
gligens, vel recusat illas facere tunc iudex lai-
cus debet recursum habere ad eius superiorẽ
Metropolitanum vel summum Pontificem.

Isti 4. nu. fuerunt sublati 904 905 906 907
908 Quæro quarto quid si clericus postquã fuit
monitus, vt deferat habitum & tonsurã reas-
sumpsit aliquem ipsorũ, vtputa habitum sine
tonsura, vel tonsuram sine habitu an tunc di-
catur priuatus priuilegio clericali, & dico qđ
non, quia ad hoc, vt clericus perdat priuilegiũ
fori opus est non solum quod non incedat in
habitu clericali, sed etiam quod non deferat
tonsuram, *vt dixi supra in præludio: & voluit Fa-*
rinac. q. 8. nu. 64. & 65.
909 Quæro quinto quid si clericus esset in fra-
granti crimine repertus sine habitu & tonsu-
ra an ammittat priuilegium fori si prius non
fuit monitus, & dico quod non, quia requiriẽ
omnino, vt præcedant monitiones ad hoc, vt
clericus perdat priuilegiũ fori ob habitus de-
iectionem, *Gramma. voto 33. nu. 17. Marsil. cons.*
67. nec clericus qui deliquit in habitu laicali
poterit ex hoc puniri per iudicem sæcularem
si constat illum esse clericum quia ex hoc solo
910 non exuitur priuilegio fori ecclesiastici, *Imol.*
& alij in c. 1. de apost. Ruy. cons. 7. n. 6. lib. 5. Rol.
a Valle cons. 4. nu. 28. lib. 1.

Et si clericus per plures dies ante delictum
911 habitum dimisisset & dimissio esset cõtinuata
vsque ad perpetrationẽ delicti tunc ammitte-
ret priuilegium fori, nec postmodũ est remit-
tendus etiã quod habitum clericalem reassu-
mat, *Cassan. super cõsuet. Burgun. rub. 1. §. 5. n. 59.*
912 *car. mihi* 197. Secus si habitũ per aliquod tẽpus
dimisit & postea illũ reassumpsit ante delictũ
quia isto casu per talẽ deiectionem priuilegiũ
nõ ammittit, qa eo ipso qđ reassumpsit habi-
tũ & tonsurã recuperauit oĩa priuilegia cleri-
calia, *Io. Andr. in c. Ioãnes in 4. quæst. de cler. cõiug.*
vbi dicit quod Paduę ita alias fuit determina-
tum *Alex. cons. 149. col. 2. vers. & ne fortasse vol.*
6. Decian. in tractat. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9.
nu. 100. quam conclusionem limitatis quando
habitum reassumpsisset in fraudem, vt euita-

ret pœnam sæcularem, quæ fraus argui posset si illũ reassumeret parũ ante delictũ, vel post contractas inimicitias, *c. ex parte de cler. cõiug. c. ex parte priuil. Archid. in c. vnico de cler. coniugat. in 6. vbi etiam Phil. Franc. Decia eod. c. 9. nu. 101. vbi dicit quod ad hoc est bonus tex. in l. si maritus, §. legis de adult. & in l. hos accusare, in fine principij, ibi si non detestandi de accusat. & faciunt quæ tradidit Bar. in l. 1. ff. de pœnis.*

913 Et sciendum est quod clericus in sacris cõstitutus, vel beneficiatus ẽt quod non fuerit monitus si non defert habitum, & tonsuram peccat mortaliter, *Abb. in c. si quis ex clericis, n. 1. de vita & honest. cler. Dec. in c. ad audientiã, n. 34. de rescript. Rosella in summa in verb. clericus, il 1. n. 1.* & potest cogi ad illum deferendum, *Anan. n. 2. & Ancb. nu. 3. & in c. tuæ de apostat.* imò potest puniri arbitrio sui iudicis, *Clemen. 2. de vit. & honest. cler. ubi gl. in verb. Sanctioni, & Zabbarell. in fi. Menoc. in tract. de arb. casu 392. n. 19. & 20. Camill. Gallin. in tract. de verb. signific. lib. 5. c. 20. n. 94.*

Secundo sciendum est quod quãdo extaret
914 consuetudo quod clerici certi gradus, vt sunt scolares deambularent absq; habitu clericali tunc ob deiectionẽ habitus non ammittitur priuilegiũ fori, ideo si commiserit aliquod delictum in habitu sæculari, & ita captus fuerit non ꝓpea erit priuandus priuilegio fori, quia cõsuetudo illũ excusat dũmodo ĩ cæteris viuat vti cleric⁹, *Guid. Pap. dec. 83. Rebuff. in tra. de priuil. scolar. priuil. 94. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 97.* vbi dicit quod ipse non firmaret hãc opinionẽ nisi extaret consuetudo, *Capr. reg. 94 n. 13. Fulgos. cons. 24. in 1. dubio,* & ita dicendum esse puto si extaret consuetudo, vt certo tpe
915 clerici non deambularent in habitu vt puta tpe messium, vel vindemiarũ quã proximam conclusionẽ intelligas ꝓcedere in clericis sæcularibus secus in religiosis professis alicuius religionis, qa isti nullo tẽpore, vel loco ꝓñt dimittere habitum suæ religionis absq; labe apostasiæ, *c. 2. in prin. ne cler. vel monaci in 6.*

Limitãt 19. (& hæc limitatio ĩ eo solo dif-
916 fert à præcedenti, quia illa ꝓcedit in quolibet delicto ẽt minimo, vt est apportatio armorũ, & quid simile, & hæc solum in delictis sæuis, horrẽdis, ac atrocioribus) qñ clericus, tãm in minoribus, q̃ in sacris constitutus dimisso habitu sæuum aliquod vel horrẽdum commiserit delictum, quia in talibus clericus perdit priuilegiũ fori ẽt nulla interueniẽte monitione, ẽt non concurrente perseuerantia, & incorrigibilitate, *c. perpẽdimus de sent. excom. Boss. in tit. de foro comp. n. 134. 139. & seq. qui testatur quod hæc est magis cõmunis Doctorum* sñia Prac. Corrad. f. 247. col. 2. in tit. de inquisit. nu. 8. in 19. & 20. fall. Capra cõcl. 97. n. 11. & 78. & seq. Abb. in c. at si clerici, n. 31. & 39. de iud. & in c. 1. de parent. qui filios suos, & in c. tuæ, de penis, & in c. cum non ab homine de iud. Diaz in pract. c. 139. Didac. Perez in l. 3. tit. 4. li. 4. ordinamenti car. 90. col. 4. qui dicit hanc esse cõem* opinionem Fel. in c. 1. n. 49 & 70. de constit. Cardin. in d. c. perpendimus in 10. opposit. de sent. excom. Alex. de Neuo cons. 59. nu. 20. qui etiam testatur de comm.* opinione Clar. in §. fi. q. 36. n. 19.* vbi ponit exemplum de clerico qui occidit maritum suæ adulteræ, *Boer. dec. 69. n. 16. & per tot.* vbi loquitur in clerico, qui occidit barbitonsorem, & dicit quod hæc limitatio tanto facilius ꝓcederet si fuisset captus absq; habitu clericali, Pereg. *cons. 91. n. 54 lib. 1.* qui hanc limitationem exemplificat in homicidio appensato quod vulgariter in regno dicit̃ apostatum, *Guido Papa dec. 121. Bellamera cons. 47. vers. super quinto circa mediũ Anchar. cons. 158. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 78. & 79. vbi testatur de com.* opi.* & dicit quod ipse se subscribit huic opinioni salua tamen determinatione Sanctæ Mat. Ecclesiæ Romanæ cui se sobijcit (ꝓut ego me ipsum submitto in oĩbus, & per oĩa, tãm in præsentibus, q̃ in preteritis, ac futuris scribendis, & dicendis) *Fernand. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22 n. 52. qui dicit quod ista opinio* est cõmuniter amplexa Alfons. Aluar. Hispan. in Spec. iuris pontifi. c. 35. vers. se in foro ecclesiastico car. mihi 108. Barbat. in tract. de præstan. Cardin. p. 1. q. 10. nu. 5. in 13. tomo tract. diuers. p. 2. car. mihi 83.* vbi loquit̃ de quodam qui occidit custodem Ecclesiæ S. Marci Venetiarum, *Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 88.* vbi dicit ꝙ hæc fallẽtia ꝓcedit qñ clericus esset repertus infraganti crimine in habitu laicali, *& p. 2. lib. 9. c. 6. de atrocitate parricidij, n. 19. & c. 16. de penis parricidij,* & vtrobiq; tractat de clerico cõmittente crimen parricidij ꝓut ĩ parricidio loquit̃ Alex. de Neuo *cõs. 59. n. 3. 5. 8. & 30. uers. 4. conclusio, Bonacoss. in qõ. crim. in verb. clericus deferens vers. & si clericus, q dimisso Monald. cons. 94. n. 3. lib. 2. Henric Bohic in c. cum non ab homine n. 8. de iud. & in c. at si clerici, nu. 3. eod. tit. Gemin. in c. 1. in fi. de hmicid. in 6. Iacobus de Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 151. Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus depositus, Io. de Anan. in cap. præterea in princ. de apostat. Soc. regul. 79. in vltima fallen.* vbi loquitur etiam in clerico committente parricidium, *Ancher. in cap. perpendimus num. 1. de senten. excomm. & in præallegato, cap. præterea etiam num. 1. de apostat. Marsil. cons. 9. num. 17. Aufrer. in tractat. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 1. fallent. 19. num. 27. in 16. tom. tractat. diuersor. cart. mihi 288. vbi ad hoc allegat text. in cap. ex parte, il terzo de priuileg. & alios DD. Achill. Pedrocch. consil. 40. num. 77. & 83. Gramma. cons. 40. num. 9. in crim.*

Cassan. super consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. nu. 55. car. mihi 195. & nu. 70. vers. aduertendum est car. 201. Soc. in d. c. perpendimus, nu. 31. & 35. de sent. excomm. Marsil. in l. vnicus §. cogniturum, n. 75. ff. de quæst. & in l. 1. in princ. nu. 61. ff. ad legē Cornel. de Sicar. vbi dicit quod in talibus delictis pōt
917 puniri absque degradatione, *& in tract. de bān. in verbo iudice, n. 217. & in verbo atrocioribus, nu. 13. Gigans in tract. de pension. q. 55. nu. 3. Decian. cons. 82. n. 8. lib. 2.* qui dicit quod hoc est expeditū per quamdam Bullam Pauli Tertij Sūmi Pontificis per quā data est facultas iudicibus laicis cognoscēdi contra clericos assistente tū iudice ecclesiastico, *Couarr. in lib. pract. quæst. c. 32. n. 3. vers. & idem erit Ant. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 14. nu. 4.* qui asserit quod ita seruatur de cōsuetu. & quod hæc est magis
* cōis * opinio, & quod ab ista opinione, tū in iudicādo, tum ēt consulendo non est recedendum, *Farina. q. 8. n 53.* vbi dicit quod ita cōiter & magis cōiter tenetur, & licet contra præsentem limitationem tenuerint *Soc. sen. cons. 12. n. 19. lib. 1. Io. Franc. a Ponte cons. 24. n. 4. Albert. in c. 1. nu. 50. de hæret. Hieron. Ceuallos in Specul. pract. quæst. comm. contra comm. q. 228. nu. 4. cum alijs per prædictos citatis*, nihilominus non est re
918 cedēdū a priori opinione, quæ est magis cōis. Aliqui vero dixerunt quod ēt isto casu requiritur trina monitio ad hoc, vt clericus ammittat priuilegiū fori & hoc non solum si vnum cōmiserit atrocissimū delictū verū ēt si plura, *ita Ancher. in d. c. 1. de apostat. Abb. & Cardinal. in d. c. perpendimus, Alex. cons. 8. n. 2. lib. 1. Ange. in summa in verb. clericus il decimo, q. 1. Syluester ēt in summa in eodē verbo clericus il terzo, §. nono, prout prædictos allegat Couarr. in lib. pract. quæst. c. 23. vers. tertio*, vbi dicit quod hæc opinio sibi magis placet quāuis contra cōem, & vltra eos idē dixit *Roland. a Valle cons. 4. num. 31. lib. 1.* & multi alij quos recenset Farinac. *d. q. 8. nu. 54.*

Et quāquam aliqui fœdere distinctionis co-
919 nati sint has opiniones conciliare, vt prima scilicet procedat in clericis in minoribus constitutis, qui si cōmittunt aliquod graue scelus absque aliqua monitione ammittunt fori priuilegium secunda vero in clericis constitutis in maioribus, ita videntur distinguere multi quos refert & sequitur Cuccus *in instituta maiori lib. 3. tit. 9. n. 80. & 81.* attamen hæc distinctio non potest subsistere, quia quoad priuilegium fori, tàm in minoribus, quàm in sacris constituti sunt æquales, *vt per Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reformat.*

Ampliant ēt dictā limitationem, vt in tan-
920 tum sit vera quod clericus isto casu poterit puniri a iudice laico absq; aliqua degradatione, vel traditione, *ita dixerunt multi ex supra allegatis & vltra eos est gl. in c. ex parte il terzo, de priuil. Hostiens. Io. Andr. & Butr. in c. perpendimus de sent. excomm. Ancher. in regul. ea quæ, q. 12. de regul. iur. in sexto, Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. limit. 19. vbi testatur de*
* *comm.* * *opin. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 23. nu. 2. vers. tertio*, vbi dicit quod ad hoc vt isto casu requiratur degradatio debet esse ita sceleribus deditus & inueteratus, vt dici possit scelerum minister & dicit vltra quod hæc opinio est in practica recepta, *Scaccia in tract. de iudit. par. 1. c. 11. nu. 8.* qui ēt dicit quod de consuetudine iudices laici solent punire clericos dimittentes habitum & se immiscentes enormitatibus ēt quod nō sint degradati, sed quod ita faciendo male faciunt, *& ad hoc allegat Bart. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pen. Clar. in §. fin. q. 36. vers. sæpe numero Flammin. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto bannito c. fin. nu. 308. Farinac. q. 8. num. 108.* qui Farinacius loco per eū citato nihil loquitur de ista materia, sed de ea loquitur eadem quęstione num. 57. vbi dicit quod hæc ampliatio procedit in clericis primæ tonsurę secus in clericis constitutis in sacris, qui sine degradatione nullatenus possunt a sæculari iudice puniri etiā quod enormitatibus sint dediti nisi constitutus in sacris crimen aliquod *patrasset, ita* in Reipublicæ perniciem, vt pium & æquissimum sit ipsum punire absque degradatione, vel nisi esset casus quod si expectaretur degradatio iudicis ecclesiastici maxima subesset impunitatis, & libertatis suspitio, & tādem concludit, quod solum istis duobus casibus constitutus in sacris potest puniri per iudicē laicum absque degradatione, sed in isto Regno neque clerici in sacris neq; in minoribus constituti puniuntur a iudicibus laicis ēt quod quātumuis enormia & reiterata delicta commiserint, & vtrunque sit puta tutius esse & verius, vt degradatio fieret actualis prius quam iudex secularis cognoscat de causa clericorum delinquentium etiam quod essent primę tonsuræ *prout voluit ēt Scaccia & alij per eum citati d. c. 11. nu. 81. vers. verum quia.*

921 Sublimitatur modo dicta limitatio, vt ad hoc, vt clericus cōmittens crimen enorme & enormitatibus se immiscēs possit puniri a iudice sæculari necesse est, vt in illis depræhendatur alias si in illis non depræhenditur non poterit puniri a laico, *Farinac. d. q. 8. nu. 58. vbi ad hoc ponderat tex. in præcitato c. ex parte, il terzo de priuileg. ibi compræhenduntur in aliquibus fere factis & ibi fuerint depræhensi, & tex. in cap. 1. de apostat. ibi si criminibus depræhensi & in c. cum non ab homine de iud. ibi criminibus depræhensi & cap. perpendimus de sent. exc. ibi depræhendantur & non nullos alios Doctores allegat*, & eodē nu. vers. de-
922 prehensus aūt ponit qn̄ clericus dicatur in delicto depræhensus, & dicit quod duobus mo-

modis dicitur in delicto deprehensus primo quando est infraganti captus secundo quãdo antequam excipiat de suo priuilegio delictum confiteretur, vel de eo conuinceretur.

923 Quando autẽ delictũ dicatur graue, seuum, vel enorme ponunt idem Farinac. *q.8.n.59.& latius q.18.per tot. Abb.in c. puer nu. 3. de penis, Viu.decis.196.n.9.Franc.decis.88.nu. 7. Fuscus in singul. in lit. D.n.21. Honded.cons.97.lib.2.gloss.in c.peruenit.de sentent.excomm.Capolla, cons. 11.nu. 26.in crim.Ferret.cons.366.n.3.lib.2. Ludou. Vital.in tract.de reis monendis, fol.99.n.8. Reper. inquisit.in verb.delictum Menoch. in tract. de arbitr. iud.casu 266.per tot.Capic.decis.161.nu.4. Alfon. Aluarez in Specul.iuris pontif.c.35. vers. enormia cart.mihi 95 Alexand.de Neuo cons.59.num. 21. Mars.in tract. de bannitis in verb. atrocioribus per tot.Decian.in tract.crimin.p.1.lib.4.c.9.nu. 107.*

924 Nec præsens limitatio aduersatur superiori ampliationi, quia illa ampliatio intelligitur vbi clericus existens in habitu, & tonsura, & viuens vti clericus committit aliquod delictũ enorme hic vero tractamus de eo qui committit delictum dum non defert habitum, & tonsurã, nec clericaliter viuit item ibi de committente delictũ enorme simpliciter hic de committente delictum enorme cum aliqua qualitate aggrauante, & cum malo exemplo itẽ ibi quando non est in delicto deprehensus hic vero quando est in eo captus.

925 Limitatur vigesimo prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest se ingerere in causis clericorum vt non habeat locum quando clericus tanquam tertius se opponeret exequutioni sententiæ, quia hoc facere habet coram eodem iudice qui tulit sentẽtiam, *Bald.in l.testamenta, C.de testamen.Sal.in l.cõsulta C.eod.titu. Ancher.cons.333.in princ. Anton.de Butr.in c.quoniam frequenter §.quod si super n.1. vt lit.non contest. Abb.in eodẽ c.§.in alijs, nu.28.Soc. cons.106.n.7.vers.ista responsio lib.4.& consil.4. & cons.91.n.13.vers.confirmatur 7. lib. 3. Aufr. in tract.de potest.iud.laici super person.eccles. reg.2. fallent.10.nu.10.in 16.tom.tract.diuers.cart.mihi 289.vbi alios allegat gloss.super ritu M.C.V. in tit. de foro compet.vers.2.reg.cart. mihi 397. post constitut.Regni Crauett.cons.997.n.8.lib.6.Fulu. Patian.in tract.cui incumbat onus proband.negat. lib. 1.c.56.n.18.Franc.Viui.decis.387.n.1. & 2.* vbi adducit rationem scilicet quia tũc clericus est omnino actor, & pro actore est habendus allegat Anchera.consilio supra citato.

926 Sublimitatur tamen prædicta limitatio vbi clericus se opponeret tanquã possessor rei sup qua est facienda exequutio quia tunc si apparet de eius possessione poterit forum declinare ex quo tunc iudicaretur omnino reus, *l. de pupillo, §.qui remissionem ff.de operis noui nuntiat. Purpur.cons.26.n.1.vers.sed tamen vbi alios allegat, & n.3.* vbi dicit quod clericus qui sententiæ exequutionem vult impedire potest comparere coram iudice laico (animo tamen non prorogandi eius iurisdictionẽ) & allegare suã possessionẽ per q̃ sola exequutio impedit̃ *allegat gl.1.in l.a Diuo Pio §.si super rebus ff.de re iud.*

927 Quæ sublimitatio ampliatur vt non solum procedat si se opponeret de possessione verum etiã si tantũ de detentione, *glo. Imol. & Alex. col.3.in l.ob maritorum, C.ne vxor pro marito Purpur. dicto num. 3.*

928 Primo sublimitatur hęc sublimitatio quando fuisset facta alienatio rei litigiosę in clericũ quia tunc non posset opponere de suo foro ad impediendum exequutionem sententiæ, *Bald. in c.ecclesia S.Mariæ, n.30. de constit.* vbi dicit ꝙ per dictum tex. fuit inuẽta hęc cauillatio quod reus, qui videt se succumbere transfert possessionem, & tunc iudex sæcularis non poterit facere exequutionem, sed contra istam iniquitatem succurritur quia fit per episcopũ repositio repositio possessionis in pristinum statũ & cogetur reus promittere de iterũ non transferendo possessionem in alium, sed Purpur. d. cons.26.n.3.dicit quod si victor vult dicere victum dolo desijsse possidere, & ita dicendo intentare remedium actionis reuocatorię, *de qua in §.si quis in fraudem Institut.de action.* quæ isto casu competit, *vt per Bart.in l.si quis missum §.si iudex ff.de dam.infect.& per Angel.in Authen.de litigios.in princ.col.3.* Vel velit probare quod victus est vere dominus, & quod exequutio est facienda in illo iure dominij saluo tamen iure possessionis *iusta text.in l.si finita, §.si de vectigalibus, ff.de damno infect.* debet istis, & similibus casibus clericus possessor qui sustinet partes rei corã suo iudice remitti, & quod plus est clericus qui suspicat̃ quod aliquo modo esset turbanda (istis, & similibus casibus) eius possessio 929 potest facere moneri victorem per iudicem ecclesiasticum ne in tali re aliquid noui tentet eo quia ipse clericus est verus possessor, & si aliquid prætendit super ijsdem rebus compareat coram eodem iudice ecclesiastico, est bene verum quod iudex laicus qui vult exequi sentẽtiã si ei opponatur de possessionè clerici poterit cognoscere de eius possessione ad effectũ vt intelligat vt sit legitimus contradictor, *iuxta ea quæ latissime ponit Fel. in c. veniens de testib.& Purpur.d.cons.26.n.3.& seq.per tot.*

930 Limitatur 21. quando pater vult emãcipare filium clericũ quia debet illum emancipare corã iudice sæculari, *Rot.Rom.dec.178. alias dec.7.n.1.& 2.in tit.de iudit.in antiq. Ancher. in regula ea q̃, q.17.de regul.iur.in 6. Mill. in reper.in verb.iudex sæcularis, Aufr.in tract.de pote.iud.sæcul.super person.eccles.regul.2.fallent.7.n.8.in 16. tom.*

tom.tract.diuers. Dom.de S.Gemin.in c.si annum, §. *si vero vers.sed posset dubitari de iud.in 6.Bellamer. dec.6.in titu.de foro compet.Glos. super ritu M. C. V.eodem titu.de foro compet. vers. secunda regula cart.mihi 397.post constit.Regni Ferret. cons.105. n.2.li.1.*& ratio est quia emancipatio est actus ipsius patris,& non filij *Rot. Rom.d.dec.7.n.3.*

931 Limitatur 22.vbi clericus, & laicus cōpromiserunt simul in laicū a cuius laudo fuit appellatum,vel laicus vult recurrere ad arbitriū boni viri,quia hoc erit faciendum corā iudice superiore ipsius laici *Aufrer. in tract. prædicto regul.2.limit.17.cart.mihi 290. vbi ad hoc allegat Ancher.in quadam eius* disputatione,quæ incipit clericus, quam tamen limitationē limitat quando compromissum esset factum super re

932 ecclesiastica secus si recursus peteretur per clericum quia tunc esset petēdus corā iudice ecclesiastico superiore ipsius clerici,*Bart.in repet. l.si societatem,§. arbitrorum, ff. pro socio Specul.in tit.de arbit.§.1.vers.sed quis erit, & ibi Io.Andr. in add.Soc.in c.cum sit generale de foro comp. Gl.super ritu M.C.V. in tit.de foro cōpet. vers.2. regula cart. mihi 397. post constit. regni Soc.sen.cons.18. nu.31.lib.1.*& hæc est cōciliatio cū dicta am-

933 pliāt.& licet clericus in iudicē laicū consentire non possit in arbitrum tamen cum episcopi consensu consentire poterit,*glos.in c. contingit in fin. de arbit.vbi Innocent.etiam in fin. & in c. exposita de arbit.Abb.cons.33.num.1.vol.2. Specul.in titu.de arb.§.restat nu.3.& 7.vers.sed nunquid clericus Borell. super pragmat. Odia litium,* §. *2.gloss.1.n.350.cum multis alijs quos late congessi supra in alia ampliat.*

934 Limitatur 23. dictum primum effectum q̄ iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum vt locū sibi non vendicet quando clericus offenderet officiales tēporales, & sæculares eos insultando, vel alio modo in eos delinquendo,*Cassan.super consuet. Burgund. rub. 1.§ 5.n.82.cart.mihi 204.*vbi circa hanc fallentiam, & limitationē multa scribit Pet. Foller. *super const. Regni in tit.de episcop.& cler.c. de personis clericorum,n.5.cart.mihi 40.*qui dicit quod hoc est satis rationabile, *Glos.super ritu M.C. V. in tit. de foro compet.regul. 1. fallen. 13. cart. mihi 396.post.const.Regni Aufrer.in d. tract. de potest. iudici laici reg.1.limit. 14.n.22.in 16. tom. tract. diuers cart. mihi 288.* vbi ad corroborationem huius limitationis adducit aliqua iura rationes,& authoritates,sed quia eam ita simplici-

935 ter intellectum puto falsissimam, ideo dico ꝙ si clericus vti procurator, vel aduocatus, vel quocunque alio modo cōpareret coram iudice sæculari,& illū verbis impertinētibus prouocaret (prout multi hodiè faciunt qui immemores dignitatis quam gerunt corā magistratibus sæcularibus non solum aduocati, & procuratoris officium verū etiam, & sollicitatoris,& exactoris,& birroarij artē exercent) iudex ipse tunc poterit tales ita insolenter cōparentes carcerare absque labe excommunicationis ita ꝙ eumdē carceratum statim remittat suo iudici competenti ad quod dicendum moueor duabus rationibus,quarū Prima erit quia clericus exercendo tale officium exercet officium clericatui contrarium vt dicam infra effectu 11.& 21.& clericus faciens aliquid clericatui contrarium amittit forum vt dicam infra hoc eodem effectu.

Secunda ratio est quia tunc poterit illū capere tanquam delinquentem, & in fraganti crimine deprehensum vt dixi sup.& per hāc vltimam rationem hæc mea opinio substineri poterit etiam si compareret in casibus sibi de iure promissis.

Limitatur 24.prædictus primus effectus, ꝙ clericus non potest conueniri corā iudice laico vt non habeat locū si laicus qui est obliga-

936 tus clerico prætendit obligationem fuisse factam sine causa, & per consequens inefficacē, vel debitum fuisse solutum,& cancellationem instrumenti vult experiri, *iuxta terminos l.dissolute,& l.fin.ff.de condit.ex lege,*quia in huiusmodi causis poterit clericus coram iudice sæculari, licet huiusmodi condictio sit actio personalis,*§.appellamus Institut. de actio.* hanc limitationē ponit *Aufrer.in tract.de potest. ind.laici super person.eccles.regul.2.n.19.in 16. to. tract.diuers.cart.mihi 290.* vbi tandē concludit quod de iure ipsa limitatio sustineri,non potest, q̄a repugnat, iuribus in principio ipsius regulæ adductis.Sed an clericus conueniens laicum coram iudice sæculari teneat subire iuramen-

937 tum decisiuum coram eodem iudice casu quo laicus allegaret solutionem, & dico quod sic, quia hæc est quædam reconuentio, & clericus potest reconueniri coram iudice sæculari, vt dixi fusius supra hoc eodē effectu: & est quædam oppositio seu exceptio.

938 Limitatur 25.quando adesset penuria frumēti, & clericus in eius posse haberet illud q̄a tunc tenetur ciuitati, & vniuersitati vendere etiam qđ sit collectum ex decimis vel prędijs ecclesiasticis,& ad id compelli potest per officiales sæculares, *Ludou. Messia in pragma. taxe panis prout eum refert Petr. Aug. Morla Hispan.in emporio vtriusq. iuris, p. 1. tit. 29. de contrahent. empt.& vend.q.1.n. 6. vbi etiam ad hoc allegat d. per Abbatem cons.3.lib.1.& per Iason.in l.1.n.14. & 17.C.de sacrosanct.eccles.*

939 Et vltimo loco concludit ꝙ est tutius eos non compellere, sed recurrere ad officiales ecclesiasticos, vt illos compellant nisi famis, & necessitas vrgeat, & periculū esset in mora. Et quod ecclesiastici prout laici possint cōpelli

ad

ad vendendum frumenta, ac alia necessaria ad humanũ victum dixerunt, *Bart. in l. 1. in fi. C. vt nemini liceat vendere spec. lib. 10. vbi etiam Io. de Platea n. 4. Surd. consi. 301. n. 2. lib. 3.* & ratio est, quia tunc agitur de publica vtilitate, & in ijs quæ concernunt vtilitatem publicam clerici sunt ita obligati prout laici, ex naturali ratione, & lege vt dicam infra effectu 3. Et sicut casu prædicto clerici possunt cõpelli per officiales laicos ad vendendũ victualia ita e contra
940 laici poterunt compelli per ecclesiasticos, *l. fi. §. item episcopi vbi glos. de numer. & honor. idem probatur ex not. in l. 1. C. de episc. audien. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 77. nu. 3.*

941 Limitant 26. prædictum primũ effectum ꝙ clerici non possunt cognosci per officiales laicos vt non procedat in clerici qui falsa mẽsura triticum vinũ oleum vel aliud comestibile vendunt quia propter tale delictũ puniri possunt p iudicem sæcularẽ, *Cassa. super cõsuet. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. s'il na grazze, n. 90. cart. mihi 205. Ludou. Messia in pragmat. taxe panis conclus. 5. n. 29. Pet. Cened. in collect. iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 18.* & licet vsus falsorum ponderũ,
942 & mensuræ sit damnatus, & punibilis etiã de iure Diuino, *vt habetur in Deuteron. c. 25. ibi non habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus sit tibi, & Leuit. c. 19. in fin. nolite facere iniquum aliquod in iudicio, in regula, in pondere, statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius æquusque sextarius, & de iure Canonico vt in c. vt*
943 *mensuræ de empt. & vend. & de iure ciuili vt in Auth. de collat. §. eos vers. eos,* nihilominus prædictam limitationẽ non intelligerem, ita simpliciter, & indistinctè, sed vt tm̃ procedat qñ clericus vti mercator vel artifex fuisset vsus talibus ponderibus, & nõ aliter, & hoc ea ratione quia deliquit in arte, & exercitio ꝙ exercet, quo casu potest cognosci & puniri per iudicem laicum eo modo, & forma etiam in censura, vt dixi supra limit. 6. n. 844. & 847. non
944 quia vsus est falsis ponderibus, & mẽsuris, qa eis vtens non committit nisi crimen falsi, & pœna falsi punitur, *l. Annonam, §. onerant, ff. de extraord. crim. vbi gl. allegat l. pen. ff. de fals. & con similis glos. in l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo l. in dardanario ff. de pen. l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon. c. 2. de empt. & vend. & prout latius de hac materia habetur per Petrum de Gregor. Tholos. in sintagma iuris p. 3. lib. 37. c. 1. n. 11. & seq. & in Regno isto adsũt duæ constitutiones vna sub titulo de ponder. & mensur. alia sub tit. de pæna contra mercatores,* quibus
945 grauissimis pœnis plectuntur vtentes falsis ponderibus, & mensuris pro quo delicto falsi clericus non perdit priuilegiũ fori, *vt dixi supra in præcedent. ampl.* vel potest intelligi hæc limitatio in clerico, qui istis falsis ponderibus, & mensuris pluries vsus fuerit, & monitus vt a tali vsu desistat se non correxit, & sic tanquã incorrigibilis poterit puniri a iudice sæculari, *iuxta ea qua dixi supra in præcedenc. limitatio.*

946 Limitatur 27. prædictus primus effectus, ꝙ iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum, nec eos punire vt non habeat locũ quando iudex sęcularis caperet clericum seditiosum vel aliter scandalosũ vt suo iudici statim præsentet ad puniendum, & hoc pro sedanda, & frenanda ira populi, & ne aliquod maius malum eueniat.

947 Limitatur 28. quando clericus authoritate iudicis laici adeptus fuerit rem aliquam, nam ab eodem iudice cuius authoritate rem fuit adeptus poterit cognosci si iniuste possessionẽ dederit, & an iure illam obtinuerit, *ita Peregr. in tract. de fideicomm. art. 48. n. 62. & seq.* vbi loquitur in clerico qui vti vocatus ad fideicommissum authoritate iudicis laici cæpit possessionem rerum hęreditariarũ, & dicit quod ipsemet iudex laicus potest causam hãc cognoscere, & possessionem reuocare si iniuste possessionem dederit.

948 Limitatur 29. qando clericus alieno nomine conueniretur vt puta procuratorio curatorio, vel tutorio nomine (casu quo talis esse possit) quia tunc non attenditur persona clerici, sed eorum ex quorum persona cõuenitur, *Soc. in rub. de foro compet. n. 1. & 15. & in c. 1. n. 52. & sequen. eod. tit. Andr. Gail. obserua. 37. nu. 7. lib. 1. Vrsil. in adnot. ad Affl. dec. 24. n. 4.*

949 Limitatur 30. prædictus primus effectus quãdo quis petit se immitti in possessionẽ bonorũ, *iuxta terminos l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* quoniam tunc si plures sunt contradictores inter quos est vnus clericus sufficit vnicus libellus porrectus corã iudice sæculari cõpetente ratione bonorum nisi ipse clericus reperiretur esse in possessione, *ita Menoch. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 475. & 476. vbi alios allegat.*

950 Limitatur 31. vbicunque potestas ecclesiastica deficeret, quia tunc iudex laicus in defectu poterit punire clericos, & ex potestate sua eos corrigere, *iuxta tex. in c princeps sæculi vbi gloss. 23. q. 5. & in c. filijs 16. q. 7. Lucas de Penna in l. si coloni, C. de agricol. & censit. lib. 11. glos. in c. tua, il 1. de decim.* vbi hanc fallentiã exemplificat in ijs, qui scisma committunt, & non possunt ab ecclesia compesci, *allegat c. ne leuitæ 17. dist. & in c. de Liguribus 23. q. 5. Balzeran. in c. 1. §. si clericus, n. 12. vers. vltimo procederet, de pace tenenda, Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 83.*
951 vbi vlterius dicit quod si duo contendunt de Papatu, & adeò potẽtia pollerent qd ecclesiastica potestas diuisa esset, nec posset incedere con-

concilium, nec aliter tantum scisma sedare ob æqualem amborũ potẽtiam ꝙ hoc casu principes sæculares possent, & deberent se tali negotio ingerere, & incorrigibiles detinere, *quod prius dixeras Barba. in d. c. tua, il 1. de decim. & in c. quia nonnulli n. 96. de rescrip. & in c. quod trãslationem, n. 146. de offi. delegat. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. fallen. 3. n. 11. in 16. tomo tract. diuers. cart. mihi 287. Alfonsus Aluarez in Specul. iur. pontif. c. 36. in princ. cart. mihi 107. Ancher. in c. accessoriũ, n. 21. de reg. iur. in 6. Gul. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. & vxorẽ nomine Adelesiã in 2. dec. n. 149.* vbi loquit in punitione clerici ribellis ecclesiæ, & dicit ꝙ

952 istud fieri potest per iudicẽ sæcularẽ quia talis punitio tendit in honorẽ ecclesiæ, *& quod ad hoc est tex. notabilis in d. c. principes seculi 23. q. 5. & quod ita pluries fuit decisum per Parlamentũ Tholosanum Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1 §. 5. n. 61. car. mihi 192. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B. car. mihi 396. post constit. Regni Franc. Marc. dec. 215.*

Et non solum in casibus, & exẽplis supra po-

953 sitis possunt principes laici compescere clericos vt dictum est verũ etiã, & in alio casu hoc est in electione Summi Pontificis in qua possunt de facto includere, & obsidere Cardinales ad hoc vt cito eligant Papam si differunt illum eligere, *c. vbi periculum de elect. in 6. iuncta clement. Romani eod. tit. Bernard. Lauren. in tract. in quibus casibus iudex sæcularis cognoscit de eccles. n. 12. Decia. in tracta. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. n. 26.*

954 Et sicut deficiẽte potestate ecclesiastica laici possunt compescere clericos, ita e contra deficiente potestate sæculari, vel negligentibus principibus sæcularibus poterit Papa se ingerere, & iurisdictionem exercere etiam contra laicos, *Marian. Socin. & cæteri scribentes in c. licet ex suscepto de foro compet. Decia. d. lib. 4. c. 9. n. 84.*

955 Limitatur 32. in clerico minori litigãte coram iudice sæculari quia tutor vel curator ad huiusmodi causam sibi decernit per iudicẽ sæcularẽ coram quo lis est ventilãda, *Oldrad. cons. 59. Rot. Rom. dec. 204. clericus minor Ancher. in reg. ea quæ, q. 18. de reg. iur. in 6. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 2. limitatione 29. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi 290. Dom. de S. Gem. in c. si annum de iud. in 6. Intrig. in tract. de feud. centur. 2. art. 94. n. 8. & cons. 30. n. 69. lib. 1. Dec. cons. 150. n. 7. & 8. & in l. 1. nu. 6. ff. de iurisdict. omn. iudicum, Ripa in c. decernimus, nu. 9. & 10. de iud. Probus in c. fin. nu. 9. 10. & 16. eod. tit. Gomes in §. si vero n. 29. Instit. de act. Franc. Viu. dec. 387. n. 4. Neuizzan. cons. 17. nu. 58. Mising. in lib. pract. obseru. centur. 1. obseru. 87. Piaggia in tract. de tutor. q. 24. n. 3. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem habens in princ. n. 19. cart. mihi 6. C. de restit. in integr. Sebast. Medices in tract. de legib. & statut. p. 4. q. 6. n. 5. vers. sexto lex ligat, multos allegat Carpan. super statut. Mediol. c. 34. n. 39. lib. 1. Purpur. in l. 1. n. 20. ff. de iurisd. omn. iud. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro competent. vers. secunda regula cart. mihi 397. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 14. & 64. cart. mihi. 203. Addentes ad deci. Rot. Rom. dec. 7. n. 6. in titu. de iud. in antiq. Bero. consil.*

956 *102. n. 17. lib. 3.* vbi dicit quod curator ad causam, & litem potest dari ab illo iudice qui habet de causa cognoscere etiam si ille alias esset incompetens, & ius dandi non haberet ad quod allegat alia iura, & rationes. Et ratio principalis præsentis limitationis est, qa curator datur liti, & non personæ ideo debet dari ab illo qui est iudex in ipsa lite Intrig. d. cõs.

957 30. n. 70. Et pari modo e cõtra videmus quod iudex ecclesiasticus potest dare curatorẽ laico quando litigaret coram eo quia talis curator semper dat ab illo iudice coram quo lis ventilatur, Marant. *d. p. 4. dist. 11. n. 13. car. mihi 194. vbi allegat Bald. in l. fi. post princ. de iud. & tex. in c. fi. de iud. in 6.*

958 At secus est si esset dandus tutor vel curator generalis clerico minori, quia tũc erit dandus per iudicẽ ecclesiasticũ, *Bart. in l. 1. ff. de tutor. & curat. datis ab his Bero. præcit. cons. 102. n. 17. vers. sed quod lib. 1. Ruy. cons. 89. nu. 7. vol. 5. Roland. a Valle in tract. de inuent. q. 17. nu. 3. cart. mihi 16.* quidquid in cõtrariũ dixerint Marant. *d. dist. 11. n. 64. & ibi Addentes Gail obser. 37. in 6. fallen. lib. 1. Surd. cons. 396. n. 10. lib. 3. Io. Batt. Ferret. cons. 105. n. 3. lib. 1.*

959 Limitatur 33. quando extaret statutũ quod non valeant legata nisi testamentũ insinuetur coram aliquo magistratu vel officiali, nam si clericus est institutus in testamẽto in quo fuerunt facta legata laicis, & ipsi petentes insinuationẽ ipsius testamenti fecerũt clericũ citari corã tali iudice valebit citatio, *Bald. nu. 4. Alex. Ias. & Paul. de Castr. n. 7. in l. testamenta, C. de testament. vbi ipse Paul. de Castr. dicit se ita alias de facto consuluisse, Sal. in l. consulta C. eo. titu. Ancher. in regual. ea quæ, q. 17. de regul. iur. in 6. Angel. in l. 1. §. hac stipulatio ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi et Imol. idem Bald. in Authen. clericus, C. de episcop. & cler. & alij quos insimul congerit Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. eccles. reg. 2. fallen. 9. n. 9. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 289. & vltra eos idem dixerunt. Viu. dec. 30. n. 2. Roland. a Valle cons. 29. n. 4. lib. 2. Alba Mãdell. cons. 208. nu. 8. lib. 2. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Regni Surd. dec. 26. nu. 1.* vbi dicit quod isto casu nõ est opus vt laicus scribat literas subsidiales episcopo, quia episcopus nõ potest in hoc manum apponere, *Bertacch. in tracta. de episcop. p. 5. lib. 4. num. 95. in fi. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 353.* quæ fallẽtia proce-

cedit etiam quando est facienda aliqua insinuatio actus vel publicatio instrumẽti in quatãm de iure communi quàm ex forma statu-
960 torum omnes interesse habentes essent citandi, tunc etiam citatio clerici potest fieri per iudicem sæcularem, Bald. *in cap. fi. de fide instrum. Asinius in pract. exequut. in princ. cap. 49. nu. 19. Afflic. decis. 24. nu. 8. vbi Vrsill. in add. nu. 2. Aufrer. præcit. regul. 2. in 8. fallent. n. 9.* vbi loquitur de insinuatione donationis excedentis 500.
961 aureos. Sic etiam quando publicatur testamentum solemne laici etiam quod sit institutus hæres aliquis clericus debet publicari corã iudice laico, *Bald. & Corn. in l. omnia testamenta C. de testam. idem Bald. in Authen. clericus & in l. repetitas C. de episc. & cler. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo uxorem nomine Adelasiam dec. 2. num. 420. de testamen. Io. Andr. & Abb. in cap. fi. de fide instrumen. Aufrer. in tract. de potest. sud. laici super person. ecclesi. regul. 2. fallen. 11. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 289. Barbat. in c. si hæredes, nu. 11. de testam. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 8. nu. 1.* & in tantum est vera prędicta con-
962 clusio quod etiam episcopus si est exequutor testamenti tenetur etiam facere inuentarium coram iudice sæculari, *Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per Falcid. Aufrer. d. nu. 12. verum Asinius loco citato, num. 20.* dici quod illo casu cautius est si clericũ ab episcopo citari procuretur si vero episcopus illum citare recusauerit tunc sufficit citatio per modum, vt supra, *Ias. in l. testamenta oĩa nu. 5. C. de testam.*

Limitatur 34. vt dictus primus effectus non
963 procedat quando clericus delinqueret in loco vbi nõ adesse superior ipsius clerici delinquentis, nec haberet iudicem competentem tunc enim poterit capi, & carcerari ab officiali temporali, & postea ita captum transmitti ad iudicem competentem, *ita Petr. Cened. in collecta. iuris canon. p. 1. collect. 37. nu. 3. vbi allegat Thom. Mieres in const. Cathal. collat. ... 1. in princ. Michael. de Molin. in reper. in verb. iustitia Aragonum in vers. die 1. Decembris cart. 204. Petr. Bellug. in Specul. prin. rub. 11. §. videndum nu. 10. secundum eum sed in meo libro est nu. 17.* vbi dicit quod absentia iudicis competentis tribuit iurisdictionem iudici non competẽti, & licet Borell. ibi in addit. in lit. G. dicat quod hæc limitatio est iniqua & nõ debeat seruari nihilominus eam etiam comprobat Nauarr. *in c. cum contingat in primo remedio vers. vndecimo facit de rescript.* & ita fuit obseruatum alias de facto in causa cuiusdam equitis melitensis, *vt testatur D. Don*
964 *Vincentius Bottoner olim regius Consiliarius meritissimus in quadam sua allegatione quam habeo manuscriptam seu manis iustificatione ipsius capturæ,* & iterum idem fuit obseruatum in hac Vrbe Panormi de anno 1602. cum quodam de staiti, qui cum esset receptor Religionis Melitensis commisit duo homicidia & proptereа fuit captus per officiales M. R. C. & ita captus sub fideiussione fuit transmissus ad eius Magnum
965 Magistrum, & idem puto quod sit dicendũ si adesset iudex cõpetens ipsius clerici, sed inhabilis ad illum cõpescendum, vt qa in loco esset vicarius foranius & paruæ authoritatis & clericus esset vir potens & maximæ existimationis tunc enim dico quod laicus officialis poterit capere clericum, vt illum transmittat episcopo, *ad quod bene faciunt ea quæ dixi supra limit. 31.* scilicet quod qñ deficit potestas ecclesiastica põt princeps laicus compescere clericos, & paria sunt habere iudicẽ, sed impotẽtem ad
966 compescendum & illam non habere prout in simili dicimus quod non habere virum & illũ habere, sed inutilem paria sunt, *Damodc. in Encherid. pariũ aut simil. iuris in verb. maritũ Cotta in memori. in verb. Comes & in verb. vidua Io. Petr. Molignat. in tract. de appellat. verb. in verb. vidua cum alijs per prædictos congestis.*

Limitatur 35. prędictus primus effectus, qđ
967 iudex laicus nõ potest se intromittere in causis clericorum, vt non procedat qñ ex forma statuti in publicatione instrumẽti esset citandus clericus, quia tunc poterit citari per iudicem sæcularem coram quo esset facienda ipsa publicatio, *Bald. in cap. fi. col. 1. de fide instr. Alba cons. 208. n. 11. lib. 2.*
968 Limitatur 36. in clericis exercẽtibus artem vilem post annum, vel infra annum postquã fuerint termoniti vtputa artem carnificũ, vel macellariorum publice & per se ipsos, *Clemen. 1. de vit. & honest. cler. c. 1. §. fi. vbi Innoc. de vit. & honest. cler. gl. in c. quia tua 12. q. 1. Dom. de Sancto Gem. in cap. si quis 32. dist. Soc. regul 56. in 6. limit. Alexan. cons. 8. nu. 4. vers. nec etiam perderet volum. 1. Imol. in cap. vnico, de cler. coniugat. in 6. Capra cons. 97. nu. 96. 97. 88. & 90. & 91.* vbi loquitur in clerico exercente artẽ macelli & tabernæ, *Pract. Corrad. in tit. de inquisit. n. 8. in 5. & 11. fallen. Boss. in tract. crim. in tit. de foro cõpet. nu. 128. Alex. de Neuo cons. 61. n. 1. Steph. Bertran. cõs. 13. n. 5. lib. 8. vbi testatur de cõm.* opi. Pet. Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndũ n. 19. vbi Caml. Borell. in add. Paul. de Leazar & Vital. n. 59. & 60 in d. clem. 1. Diaz in pract. cri. canon. c. 63. per totũ Lãbert. in tract. de iure patron. lib. 2. art. 26. q. 9. p. 1. Niger in extrauagan. Clemen. septimi in vers. solẽnia de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spol. q. 2. n. 41. & 42. Menoc. in tract. de arbitr. iud. casu 412. n. 1. & 6. Pet. Cened. in collec. iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 20. in fi. Decian. in tract. cri. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 136.* vbi dicit quod dispositio dictæ clementinæ primæ non se extendit ad alia similia & vilia officiá, & ad sordida ministeria, vt ad lenones, vel custodes balneorum & testatur de communi * opinione & alios allegat & adducit optimam rationem, vt ibi per eum,

Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontific. cap. 35. vers. si vero clericus car. mihi 96. & cap. 36. vers. sed dicit Rot. cart. mihi 107. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici regul. 1. fallen. 9. num. 17. in 16. tomo tract. diuers. cart. mihi 287. Farinac. in tract. crim. q. 8. num. 93. Capra regul. 84. nu. 3. Roffella in summa in verb. clericus, il secondo, nu. 3. Henric Bohic in c. ex literis, nu. 12. de vit. & honest. cler. Cassan. super consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. num. 63. cart. mihi 198. Glos. super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ in tit. de foro compet. in lit. B, in 9. limit. cart. mihi 396. Molin. in tract. de contract. disput. 342. nu. 9.

969 Limitatur 37. vt procedat & locum habeat etiam si clericus talia exercitia non exerceat continuo, sed interpellatis interuallis dum tamen eo tempore quo illa non exercet desistat propter aliam causam non autem causa honestatis clericalis, qa huiusmodi desistentia nullatenus prodest quin clericus ammittat priuilegium clericale, *Vital. in clem. prædicta nu. 66. allegat Paul. de Lazar ibidem & in argu. text. in l. nihil ff. de capt.*

970 Sublimitatur primo dicta limitatio quod licet clericus monitus non desistat infra terminum sibi assignatum, vel non monitus, artes prædictas viles exerceat post annũ ammittat priuilegium fori omnino quoad oĩa capita priuilegij nõ autem illud ammittit quoad oĩa tempora, sed tantum quousque & dũ artes prædictas exercet quia statim quod illas dimittit reassumit priuilegium & tandiu durabit priuatio quandiu permanebit in exercitio talium artium *ita Vital. in d. clem. 1. nu. 63. de vit. & honest. cler. vbi ẽt Zezal. & Matth. de Roma Capra reg. 94. n. 5. qui asserit hanc esse com. opi. Rosella in summa in verb. clericus, il 2. nu. 3. Molin. in tract. de contract. disput. 342. n. 9. Alex. de Neuo cons. 62. n. 7. Belluga in Spec. princ. rub. 11. §. videamus num. 3.*

971 Quæ sublimitatio sublimitatur in clericis coniugatis qui licet desistãt a prędictis artibus vilibus non propterea recuperant priuilegiũ fori quoad bona, sed tantum quoad personas, *ita concludunt omnes proxime allegati.*

972 Sublimitatur secundo quando tales artes non exerceret per se & manibus proprijs, sed per alias summissas personas, quia tunc etiã in domo propria poterit talia exercere & ita exercẽdo nõ ammitteret priuilegiũ clericale, *Io. Andr. & Philipp. Franc. in c. vnico, de vit. & honest. cler. in 6. Rosella in d. verb. clericus, il 2. n. 4. Vital. in d. clemen. 1. n. 13. Lambert in tract. de iure patron. lib. 2. p. 1. art. 6. nona q. princ. n. 4.*

Sublimitatur tertio, vbi talem artem exer-
973 ceret secretè & occultè, & non publicè, *c. 1. ibi publice de vit. & honest. cler. Rosell. eod. n. 4. Vital. d. clement. 1. nu. 12.* qui hoc not. ex eadem clem. & adducit rationem, scilicet, quia magis arguitur publicè quam occultè factum, *l. 1. §. generaliter ff. vi bon. rapt. l. nemo clericus C. de summ. Trinit. & fid. Cathol.*

974 Et à quibus sit facienda huiusmodi monitio, & a quibus non possit fieri ponit Vital. *d. Clement. 1. n. 25. & seq. & n. 66. & seq. de vit. & honest. cler.* vbi ponit ẽt an sit facienda personaliter an vero sufficiat, vt fiat in loco solitæ habitationis & an possit fieri per publicum proclama an particulariter & an ad vocem vel in scriptis.

975 Limitatur 38. in omni causa possessoria in qua ẽt quod agatur de re ecclesiastica & de beneficijs ecclesiasticis data negligentia iudicis Ecclesiastici iudex laicus põt manum imponere, licet agatur inter ꝑsonas ecclesiasticas, vt qñ clericus spoliaret aliquem vel qñ tractaretur de spolio iuris decimãdi & similium, qa tunc iudex laicus põt restituere spoliatum in sua possessione per viam cuiusdam defensionis extraiudicialis citando generaliter quemcunque suum putauerit interesse, *gloss. in c. eam quidem de eo qui mitt. in possess. lib. 6. Boer. dec. 69. n. 13. Grammat. dec. 78. per tot. Affl. dec. 2. nu. 24. & dec. 24. n. 9.* vbi dicit ita vidisse practicatum in Regno Neapolitano, & nu. 10. dicit quod ita fuit iudicatum per totũ sacrũ Concilium, *Gramma. in add. ad eundem Affl. d. dec. 2. in lit. B. qui asserit quod ita tenuerunt Io. Andr. in c. fin. de iud. vbi etiam Butr.* dicit possessorium nõ est qd spirituale, sed temporale, *Archid. in c. 1. de restit. spol. in 6. quibus concordant Andr. Gail. obser. 38. n. 3. & obseru. 57. n. 1. & obseru. 30. n. 20. lib. 1. Suarez in tesaur. recept. senten. lit. P. n. 188. Menoch. in tract. de retinen. possess. remed. 3. n. 327. & in tract. de recuper. possess. remed. 15. n. 210. & seq. & n. 222. & 234.* vbi testat de magis comm. opi. & quod ita fuit seruatũ per Senatũ Pedemontanũ de anno 1562. *Misinger. obser. 67. centur. 2. Osasc. dec. 116. n. 1. Thesaur. decis. 82. nu. 1. & seq. & decis. 131. num. 10. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 35. num. 1. & in epitom. de sponsal. & matrimon. par. 4. cap. 8. §. 12. num. 3. Kircou. commun. opin. centur. 3. num. 92. vbi multos alios affert Zabbarell. in Clemen. dispendiosam de iud. Guliel. de Monte Landuno in clement. prima, de caus. possess. & proprieta. Guido Papa decisio. prima,* vbi asserit quod ita fuit decisum per Parlamentum Grationopolitanum inter priorem Sancti Roberti & in multis alijs causis, *& iterum idem dicit decisio. 207. & decisi. octuagesimaquinta, num. 1. & decis. 71. Ioan. Franc. a Ponte consil. 96. num. 16. Restaur. in tractat. de Imperat. quæst. 101. num. 1. Franc. Marc. decis. 215. num. 2. & decisio. 652. nume. 1 Carol. de Grass. in tractat. de regal. Franc. lib. 2. iure 5. Aufrer. in tractat. de potestat. iud. laici regul. 2. limit. 24. in 16. tom. tractat. diuers. cart. mihi 290.* vbi dicit ita seruari in Regno Galliæ, & adducit multas rationes & authoritates, Ferdinand. Loaz *in repet. l. naturaliter*

liter §. nihil commun.ff.de acquiren.possess.Viu.decis.30.num.5.Amod.a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi, n.88.cum plurib. seqq. Io.Ant. de Nigris in c.ad regale fastigium, nu.7.& seq.Rebuff. super consti.Galliæ in 3.to.tit.de materia possess.art.7.n.22. Iodoc.Damoder. in praxi ciuili, c.41.in princ.Purp.cons.26.n.5.lib.1.gl.super ritu M.C.V. in tit.de foro compet.vers.2.regula car.mihi 397.post const.Regni Guliel.de Bened.in repet. c.Raynutius, in verb.& vxorē nomine Adelesiam dec.2.n.39.de testam.Io.a Silua in tract.de benef. p.1.q.7.n.12.Pontan.in tract.de spolio,lib.2.n.2. & seq. Alc.cons.24.lib.2.Quintil.Mandos.in trac. de monitorijs,q.13.n.12.Foller.in add. ad Marant. in pract.p.4.dist.11.n.77.car.mihi 205. Io.Bapt. Ferrett.cons.30.n.2.lib.1.Auend.in tract. de exequen.mand.Reg.lib.1.c.1.n.32. Scacc. in tract.de iud. p.1.c.11.n.45.& c.34. nu.30. Io. Igne.in l. necessarios, §. non alios in 2.p.ff.ad Sille.idem Menoc.d.remed.15.n.226.& 227. vbi dicit quod
976 isto casu clericus non dicitur reus, sed actor & allegat multos alios Doctores. & præcipue scribentes, in l.testamenta omnia, C. de testamen. Peregr.in tract.de fideicom.art.48.n.63.Dec.cons. 187.n.3.vers.non obstat quod citatio, Neuizz.consil.20.n.19.Rol.a Valle cons.29.n.9.& 12.lib.2. Camill.de Curte in diuersor.seu comprehensor. iuris feud.p.2.c.2.n.144.vbi quamplurimos allegat, & nu.145. vbi dicit quod ista opinio in Italia est vsu recepta cum tolerantia, & approbatione Summi Pontificis, & num.seq. ponit rationes istius conclusionis, Farin.in tracta. crim.q.8. n.23.vbi dicit quod hæc est magis communis opinio tàm legistarum, quàm canonistarū.

Sed tandem ipse Menoch.d.tract.de recuperanda poss.remed.15.n.34. in vltimis verbis post multa argumenta, & media, quæ prius adduxerat, concludit quod hæc limitatio non est vera, & quod isto casu clericus spolians si possidet rē spoliatam debet conueniri corā iudice ecclesiastico, & hæc vltima opinio videt probari, in clemen. vnica de causa poss. & proprie. & eam sequuti fuerunt Specu. in tit.de contumatia, §.sequitur vers.Illud Couarr.in d.c.35.n.3. Io.Franc.a Ponte sibimet contrarius cons.23.n.35.Roland. etiam sibi contrarius cons.23.n.6.16.& per tot.lib.2.Menoc.in tract.de retinend.poss. remed.3.q.35.n.129 Alex.Moneta in tractat.de decimis, cap.8.nu.10.

Ego vero in istis contrariis opinionibus ita
977 distinguēdum esse, puto, aut tractat de spolio beneficii ecclesiastici, aut de spolio rei temporalis, primo casu procedit secunda opinio qđ iudex laicus non potest tali negotio se intromittere, secundo casu procedit prima opinio & iudex laicus poterit de causa cognoscere, & spoliatum restituere, ita colligitur ex traditis per Abb.in c.fi.de iud.& in c. literas de iuram. calum. & per Gigan.cons.5.n.16.& cons.19.num.12.vbi dicit quod opinio Abb. est cōiter recepta.

978 Sublimitatur nunc ipsa prima opinio, vt nō procedat qn̄ in eadē causa possessoria cognoscendum esset de titulo possessoris, & sic esset mixta cum causa proprietatis tūc enim iudex laicus nūquā poterit se ingerere in tali causa, sed hoc spectat oīno ad iudicē ecclesiasticum, Imol.in d.c.literas de iuram.calumn.Imol. in clem. dispendiosā in fi.de iudit. Barbat.n.51. Bero.n.52. & 53.& alij oēs in rub.extra de iud. Couarr. in lib. pract.quæst.c.35.nu.1.vers.ex quo patet Menoch. in tract. de retinend:possession.remed.3.nu.328. cū pluribus seq. Alex. Moneta in tract.de decim. cap. 8.nu.3.Farinac. d. q.8.nu.23.vers. sublimita primo, & vers.limita iterum, vbi ex Menocch.loco supra allegato hanc subli-
979 mitat tribus modis. Primo quando in causa possessorij de titulo principaliter cognoscitur secus si incidenter, quia tunc laicus est competens quia isto casu tituli cognitio non tollit laico iurisdictionem in causa possessorij, Ripa in lib.2.respons.cap.fin.num.1. Secundo quando de titulo, vel notorie ex actis, vel ex partis confessione constaret. Tertio quando pars de hoc se non opponit & ad hoc allegat nonnullos alios Doctores.

980 Secundo sublimitatur quando causa possessoria agitaretur inter duos clericos tunc enim iudex sæcularis nullo iure poterit de causa cognoscere, Farinac.d.num.24. vers. sublimita secundo, vbi ad hoc multos alios congerit.

Isti duo numeri fuerunt sublati. 981 982

983 Limitatur trigesimonono dictus primus effectus quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat quando clericus post susceptam tonsuram nunquam habitum clericalem gessisset, sed semper pro laico se habuit quia is talis poterit conueniri coram iudicibus laicis, Vulpell. cons.110. num.3. & per totum qui allegat Abb.in cap. proposuisse in fin.de foro compet. Io. Lupum in tract.de libert. eccles. par.2.q.4.

Limitatur quadragesimo, vbi clericus offi-
984 cium tutelæ vel curę acceptasset, quia eiusdem tutelæ, vel curæ administrationis cogitur reddere compotum corā iudice sæculari, Masuer. in pract. in tit. de iud. & eorum iurisdict. §.item si clericus Guliel. de Benedict.in repet.cap.Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelesiam decis.2. nu. 128.Gloss.super ritu Magna Curiæ Vicariæ in tit. de foro competen. versic. secunda regul. cart. mihi 397. post constitut. Regni Surd. cons.396. num.9. lib.3.vbi concordantes adducit Maccabrun.cons. 44.num.49.

985 Et ratio est quia cum officium tutelæ, vel curæ ei decernatur authoritate Iudicis sæcularis tanquam eius officiarij possunt coram eo trahi quia poterant se excusare ab officio si

voluissent, *l. generaliter cum Authen. ibi posita C. de episcop. & cler.* quod si non fecerunt erit eis imputandũ *ita Maccabrun. consi. prædicto, nu.* 50. 51. & 58. vbi dicit quod tunc clericus fecit se indignũ priuilegio fori, nec huic rationi obstare poterit id quod dixi supra ampliatione septima, scilicet, quod clericus non potest consentire in iudicẽ laicum, non solũ tacite prout esset in casu præsenti verumetiam nec expresse, & cũ iuramento, quia respondeo quod dicta ampliatio est vera quãdo directe, vel indirecte ex eius voluntate renunciat suo priuilegio secus si coacte, & in consequentiã prout in casu proposito prout in simili videmus in clerico delinquẽte in aliquibus criminibus, nec obstat quod possit responderi quod in delictis ammittit priuilegiũ in pœnam criminis, quia eadem ratio militat in casu præsentis limitationis cũ illud ammittat in pœnã illius facti quod facere non debet vt est assumere tutelam quæ clericis est interdicta vt dicam infra effectu 16.

Alio modo responderi potest quod iura prohibentia ne clericus se submittat iurisdictioni sæculari, *vt est cap. si diligenti de foro compet. cum similibus*, procedũt quando summitteret se principaliter vt reus secus si nõ principaliter, sed contingẽter, quia tunc ius cõstituit sibi iudicem, licet originẽ trahat ex facto ipsius clerici, quia multa fieri permittuntur incidenter & in consequentiã quę principaliter fieri prohibentur, *l. 1. ff. de author. tutor.*

986 Limitant 41. prædictũ primum effectum quod iudex laicus non potest modo aliquo cognoscere de clericis aut eorũ causis vt non habeat locum quando curialis fecit se clericũ quia is poterit per sęcularem iudicẽ etiam per manuũ iniectionem ad curiã sæcularem reuocari, *l. si quis curialis vbi Bald. & alij, C. de episcop. & cler. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n.* 144.

Sed ego hanc fallentiam nullatenus puto veram quia si esset vera curiales retraherentur à vita contemplatiua quod esset cõtra id quod dixi supra in prælud.

987 Limitatur 42. quando laicus fideiussisset pro clerico, quia si fideiussor coactus esset soluere per iudicem sæcularem poterit idem fideiussor coram eodẽ iudice cogere clericũ, vt soluat *Bal. Ang. & Pet. de Suzar. in l. fi. C. de vsur. rei iud. Bertacc. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. n. 96. in 13. to. tracta. diuer. p. 2. car. mihi 353. & in suo reper. in ver. clericus pro quo Viu. dec. 49. n. 7.*

Sed in hac limitatione contrarium, & melius tenuerunt *Bar. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Bal. sibi contrarius in add. ad Specu. in tit. de compet. iud. in add. in verb. laicus, Bertacc. etiam sibi contrarius in eodem tract. de episc. p. 1. lib. 4. n. 30. in d. tomo car.* 325.

988 Et sciendum est quod fideiussor clerici si est laicus conueniendus est coram iudice sæculari, nec poterit opponere exceptionem declinatoriam fori competentem ipsi clerico) licet regulariter fideiussor possit opponere omnes exceptiones competentes ipsi principali, *vt dixi in meo tract. de except. except. 16. n. 44. in l. si reus, ff. iud. solui l. sed si restituatur, §. 2. ff. de iud. Bal. in rub. C. de priuil. dot. Aufr. in tract. de potest. iudicis sæcularis super perso. eccles. reg. 4. in fi. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 296.) & voluit Arnon. problem. 79. Mars. in rub. de fideiussor. n. 311. Cagnol. in l. venditor, n. 10. ff. de iud. Soc. in c. 1. n. 22. vers. decimanona declaratio de foro comp. Surd. cons. 396. n. 22. lib. 3. Turrecr. in c. te quidẽ n. 3. 9. q. 1. Baiard. in add. ad Clar. in §. fi. q. 36. n. 9. vers. item adde quod priuilegium & q. 47. n. 46. Vulpell. in tractat. de libert. eccl. p. 3. n. 28.* vbi alios allegat & adducit rationem, quia scilicet hæc exceptio declina-

989 toria fori est mere personalis, ideo non transit ad fideiussorem, *Rocc. Placentinus in praxi iudiciaria, lib. 3. in tit. de excep. quæ reo competunt*, quę tamen conclusio fallit quando in fideiussione fuisset interpositum iuramentũ, quia tunc fideiussor poterit conueniri corã iudice ecclesiastico, *not. Alex. de Neuo in c. ex rescripto, n. 11. de iureiur.* sed hoc procedit ratione iuramenti, & non fideiussionis.

Limitatur 43. prædictus primus effectus quod iudex sæcularis nõ potest cognoscere de

990 causis clericorum, vt locum sibi non vẽdicet vbi clericus aliquo casu cogeretur recognoscere an scriptura producta sit eius manu scripta quando lis verteretur ad instantiã clerici corã iudice laico, quia ad hoc cogi poterit per iudicem sæcularem, *Boer. dec. 114. Vrsill. in adnotat. Affl. dec. 173. n. 1. Io. Aloys. de Leo in repet. Authen. (cassa & irrita n. 19. C. de sacros. eccl.*

Limitatur 44. in clericis bigamis in mino-

991 ribus constitutis, qui non gaudent priuilegio fori, & omni priuilegio clericali sunt spoliati, *c. altercationibus de bigamis in 6.* vbi dicit quod bigami non gaudent priuilegio clericali, *c. 1. de cler. coniug. in sexto c. 1. de bigam. Pet. Bellug. in specu. princ. rub. 11. §. vidẽdum, n. 17. vers. ex permissis, Alber. in tract. de statut. lib. 3. q. 42. n. 5. Alfons. Aluarez in specul. iuris pontific. cap. 36. vers. sed dicit Rot. cart. mihi 107. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. capit. 9. num. 131. Bart. Socy. reg. 80. fallent. 3. Farinac. late quæst. 8. num. 8. vbi multos alios adducit Aret. in cap. nuper de bigam.* vbi dicit quod hoc idem procedit in sacerdotibus, *Marian. Soc. in c. peruenit num. 99. & seq.* qui dicit quod bigami non possunt, nec debent deferre tonsuram & habitum, *Aufrer. in tracta. de potesta. iud. laici super perso. eccl. reg. 1. fall. 8. n. 16 in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 287. Paulus Borgas. in tract. de irregular. p. 5. in rubr. de bigamis, nu. 43. cum plurib. seq. Purpurat. cons. 408. num. 1.*

lib.

lib. 2. vbi dicit quod hæc limitatio nedũ procedit in causis ciuilibus verum etiam & in criminalibus, *Henric. Bobic in c. ex literis, nu.* 16. *de vit. & honest. cler. Anania in c.* 1. *n.* 11. *de apostat. Cassan. super consuet. Burgun. rub.* 1. *nu.* 65. *car. mihi* 198. *glo. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. lit. B, in* 8. *limitatione car. mihi* 396. *post constitut.*
992 *Regni*, & ratio quare bigami non potiunt priuilegijs clericalibus est relata a Decian. *d. c.* 9. *n.* 133. scilicet quia cũ in matrimonio duplex consideretur mysterium ad similitudinem duplicis coniunctionis, quæ est in Christo prima coniunctio animorum quæ significat vnionẽ animæ Deo secunda coniunctionem Christi & Ecclesiæ & humanitatis & diuinitatis in Christo Quæ coniunctiones cum non possint esse nisi vnicæ merito non potest rite repræsentari nisi in primo matrimonio carnali, nam cum quis transit ad secundum matrimonium recedit ab vnitate, & diuidit carnem suam & ideo nõ potest verificari in eo & erunt duo in carne vna & per consequens non potest verificari neque representari illa vnica cõiunctio humanitatis & diuinitatis in Christo neque illa Christi cum ecclesia neque vltima illa animæ nostræ cum Christo & hanc rationem deducit ipse Decian. *ex c. debitum de bigam. & ex c. acutius* 26. *dist. & ex c. in Christo de consecrat. dist.* 2. quæ tamen ratio mihi non videtur vera ex quo est generalis & potest verificari tam in matrimonio ex quo contrahitur bigamia, q̃ ex eo ex quo non contrahitur qa in omni matrimonio procedit illud Genesis, erunt duo in carne vna, ideo puto quod vera ratio cur bigami non possint frui priuilegijs ecclesiasticis sit in pœnam incontinentiæ quæ præsumitur in bigamo.

993 Ampliatur primo dicta limitatio, vt procedat etiã in eo qui per errorem & ignorãtiam bigamiam contraxit, vt quia quis putãs contrahere cum virgine contraxit cum vidua qa ignorantia vel error non excusat a bigamia, *c. ille* 32. *q.* 5. *Barbat. in c. si vir de adult. Hostiens. in summa in tit. de bigam. in* 7. *q. Decian. in tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *nu.* 135. *in fine.*

994 Sublimitatur primo (& hæc limitatio est contra opinionem Angel. in loco supra allegato) in clerico in sacris cõstituto, quia is nõ obstante bigamia semper gaudet fori priuilegio, *gl. in c. quis quis* 84. *dist. vbi oẽs scribentes, c.* 1. *& ibi et Doctores oẽs de bigam. in* 6. *Aufre. in tract. de potest. ind. laici super person. eccl. reg.* 1. *limit.* 8. *nu.* 16. *in* 16. *to. tract. diuers. cart. mihi* 287. *vbi dicit quod hæc est verior* * *opinio Decian. d. c.* 9. *n.* 135. *Ang. de Claua in sũma in ver. bigamia §.* 10.

995 Sublimitatur secũdo, vt dicta limitatio non procedat in eo qui vnicam & virginem duxit vxorem quæ postea adulterium commisit & postea eamdem reconciliatã cognouit, quia is talis non erit reputandus bigamus quoad ammissionẽ priuilegij clericalis, *Cappell. Thol. dec.* 64. *& ibi Aufrer. in add. idem Aufrer. d. lim.* 8. *n.* 16. *Decian. eodem c.* 9. *n.* 134. vbi dicit quod ita alias fuit iudicatum.

996 Sublimitatur tertio in eo qui contraxit cũ virgine quæ nondum cognita mortua fuit & iterum cum alia contraxit & matrimonium consumauit nãque is talis non ammittit priuilegium fori propter talem bigamiam, *Cappell. Tholo. & Aufrer. in locis supra citatis, Decian. d. c.* 9. *n.* 135. qui vlterius dicit idẽ esse in eo qui contraxit cum virgine quã prius q̃ ea cognosceret in matrimonio carnaliter cognouerat, quia si ipsa moreretur, & postea cum alia contraxerit non propterea ammittit priuilegium fori, quod locus esse dicit in eo qui contraxit cum vnica, & virgine quã etiã in matrimonio cognouisset, sed postea cũ in partibus longinquis profectus fuisset & pro mortuo ab oĩbus habitus esset & eius vxor iudicio ecclesiæ cum alio contraxit, quæ tñ reuerso primo viro voluerit ei adhærere ad quod etiam coactus fuerit censuris ecclesiasticis iste nãque diceretur bigamus & ammitteret priuilegia clericalia.

997 Sublimitatur quarto vbi adesset consuetudo quod clerici bigami gaudeant priuilegio fori, quia talis consuetudo esset valida ex quo est pro & in fauorẽ ecclesiæ & non contra ecclesiam, Io. de Anan. *in c.* 1. *nu.* 17. *de apostat.*

998 Sublimitatur quinto, vt habeat locũ tantũ in clericis vere bigamis, qui habuerũt plures legitimas vxores quas cognouerunt vel contraxerunt cum vidua non autem in bigamis interpretatiue, *Aufrer. in locis supra citatis, Clar. in §. fi. q.* 36. *nu.* 7. *in fine, & nu.* 8.

999 Sublimitatur sexto, vt dicta limitatio procedat qñ matrimonium esset contractum de iure secus si de facto, Marian. Soc. iun. *in c. peruenit nu.* 101. *de sentent. excomm.*

1000 Qui autem dicantur bigami vere ficte vel interpretatiue, *ponunt Hostiens & Goffred. in sũma eiusd. tit. de bigam. Specul. in eod. tit. Borgas. in tract. de irregul. p.* 5. *in rub. de bigamis, nu.* 43. *cum plurib. seq. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesi. regu.* 1. *limit.* 8. *nu.* 16. *in* 16. *to. tract. diuers. car. mihi* 187. *Cappell. Thol. dec.* 254. *Ange. de Claua in summa in verb. bigamia §.* 13. *Purpura. cons.* 408. *n.* 2. *lib.* 2. *Intrigl. in tract. de feud. centu.* 2. *art.* 5. *nu.* 278.

Limitatur 45. in clerico vsurario qui si fue-
1001 rit de vsuraria prauitate conuictus poterit puniri per iudicem sæcularem, *Io. Monac. & Io. Andr. in c.* 1. *in fin. de vsur. in* 6. *prout eos allegat Marsil. in tract. de bannitis in verb. indice, nu.* 215. vbi

vbi dicit quod ad hoc faciunt ea quæ notantur per Abb. Butr. & alios in c. cũ sit generale de foro cõpet.

1002 Et pro ea limitatione potest adduci ratio, quia hoc crimẽ in clerico est grauius quàm in laico, & propterea grauius punit, quàm laicus, *c. 1. & c. quoniam 14. q. 4. c. 1. 47. dist. Bero. cons. 84. n. 12. lib. 3.*

Mihi tamen hæc limitatio non videtur vera quia crimen vsurarum non est vnũ ex illis ex quibus cleric⁹ ammittit priuilegiũ, nec illud reperitur in toto corpore iuris Canonici puto tamen quod per indirecte posset puniri ꝑ iudicẽ laicũ scilicet, cum petit exequutionẽ instrumẽti vsurarij ei denegare audientiam, & debitorem absoluere ab obseruatione iudicij, & isto modo puto quod procedat limitatio.

1003 Limitatur 40. dictus primus effectus in clerico contraueniente saluæguardiæ, & illã frãgenti qui poterit puniri a principe sæculari qui ipsam saluã guardiã concessit, *Neutzzan. cons. 83. n. 10. qui ad hoc allegat Costumerium Frãciæ in Gallico sermone cart. 198. col. 1. Purpur. in l. si quis id quod §. in seruos ff. de iurisd. omn. iud. & alios Doctores, & ultra per eum allegatos idem dixerunt Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 81. cart. mihi 203. glo. super titu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B. in 12. fallent. cart. mihi 396. post constitut. Regni Boer. dec. 297. n. 4. & per tot. Aufrer. in tr act. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 1. limit. 12. n. 20. in 16. to. tract. diuers. car.*

1004 *mihi* 287. vbi latissime loquitur de præsenti limitatione, in ista tamen conclusione contrarium tenuerunt *Guido Papa dec. 77. vers. sed an iudex Rebuff. in l. ab his, n. 8. C. de nauicular. lib. 11.* vbi dicit quod iudex sæcularis nunquam po-

1005 terit se intromittere in causis clericorum etiã pro salua guardia, quæ secunda opinio est vera, & seruatur in isto Regno in quo clerici ꝑ isto, & similibus delictis non cõueniuntur nisi coram iudicibus ecclesiasticis.

1006 Limitatur 47. prædictus primus effectus ꝙ iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorũ vt non procedat vbi iudex sæcularis compelleret debitorẽ clericũ ad remittẽdum iuramentum turpiter receptũ a debitore antequam per non solutionẽ inciderit in periuriũ, *Intrigl. in tract. de feud. cẽt. 2. artic. 94. n. 8.*

1007 Limitatur 48. vt locũ sibi non vendicet vbi tractatur de vi, & iniurijs inter personas ecclesiasticas, quia isto casu in aliquibus partibus de consuetudine seruatur vt iudex laicus de ipsis cognoscat, *Villalobs in comm. opin. in lit. C. n. 77.* vbi loquitur in Regnis Hispaniarum, & dicit quod in casu prædicto se intromittũt officiales temporales, Affl. decis. 24. n. 9. vbi loquitur de tali consuetudine existẽte in Regno Neapolis, *Ant. Scap. in tract. de iure nõ scripto lib. 1. c. 16. nu. 2.* qui asserit quod hæc consuetudo originem traxit a text. in c. princeps 23. q. 5. de qua consuetudine an sit vera non disputo, & remitto me ad dispositionem Bullæ in Cena Domini.

1008 Limitatur 49. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locũ vbi clericus fideiussisset de iudicio sisti, & iudicatũ soluẽdo coram iudice laico, quia pro tali fideiussione poterit clericus citari, & conueniri corã eodẽ iudice sæculari, *Marian. Soc. in c. 1. nu. 45. de foro compet. quem refert, & sequitur Blanc. in tract. de comprom. q. 3. circa finem, vers. & facit quod adducit,* sed in hoc contraria opinio est vera, & pro

1009 cedit etiam si tẽpore quo fideiussit fuisset laicus, & postea clericatũ assumpsisset, *ita Dyn. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Ancher. in c. ea quæ n. 27. vers. & pro confirmatione de regul. iur. in 6. Mars. in repet. rub. ff. de fideiuss. n. 110. Bertach. in suo repert. in verb. clericus fideiussor. Iaffred. Balb. dec. 168. & cæteris latius Surd. cons. 396. nu. 20. 23. & 38. lib. 3.* vbi dicit quod opinio Blanci est singularis, & quod Socin. ab eo allegatus non solum non dicit illud ad quod allegatur verum etiam dicit oppositum.

1010 Limitatur 50. in inuentario faciẽdo in quo clericus hæres laici tenetur illud facere coram iudice sæculari, *Muta meus Conciuis super cõsuet. huius Vrbis Panormi c. 50. n. 37. vbi allegat Gulie. de Bened. in repet. c. Raynutius n. 420. Io. Andr. & Abb. in c. fi. de fide instrumen.* quod obseruatur etiã quando laicus instituitur hæres à clerico, *Guido Papa dec. 261. Muta eodem n. 37. Roland. a Valle late in tract. de inuent. q. 17. per tot. car. mihi 16.* & ita obseruatur in hac Vrbe in qua omnia inuentaria semper cõficiuntur coram iudice sæculari pedaneo.

1011 Limitatur 51. prędictus primus effectus ꝙ iudex laicus non potest tangere clericos, nec in eius causis se intromittere, vt non vendicet sibi locum quando clericus esset seditiosus & turbaret publicam quietem namque is licet sit in sacris constitutus põt a iudice temporali eijci & cõfinari a ciuitate, vel loco quẽ perturbat dum suus iudex esset absens, *ita Clarus in §. fin. q. 36. nu. 20.* vbi testatur quod alias de anno 1559. die 18. Augusti Senatus Mediolanensis eiecit quemdam archipræsbyterum *Cassan. super consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. nu. 49. versic. imò etiam potest cart. mihi 192.* qui dicit quod iudex sæcularis potest forbaudire clericos pro euitando aliquo scandalo, *allegat cap. quicunque de episc. & cler. Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius in verb. vxorem nomine Adelesiã in 2. dec. a num. 449. vsque ad nu. 458.* & dicit qđ text. in d. c. quicunque fuit præfiguratus in testamento veteri in 3. Regum c. 2. vbi Salomõ Rex pro conspiratione facta contra eum per Aba-

Abaiatar Sacerdotem, *vade, inquit, in Anatod ad agrum tuum, & quidē vir mortis es, sed hodie non interficiam quia portasti Archam Domini Dei*.

1012 Limitatur 52. in clerico scismatico, & excōicato, q excōicatione contēnit, & non pōt à iudice ecclesiastico puniri ob potentiā excōmunicati, vel scismatici, *c. tua, il primo, & ibi gl. 1. de decimis, c. de liguribus 23. q. 5. Paul. de Cast. in l. oēs, qui §. præterea, nu. 2. C. de episc. & cler. Bertacch. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 95. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 353. Alciat. in c. cum nō ab homine. nu. 6. de iudit. Balzer. in c. 1. §. si clericus, num. 12. de pace tenen. in vsibus feud.* sed melius esset quòd priuetur a iudice ecclesiastico.

Iste numerus fuit sublatus 1013

1014 Limitatur 55. vt non habeat locum quādo iudex, & officialis laicus esset requisitus a iudice ecclesiastico, vt sibi impartiatur brachiū temporale, quia isto casu laicus absque metu excōmunicationis poterit agere quidquid sibi imposuerit, & mādauerit iudex ecclesiasti-
1015 cus, *c. pernitiosam ibi, & cū opus fuerit de offic. ordinar. Henric Bobic in c. at si clerici de iud. Soc. reg. 80. limita. vlt. Angel. in tract. de malefi. in verb. fama publica, n. 65. Misinger. cōs. 6. n. 4. Bernar. Laurent. in tract. quibus casibus iudex sæcularis, &c. n. 19. Foller. in pract. crim. canon. vers. vel vsuram committere, n. 9. Intrigl. singul. 58. n. 6. Arnaldus Albert. in tract. de agnosc assert. q. 25. n. 27. Mart. de Fano in tract. de auxil. per iud. imploran. p. 2. n. 17. Gondislaus in tract. de haret. q. 11. Ant. Massa in tract. de obligat. in forma Cameræ in verb. reliqua super processu Camill. de Curte in diuers. seu cōpreh. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 28. & seq. vbi alios allegat.*

1016 Quod quidem brachiū sæculare poterit iudex ecclesiasticus implorare pro executione eius sententiæ, & mandati, & iudex secularis tenetur hoc illi impartiri, *c. 2. & ibi glos. in verb. potestatem de maled. c. administratores, & c. principes 23. q. 5. c. 1. in fi. vbi glos. in verb. publicum, & cōmuniter scribentes de offic. ordinar. cum alijs multis quos congerit. Farin. in suo tract. crim. p. 3. q. 97. n. 81. Roland. a Valle consil. 37. num. 2. lib. 4. Octau. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 3. n. 31. & 32. Lælius Zancus in tract. de priuileg. eccles. priuil. 44. n. 12. Iacob. Berretta cons. 4. n. 1. lib. 1.* hoc est procedit subsidium, quia, & remedium subsidiarium, *glos. in Clement. 2. in verb. remedijs de religios. Dom. Mart. de iurisdict. p. 1. c. 50. n. 1. & 2.*

1017 Et proxima conclusio in tantum est vera q si iudex, & officialis tēporalis recusauerit præstare brachiū prædictū poterit ad id compelli per excommunicationē, & censuras ecclesiasticas, *d. c. 1. vbi gloss. & Abb. n. 11. de offic. ordin. Farin. d. q. 97. n. 82. vbi etiam multos alios allegat, & vltra ibi per eum congestos idem dixerunt, Rebuff. cons. 193. n. 19. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccles. super laicis, & eorum bonis, n. 20. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 227. Grassus in commu. opi. c. 8. q. 7. lib. 2. Lelius de Zanchis d. priuil. 44. n. 13. Paris in tract. de sind. in verb. Brachium, c. 1. n. 4. cart. mihi. 134.* vbi dicit quod hoc limitatur quando iudex haberet iustam causam cōtradicendi, *Misinger. cons. 6. n. 5. Ias. in l. a Diuo Pio §. sententiam Romæ, n. 16. ff. de re iud. Natta cons. 529. n. 2. li. 3.* vbi loquit in Rege cuius brachiū fuit requisitum, & dicit quod si illud nō præstauit fuit excommunicatus, Io. Segura Dauilos *in direct. iud. eccl. p. 2. c. 13. n. 32. Berret. d. cōs. 4. n. 34.* Sed contra principem supremū a quo brachiū est requisitum dicit, *Ignat. Lopez in add. ad Diaz. in pract. crim. canon. c. 154. n. 9. prout eum refert Farin. d. n. 82. vers. & quamuis non debeat procedi statim ad fulminandum sententiam excommunicationis*, quia brachiū, & auxiliū non debet peti ab eo per modū iussionis ac sub pœna cēsurarum, sed benigne, & honorificis verbis, circa quod dicit ipse Farinacius quod ipsius Lopez declaratio respicit requisitionem, & ipsum modū quo vti debet ecclesiasticus iudex quando a supremis principibus implorat auxilium brachij sæcularis vt scilicet antequam deueniatur ad coactionē, & comminationem pænarū procedere debeant literæ requisitoriæ, *prout hoc idem dixit Hieron. Zuccarius in add. ad Clar. in §. fi. q. 37. vers. penultimo in lit. C. in fin. addition.* & tādem ipse Farinacius cōcludit quod prius est requirēdus benigne, & po-
1018 stea sub censuris cogendus, & nō solum officialis negligens præstare auxiliū, & brachiū iudici ecclesiastico potest excommunicari verū
1019 etiam potest puniri pęna arbitraria, *Dauilos in præcitato n. 32. Menocch. in tract. de arbit. iud. casu 452. num. 4.*

1020 Et prædictum brachium siue auxiliū a iudice sæculari petere potest non solum iudex ecclesiasticus ordinarius verum etiā delegatus cui officialis temporalis tenetur illud impartiri, *Innocent. & cæteri scribentes in c. significasti de offic. deleg. Farin. d. q. 97. n. 86. Mart. d. c. 50. n. 25. Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iuris in verb. brachium sæculare vbi etiam alios allegat Repert. Inquisit. in eodem verb. brachium sæculare in princ. & in vers. sed an delegatus, & in vers. sed an brachium Michael de Grassis in comm. opi. lib. 2. c. 8. q. 6. Berrett. cons. 4. n. 24. Oldrad. cons. 89. n. 6.*
1021 *Gigans cons. 26. n. 27. & 28.* vbi dicit quod delegatus non debet incipere ab inuocatione brachij, & auxilij temporalis pro exequutione sui mandati, & ratio est quia auxiliū brachij sæcularis non potest petere iudex ecclesiasticus
1022 nisi in subsidium, & cessantibus alijs remediis & postquam ipse fecerit quidquid potuerit, & nihil vltra superfit agendū, Farinac. in pluries citata q. 97. n. 98. vbi alios allegat, & dicit quod omnia iura loquētia de huiusmodi brachio

chio sæculari habent hanc clausulam si opus fuerit si necesse fuerit vel similem, *Oldrad.cons. 89.n.5. Foller.in pract.crim.canon.c.10.n.60.* qui dicit ꝙ ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium brachii sæcularis cessantibus aliis remediis de iure, & de facto, *Brun.a Sole in d. cōpend. resolut.proposit.iuris in verb.brachiū sæculare vers. eius tamen inuocatio, & versic. illud quoque, & iterum vers. & ad dicta,* quibus locis allegat multa iura ex quibus deducitur quod pro vltimo remedio tantum est inuocandum brachium prædictū *Marsil.in tract.de bannit.in verb.iudice,*
1023 *n.197.* qui etiam dicit quod tunc potest iudex ecclesiasticus implorare auxiliū tēporale quādo inuenit resistentiam, *Roland.cons.37.n.2.& 3.lib.4.Caualc.in tract.de brachio regio p.4.n.266*
1024 *& 267.* vbi dicit quod tūc iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium sæculare quādo fecit omnia perficienda ab eo, & tamen non est sufficiens ad exequendum, *Natta cons.529. n. 36.lib.3.* qui etiā asserit quòd tunc pōt implorare tale auxilium quando præcessit excommunicatio, & non antea.

1025 Nec ita passim iudex sæcularis requisitus a iudice ecclesiastico tenetur suum brachium, & auxilium concedere namq; quando iudex ecclesiasticus nō iudicasset ordine iudiciario seruato, sed extraiudicialiter, & de facto processisset, & committere executionem officiali temporali tunc ipse officialis non erit obligatus illi impartire, *ita Decia.in tract.crim.p.1.lib. 4.c.9.n.128. vbi ad hoc allegat c. cum ad verū 96. dist.& not.in c.si quando de offic. delegat. & in c. 1.de offic.ordinar.& præcipue per Alciat.ibi,n.89 quod dixit etiam Lelius de Zanchis in tract. de pri-*
1026 *uileg.eccles.priuileg.44.n.16.* Et idem est si illud quod vult exequi esset euidenter iniquum, & iniustū, *Oldrad.cons.89.per tot. Farinac. in tract. crim.p.3.q.97.n.89.vbi alios adducit, & vltra ibi adductos idem dixerunt Guido Papa decis.574.Vrsill.in adnotat.ad Afflict.decis.24.n.15.Aufrer.in tract.de potest.iud.eccles.super laicis, & eorum bonis,n.20.in 13.to.tract.diuers.p.1. car.mihi 127. Brun.a Sole in compend.resolut. proposit. in verb. brachium sæculare vers.impertiendum Hortens.Caualc.in d.tract.de brachio regio p. 4.nu. 260.vers. sed si notorie, & n.261.Io.Segura Dauilos in direct. iud.eccles.p.2.c.13.n.33.& seq. Berret.cons.4. nu. 15.late Natta cons.529.per tot. & præcipue,nu.4.*
1027 *& 5.* vbi dicit quod si iniquitas est in euidenti tunc impune non paretur iudici ecclesiastico, si vere essent latens, & occultat tunc in dubio dicit ei esse obediendum, quod dixit etiā Farinac.d.q.97.n.87. ad quod bene fecit id ꝙ in simili dicimus scilicet, quod si ex forma statuti iudex ordinarius loci teneatur exequi laudum latum a compromissariis iudicibus hoc statutū intelligitur nisi tale laudū esset euidēter, & manifeste iniquum, & iniustum, quia si esset tale posset recusare illud exequi, *Paul. de Castr.cons.465.n.4.vers.præterea,lib.1.Ruy.cōs. 36.n.6.& cons.37.n.25.vol.5.Abb.cons. 55.n.2. vol.2.Doctores communiter in l.4. §. condemnatū ff.de re iud.Ferran.Gargar.patroc.1.nu.10.lib. 1.*
1028 Et quod dictum est de iniustitia, & iniquitate procedit etiam in nullitate, nam si id ꝙ vult exequi iudex ecclesiasticus propter quod re-
1029 quirit auxilium Brachii temporalis esset euidenter nullum iudex sæcularis non tenet brachium præstare sed poterit de tali nullitate cognoscere, *Farinac.q.prædict.n. 91. Natta d. cons. 529.n.6.in fi.& n.7.9.& 10.lib.3.Io.Iacob. Masull in add.ad Capic.dec.132.n.1.*

Et ideo pro habenda tali cognitione iudex sæcularis, qui fuit requisitus vt brachium, & auxilium concederet, licet non possit cogno-
1030 scere de iuribus causæ poterit nihilominus videre, & cognoscere an id quod exequi est requisitus sit æquū, & iustum ac firmum, & validum, & si est tale assentire eius requisitioni alias non, *Petr. Belluga in Spec.princ. rubr. 11.§. tractandum,n.3.Vrsill.in adnot.ad Afflict.dec.24 n.15.Andr.Gail obseru.11.lib.1.Vincent.de Anna allegat.59.Masull.in add.ad Capi.dec.132.n. 2. Gigans.cons.26.n.28.Oldrad.cons.89.n.4. Franc. Capiblan.in tract.de author. Baron.pragmat. 8.p.2. n.4.Berret.cons.4.n.15.Brun.a Sole in compend.resolut.proposit.iur.in verb.brachium.sæculare vers.*
1031 *quid autem,* vbi tamen distinguit tres casus scilicet, aut agitur de crimine mere ecclesiastico aut de crimine mere sæculari, & circa eos diuersimode determinat quam etiā distinctionem amplexi fuerunt, *Io.Segura Dauilos in directorio iud.eccles.p.2.c.13.n.33.& seq.Hortens.Caualc.in tract.de brachio regio p.4.n.260.& seq.Decian.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.129.Farinac.d. q.97.n.102.& seq.*

Et quia ipse Farinac.loco præcitato latè ꝓsequitur hāc materiam, & parū, & fortasse nihil illi addi posset, ideo ad per eum scripta me remitto, solum dicam quod sicut existente necessitate iudex laicus tenetur impartiri suum brachium, & auxilium iudici ecclesiastico ita e contra iudex ecclesiasticus ꝑ censuras, & alia remedia spiritualia tenetur auxilium præsta-
1032 re iudici temporali casu quo ab eo fuerit requisitus, *ita Farin.ibidem,n.85.& seq.& vltra ibi per eum congestos idem dixerunt Pet. Fider.in tract. de mandat.& monitor.sine clauf.lib.2.c.65.n. 17. Repert.Inquisit.in verb.brachium sæculare vers.ex hoc Berret.d.cons.4.nu. 6.Roland.à Valle cons.37. n.4.lib.4.Natta d.cons.529.n.8. lib.3.*

1033 Ampliat modo præsens limitatio vt iudex delegatus sedis Apostolicæ possit implorare brachium sæculare pro executione suę sententiæ etiā quod expresse in sua commissione hoc

sibi

ſibi non concedatur, Cardin. Zabbarel. in Clemen.
vnica, nu. 4. verſ. decimo quæro, & ibi Addentes in
verb. nunquid exequutor de offic. & potest. iud. dele-
gat. Paul. de Caſt. in l. epiſcopale, n. 4. verſ. allegatur
ēt C. de epiſc. audien. Abb. in c. ſignificaſti, n. 8. verſ.
extra gl. quæro Fel. nu. 2. & Dec. n. 4. qui de cō. * opi.
teſtatur de offic. & poteſt. iud. deleg. Kircou. in cōm.
opin. cent. 3. concl. 94.
1034 Limitatur 56. prædictus primus effectus qđ
iudex ſęcularis non poteſt ſe intromittere in
cauſis clericorū, vt non procedat qñ clericus
inſtituitur hæres a laico in teſtamento inſcri-
ptis, qa tunc publicatio teſtamenti debet fieri
corā iudice ſæculari, Muta ſuper conſuet. Panor.
c. 50. nu. 37. Couarr. lib. pract. quæſt. c. 8. concl. 1.
1035 Limitatur 57. in clerico ſpoliante laicū ſua
poſſeſſione, qa tunc iudex laicus in reſtituēdo
laicū ſpoliatum pōt ſe intromittere per viam
cuiuſdā defenſionis extraiudicialis citādo ge-
neraliter oēs qui ſua putauerint intereſſe, ita
Marant. in pract. p. 4. diſt. 11. n. 63. car. mihi 203.
vbi dicit quod iſta prouiſio eſt nouiter intro-
ducta per c. Regni, Sebaſt. Medices in tract. de le-
gibus & ſtatutis p. 4. q. 6. n. 5. verſ. hoc idē, Cōtra-
rium nihilominus in hoc tenuit Afflic. dec. 85.
q vltima opinio puto quod ſit verior * ex quo
1036 clericus, q ſpoliauit ſi eſt a poſſeſſione eijcien-
dus dēt expelli authoritate iudicis & ſic tāquā
reus debet hoc fieri per iudicē eccleſiaſticū qui
eſt cōpetens ipſius clerici, & non iudicis laici.
1037 Limitatur 58. dictus primus effectus, qđ iu-
dex laicus non pōt punire clericos, nec de eorū
cauſis cognoſcere, vt nō procedat in clerico q
tentaſſet fidē ſubuertere, vel aliquid noui in-
troducere contra fidē. Bertacb. in tract. de epiſc. p.
5. lib. 4. nu 95. in 13. to. tract. diuerſ. p. 2. car. mihi
353. qui ad hoc allegat tex. in c. quo iure 8. diſt. ſed
verius cenſeo in eo caſu clericum a tribunali
Inquiſitionis fore puniendum.
1038 Limitatur 59. qñ princeps ſæcularis vellet
forbannire clericū de ſuo territorio, vt qa eſſet
ſibi ſuſpectus, qa ſecundū aliquos hoc facere
poterit, Prepoſit. in c. 1. §. ſi clericus nu. 3. & ibidē
Io. Paul. Balzer n. 13. de pace tenen. & pro hoc facit
id quod voluit Abb. in c. 1. §. idē pōt in fin. de elect.
vbi dixit qđ ſi Papa cōferat beneficium alicui
1039 clerico q eſt ſuſpectus principi ſęculari poterit
princeps ipſum non admittere ad talē benefi-
cium qa princeps ſęcularis non tenetur admit-
tere prælatū de quo non poſſit cōfidere ne for-
te panderet aduerſario, & æmulo ſæcreta ſuæ
prouinciæ, idē Abb. in c. cū cætera eod. tit. Bald. in
d. c. 1. §. ſi clericus de pace tenenda Io. de Silua in
tract. de benefic. p. 2. q. 23. Franc. Marc. dec. 355. nu.
5. & dec. 1034. n. 4. & dec. 1390. n. 1. lib. 1. Affl.
in prælud. feud. q. 18. in fin. Cotta in memorial. in
verbo epiſcopus Camill. de Curte in diuerſor. ſeu
compræhenſor. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 133.
1040 Limitatur 60. qñ clericus eſſet apoſtata, vt
qa eſſet in ſacris conſtitutus, vel pfeſſus alicu-
ius religionis approbatæ, & habitū deiecerit,
vel matrimoniū contraheret, Alberic. in tract.
de ſtatut. lib. 3. q. 42. n. 5. vbi allegat c. 1. & quod ibi
not. Innoc. & alij de apoſt. Alfonſ. Aluarez in Spec.
iuris pōtif. q. 36. verſ. itē notabis car. mihi 108. Au-
frer. in tract. de poteſt. iud. laici ſuper perſ. eccl. reg.
1. lim. 20. n. 28. in 16. to. tract. diuer. car. mihi 288.
qui ēt allegat tex. in d. c. 1. de apoſtat. Henric Bohic
in c. ex literis, n. 13. de vit. & hone. cler. qui loquitur
cū quadā diſtinctione Caſſan. ſuper conſuet. Burgun.
rub. 1. §. 5. verſ. s'il n'ha grazze, n. 51. car. mihi 193.
Port. conſ. 149. n. 16. Menoc. in tract. de arbitr. iud.
caſu 546. nu. 32. gloſ. ſuper ritu M. C. V. in tit. de fo-
ro compet. lit. B, verſ. decimonono in clerico cart. mi-
hi 397. poſt conſtit. Regni Decian. in tract. crim. p.
1. lib. 4. cap. 9. nu. 91. vbi dicit quod hæc limi-
tatio procedit in clerico qui ex profeſſo deam
bulat in habitu laicali, & in eo qui nullo tem-
pore volebat haberi pro clerico, vt puta ſi per
annum, & vltra ita cōmoratus fuiſſet, & con-
uerſatus eſſet palam, vti laicus negando ſe cle-
ricum non autem in eo qui ſemel bis, aut de-
cies repertus eſt in tali habitu laicali, quia is
talis non diceretur apoſtata, & licet contra-
rium tenuerit Franc. Monald. conſ. 94. nu. 21.
lib. 2. dum dixit quod clericus propter apoſta-
ſiam nō exuitur priuilegio clericali, & ad hoc
alios allegat nihilominus eius opinio nō ſub-
ſiſtit, & ipſa limitatio eſt cōmuniter * recepta.
1041 Et quia ad dilucidationem præſentis limita-
tionis opus eſt ſcire quid ſit apoſtaſia, & quis
dicatur apoſtata, ideo dico quod apoſtaſia eſt
temerarius exceſſus a ſtatu fidei obediētiæ, vel
religionis, c. non obſeruetis 26. q. 1. gl. & Doctores
in c. 1. de apoſt. Goffre. in ſūma eiuſdē tit. n. 1. D. Tho.
in 2. 2. q. 12. Archiepiſc. Floren. in ſūma p. 2. tit. 16.
c. 6. Turrecre. in c. apoſta. n. 1. 50. diſt. Sebaſt. Me-
dices in ſūma de peccatis in verb. apoſtaſia in princ.
Port. conſ. 84. n. 2. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib.
3. c. 26. n. 5. Reper. Inquiſ. in uerbo apoſtaſia in prin.
1042 Affl. ſuper cōſtit. Regni, lib. 1. rub. 3. n. 1. Syluester
in ſūma in uerbo apoſtaſia n. 1. Iſid. Moſcon. in trac.
de maieſt. milit. eccl. lib. 1. p. 4. c. 2. uerſ. apoſtaſia eſt
car. mihi 545. Aluarez. in Spec. iuris pontifi. in tit.
de apoſtaſia in princ. vbi multa ſcribit circa materiā
apoſtaſiæ Menoch. in tract. de arbit. iud. cent. 6. caſu
1043 546. n. 1. ex qua diffinitione colligit qđ triplex
eſt apoſtaſia ſcilicet quædā eſt apoſtaſia a fide,
quędā eſt apoſtaſia inobedientiæ, quędā, & ter-
tia eſt apoſtaſia a religione ſiue ab ordinibus.
Medices loco prox. citato Graff. d. c. 26. n. 2. 3. & 4.
Tho. Zerola in praxi epiſcopali in verb. apoſtaſia in
princ. Repert. Inquiſit. in d. verb. apoſtaſia verſ. ſed
apoſtaſia, Afflict. loco citato num. 2. ſed quia pri-
mæ duæ ſpecies non ſunt noſtræ ſpeculatio-
nis ex quo in exceſſu a ſtatu fidei ſunt hæretici

& in excessu obedientiæ sunt scismatici, ideo
de tertia specie quæ ad nostrā materiā pertinet
verba faciemus hoc est de excessu a religione
seu ab ordinibus, quā nostrates vocāt apostasiam irreligiositatis, seu irregularitatis, *Menoc. casu præd. nu. 28. Simancas in Cathol. institut. tit. 3. Nauarr. cons. 1. n. 3. in tit. de apostas. lib. 5.* quia de
1044 cęteris duabus dixi in superior. limit. cū & ipsi
dicantur hæretici, *vt asserūt Sebast. Medices Aluarez Menoc. & cæteri supra citati, & ultra eos Bur-*
1045 *sat. cōs. 280. n. 10. 18. 19. & 50.* vbi dicit qđ apostasia non constituit speciē diuersa ab hæresi, *Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 27. nu. 18. Repert. inquisit. in verb. apostasia vers. sed utrū ea quæ,* qui ēt
dicit quod apostata pari passu ambulat cū hęretico & sunt eiusdē speciei circa quā tertiam
1046 speciem dico qđ professus in aliqua religione
approbata nunquā poterit dimittere habitū
ipsius religionis, & ab ea discedere & aliter faciendo diceret apostata verè, & propriè, *c. oēs 27. q. 1. c. 1. & 2. 20. q. 3. c. quātumlibet dist. 27. c. legi 16. q. 1. Hostiens. Goffred. & cæteri oēs in rub. de apost. Isidor. Moscon. in tract. de maiest. milit. eccles. lib. 1. p. 4. c. 2. vers. nunc videndū cum pluribus seq. car. mihi 545. Calder. cons. vnico, n. 1. in tit. de apost.*
1047 vbi dicit quod is proprie dr̄ apostata qui ad sę
culū reddit, *allegat c. q in aliquo 50. dist. Rim. iun. cons. 360. n. 17. & 18. lib. 4. Turrecre. in c. apostata 50. dist. Menoc. d. casu 546. n. 2.* vbi multos allegat & nu. seq. declarat singulas apostasiæ species eiusq; pænas, & n. 29. dicit quod hoc procedit qñ efficitur sæcularis, *Graff. d. c. 26. n. 11.*
1048 Item dr̄ apostata religiosus non solū si oīno
dimittere habitū verum ēt si illud deferret, sed
coopertū ita vt non possit discerni & cognosci
religiosus, *c. 2. ne cler. vel monaci in 6. gl. in c. fi. de vit. & honest. cler. Abb. in c. tua, de Aposta. gl. Ancher. Zezin. Imol. & Vital. nu. 8. in clem. 2. §. 2. de vit. & honest. cler. Io. de Anan. in rub. de apostat. Decian. in tract. cri. lib. 5. c. 73. n. 3. vers. sed & si quos Zabbarell. in Clemen. 1. & in clem. plerisque de elect. Moscon. d. c. 2. vers. dimittens habitū car. mihi 547. Menoc. in tract. de arbi. cent. 6. casu 546. n. 35. Gaetan. in sūmula in ver. excōicatio c. 60. vers. mihi aūt videtur & vers. habitū sic occultatū,* vbi dicit qđ
si occultatio habitus esset talis qđ ab aliquib.
conuersantibus posset dignosci quod sit habitus religionis, licet non ab oībus, ita occultans
non diceretur apostata, & modernissime est
dispositum per sacrum Concil. Triden. quod
occultans habitum suæ religionis sit apostata, ita habetur sess. 25. de regular. cap. 19.
1049 Item dr̄ apostata regularis, qui cū habitu vagatur extra claustra, nec hēt animū reddeūdi, *Syluester in summa in verb. apostasia, nu. 9. vers. in professo & vers. si vero exeat Calder. cons. vnico in tit. de apostat. Clar. in §. fi. q. 78. vers. apostata Nauar. cons. vnico, n. 8. in tit. de apostatis lib. 5. quos oēs refert & sequitur Menoch. d. casu 546. n. 3. & 4. & vltra eos idē dixerunt S. Anto. Floren. in sūma p. 3. tit. 16. c. 5. in princ Mosco. d. c. 2. vers. exiens extra car. mihi 546. Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 26. n. 10*
1050 secus si habuerit animum reddeundi, qa tunc
non diceretur apostata, *Sebast. Medices in sūma q. 33. in fine, Alfon. Aluarez in Spec. iuris pontif. in*
1051 *tit. de apostasia in prin. car. mihi 257.* vbi dicit qđ
hoc procedit ēt si a longinquo & diu vagaret.
1052 Item dicitur apostata regularis ꝓfessus qui
dimisso habitu suę religionis clericus secularis
efficitur sine licentia Sūmi Pōtificis *Abb. in c. fi. n. 1. de apostatis, vbi ēt Soc. n. 2. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 73. nu. 25. Menoch. d. casu 546. nu. 36.*
1053 Item dr̄ apostata regularis professus, qui retento habitu deserit propriū monasterium, &
aliud eiusdē ordinis laxius, & minus arctū ingreditur, vel q in monasterio in quo ingredit̄
sperat viuere cōmodius & istud ꝓcedit, tam si
hoc faciat cū licentia sui pręlati, quā sine, *gl. in c. fi. de apostat. Syluester in sūma in verb. apostasia, nu. 9. cū alijs quos allegat Menoch. in casu prædicto, n. 37. & 39. Isidor. Moscon. d. c. 2. vers. qui aufugit,*
1054 sed in hoc contrariū tenuerunt *Turrecrem. in c. placuit §. apostatæ, nu. 2. vers. secundū est eorū dist. 50.* vbi dicit quod isti tales non cōtrauenīunt
ijs, quæ sunt de substātia religionis cū semper
sint in alicuius obedientia, *allegat Innocen. in c. intelleximus in fine, de ætate & qualit. ordinan. idem dixit Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 26. n. 12. qui vltra Innoc. allegat ēt Archid. in eodē c. placuit, nu. 6.* & dicit quod satis est ad effugiendam apostasiam, vt ad sæculum non reuertatur. Sed in
hoc standum est statutis siue constitutionibus cuiuscunque religionis.
1055 Itē apostata dicitur regularis professus qui
egredit̄ à religione in qua professionē fecit &
ingredit̄ aliam ēt arctiorē, & strictiorē nisi hoc
faciat cū licentia sui plati, *ita Gaetan. in sūmula in verb. excōicatio, c. 60. vers. sequitur secundo, Menoch. in tract. de arbit. iudi. cent. 6. casu 546. nu. 38.*
1056 Quæ oīa prædicta ꝓcedunt in monachis, ac
cæteris regularibus, clerici vero sæcularis trib⁹
casibus tantum possunt apostasiā cōmittere.

Primo si dū sunt in sacris constituti habitū
& tonsurā in cōtemptū religionis dimiserint,
& vti laici oīno viuerent, *c. 1. de apost. c. 1. 20. q. 3. Innoc. in c. quoniā de vit. & hon. cler. Io. de Ana. in c. tua, n. 8. & 11. de apost. Gaetan. in sūma in ver. apostasia Syluester in sūma in eod. verbo nu. 5. vers. si aūt clericus, nu. 6. Abb. in c. 1. n. 3. & Soc. nu. 4. de apostat. Clar. in §. fi. q. 78. vers. apostata, Decian. in tract. crim. lib. 5. q. 73. n. 2. Menoc. casu prædicto, n. 47. Isidor. Moscon. de maiest. militant. eccle. lib. 4. c. 2. vers. 1. si clerici cart. mihi 546. Graff. d. c. 26. nu. 25. vers. tertio vxorem dicendo.*
1057 Secundo si is talis in sacris cōstitutus de facto matrimoniū contraxisset, *c. ex parte de cler.*

con-

coniugat.Moscon.loco proxime cit. vers. 3. *dicendo Port.consi.*149.*nu.*16. vbi dicit qđ tunc statim ammittit priuilegiũ.fori, Graff.d.c.26.n.29. vers.tertio vxorem,& isto casu non solum cõmittit apostasiam,vt iam dixi, sed etiã est suspectus de hæresi,& contra eum poterunt procedere Inquisitores hæreticę prauitatis(prout in isto Regno contra tales procedunt) *Io. Lupus in repet.c.per vestras,§.*18.*n.*26. *de donat. inter virum,& vxor. Diaz in pract. crim. c.* 74. *Simancas in cathol.institut.c.*40.*Pegna in comment. ad direct.inquisit. Eimer in* 2. *p. comment.* 74 *col.* 2.*versic.atque hæc Menoch. in tract. de arbit. iud. centur.*6.*casu* 546.*n.*49.& hij tales dicũtur apostatæ ab ordinibus, *Gaeta.in sũma in ver.apostasia,Meno.d.casu* 546.*n.*46. *vers.dißeramus nunc.*

1058 Tertio, & vltimo clericus sæcularis dicitur apostata si habens aliquod beneficiũ dimisso habitu,& retẽto beneficio viuit tanquam vere sæcularis *Innoc. Abb.& Soc.nu.* 3. *in c.tua de apostat. Syluest.in summa in verbo apostasia,nu.* 5. *vers.fallit tamen,& nu.*8.*in fi.Clarus in §.fi.q.* 78. *vers.apostata, Decia.d.c.*73.*n.*23.*&* 24.*Men.casu præd.n.*50.*Graff.in dec. aur. p.*2.*lib.*3.*c.*26.*n.* 29

1059 Sed si cũ dimissione habitus dimittant pariter beneficiũ tunc non erunt apostatæ, *Gaetan.& Menoch.in locis supra citatis.*

1060 Et licet in omnibus supradictis casibus religiosi professi ac clerici sæculares cõmittant apostasiam illã tamẽ non cõmittunt indistincte,sed cũ aliqua modificatione, & Primo qñ hoc fecissent cum dispensatione Summi Pontificis,quia circa prædicta quæ sunt iuris positiui Papa dispẽsare poterit etiam sine causa, & pro causa sufficit voluntas, *Innocen. & Card. in c.cum ad monasterium de statu monac. Natta cons.* 498.*n.* 21.*lib.*3.*cum multis alijs quos allegaui in meo tract.de except.ad materiã statuti,& c.except.* 32.*n.*113.*& quos cõgerit Brun.a Sole in compend. resol.propos.iuris in verb.Papa dispensare potest.*

1157 *ad Clarũ in* §.*fi.q.2.n.9.* vbi dicit, quod si iudex criminalis absolueret reũ a pœna furti, & illũ condẽnaret ad restitutionem rerũ furto ablatarũ sententia esset nulla, *Natt.cons.407.n.14. li.2.* Et ratio est, quia incidenter, & non principaliter debet cognoscere de causa ciuili, *l. interdum vbi hoc not. Bart.ff.de furt.not.Bald.in l.2. C.vbi caus.fiscal.Barbat.cons.* 1. *lib.* 2. *Magon.in Rota Luccens.dec.*100.*nu.* 41. at si absolueret a causa criminali, & condemnaret in causa ciuili non cognosceret incidẽter, sed ęque prin-
1158 cipaiter de ciuili, sed si non absolueret neque condemnaret in causa criminali, & sic super causa criminali sententiã non proferret bene posset condẽnare ad restitutionem rei, *Simon de Drusio cons.49.n.2.in 2.to.cons.crim.diuers.Menoc.in tract.de retinend.posses.remed.3.n.549.Baiad.eod.n.9.* Et licet Magon. *in Rota Luccẽs.dec.90.n.7.* dixerit quod iudex causarum criminalia tunc demum cognoscere, & condemnare potest ad restitutionem rei subtractæ quando de delicto constaret per cõfessionem inquisiti alias si per contumaciã vel per testes de crimi-
1159 ne constaret non posset condemnare ad interesse partis ex quo tũc excederet terminos suæ iurisdictionis nihilominus hoc non est verum quia sufficit vt ex probationibus appareat ꝙ reus sit condemnãdus, *ita videtur sentire Baiar. & alij per eum citati in d.c.2. n. 9.*

1160 Item (vt reuertar ad propositam materiã) hoc idem procedit in iudice delegato, qui licet sit iudex delegatus ad certam causam nihilominus poterit punire testes coram eo falsum deponentes *Spec.in tit.de testib.§.1.vers.itẽ quod est correptus, Bald.in c. præterea de offic. deleg. Fulg.in l.1.§.qui mandatam in fi.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd. Addent.ad Fely.in c. verũ n.5.*
1161 *in lit.A.de foro compet.* vbi in fine concludunt ꝙ isto casu delegatus non poterit eũ punire pœna ordinaria, *& allegat alios DD. Ortens. Caualc. in pract.de testib.p.3. n.60.Ioseph Gonsalis in lib. variar.iur.q c.22.n.9.Borell.cons.78.n. 9. & 10.* quod tamen intelligas procedere in delegato a principe secus si esset delegatus ab inferiori, *Io.Andr.in add.ad Specul.in tit.de testib. §.1.n.44 Couarr.in lib pract.quæst.c.18.n.8.Clar. in §. fi. q. 38.n.12.Dom.Cosmus Nepita super cõsuet. Clarissime Ciuitatis Cathan.tit. 57.consuet. vnica,nu.6.*

1162 Et idem dicendum est de iudice compromissario quia is nullam habet iurisdictionem, ideo nõ poterit testes coram eo deponẽtes de falso punire, *Angel.in repet.l.si vacantia, C. de bon.vacant.lib.10.Lanfrãc.in tract.de arbit.q.37. Fel.in c.fi. n.20.de senten.& re iud.& in c.suspicionis,n.3.de offi.delegat.Io.de Anan.in c.qualiter,& quando §.fin.de accusat.& in c.1.de rapt.& in.c.1. de crimine falsi Sal.in l.si qris decurio C.de fals.Pet.de Ancher.cons.173.col.1.Marsil.in l.1.§.præterea,n.35.ff.ad l.Cornel. de Sicar. Io. de Arnon. dialogo 37.quos omnes refert,& sequitur Camil. Borell.in repet.pragmat.Odia litium §.3.glos.2.nu.7.*
1163 *& gloss.1.n.58.de compromiss.* Et si testis deponeret falsum corã iudice a quo, poterit de eadẽ falsitate puniri etiã per iudicẽ ad quẽ *Bal.in c. 1.col.4. vers.extra quæro in tit.si inter dom.& vassal.oritur Bertacch.in reper.in verb. appellãs,n.29.*

1164 Et est aduertendũ pro complimento præsẽtis limitationis quod si clericus exemptus deponeret falsum coram iudice ecclesiastico ordinario, quia licet alias sit exemptus nihilominus poterit ab eo puniri coram quo deponit, *Campa.super c.Regni Neapol.c.135.n.22. allegat Fel.in c.verum de foro compet.Ias.in l.1.§.fin.col.pen.& vlt.ff.de offic.eius Affl.dec.230.* quod procedit etiã in clerico vnius dięcesis, qui si depo-
1165 neret falsũ coram iudice ecclesiastico alterius diœcesis ab eo poterit puniri ex quo tunc sortitur forũ ratione loci delicti, *Io.Andr.& Ant. de Butr.in c.verum de foro compet.Marãt. in pract. p.6.actu 12.n.4.Roland.a Valle cons.12.n.49.lib. 2.Tesau.dec.266.num.3.*

1166 Limitatur 63. prædictus primus effectus ꝙ iudex sæcularis non potest cognoscere de causis clericorum vt non procedat ~~vbi clericus in~~ minoribus constitutus ammisisset priuilegiũ clericale, vt quia non adimpleuerit requisita per sacrum Concil. Trid. sess.23. c.6. de refor. vt quia scilicet non vacauerit in seruitio alicuius ecclesiæ de mandato epi, vel non deambulauerit in habitu, & tonsura, *Dec.in c. cum nõ ab homine nu.110. vbi etiam Abb.& Fel.de iud. Iac. de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18.n.150.Camil.de Curte in comprehens.seu diuers.iuris feud. p.2.c.2. n.91.Io.Guttier.in tract.de contract.iuratis, c. 17. n.13. Io.Bapt.Baiard. in add.ad Clar.in §.fi.q.36. n.27.Menoch.cons.912.n.34.& 35.lib.10.* vbi dicit quod tunc non requiritur aliqua monitio, *Ortens.Caualc. in tract. de Brachio regio,p.1.n.89. late Carau.super ritu M.C.V.ritu 135.n.21.Foller. super const.Regni in tit.de episc.& cle.c.item seruat, n.2.car.mihi 83.Farin.q.8.n.5.in fi.& num. 66. Th.Zerol.in praxi episc.in uerb.clericus,§.2.Intrigl.sing.138.n.3. lib.1. Nauarr.cons.25. nu.2.in tit.de priuileg.in 2.to.car.mihi 434.* & quia Cõcil. Trid.d.c.6.(dum loquitur de clericis in minoribus non habentibus aliquod beneficiũ) dicitaut, clericalem habitũ, & tonsuram deferet alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruit, co ligo, & noto primo qđ ad hoc vt clericus in minoribus constitutus gaudeat beneficio, & priuilegio fori tria copulatiue requirũtur scilicet quod deferat habitũ quod deferat tonsu-
1167 ram, & quod inseruiat alicui ecclesiæ de mandato episcopi quorum trium vltimũ tantũ est introductũ de nouo ex dispositione dicti Sacri Concil. Trid. quia reliqua duo prima iam

re-

requirebantur ex dispositione iuris canonici, ita Bertach.in suo reper.in verb.clericus incidens vbi dicit quod si clericus incidit cũ habi
1168 tu sine tonsura vel cum tonsura sine habitu nõ gaudebit priuilegio fori, *alle. c. si iudex laicus de senten.excomm.in 6.& ibidem Io. Andr.in nouella, Bald.in l.si qua per calumniã, C. de episc. & cler. & magis in terminis Cassan.super consuet. Burgund. rubr.1.§.5.n.58.cart. mihi 197.*

Et ratio cur prædicta tria requiruntur vt cõcurrant ad hoc vt clericus in minoribus possit vti priuilegio fori, nec sufficiant duo tantũ est quia est regulare quod vbi lex vel statutum
1169 vel quæuis alia dispositio requirit duas qualitates copulatiue in aliquo actu non sufficit q; ad sit vnum vel duo ex requisitis vt ipsa dispositio sortiatur effectum, sed requiritur vt omnia requisita interueniant, *l. si hæredi plures ff. de condit. instit. & in l. si quis ita stipulatus, ff. de verb.obligat.Bero.cons.40.n.35.lib.1.Hondod.cõsil.3.n.8.lib.2.Mandell.cons.539.n.1.lib.3.Tiraq. in tract.de vtroq.retract.§.8.gl.7.n.1.vbi prope infinitos allegat Surd.cons.45.n.15.& cons.130.n.1.lib.1.Gozadin. cons.68.n.5. Brun.in tract. quod stant.mascul.art.6.n.321.Horat.Carpan.super statut.Mediol.c.278.n.207.Peregr. Iannin. in tract. de citat.reali lib.2.c.11.n.146.Roland. Cauagn.super decret.Montif.decret.73.§.5.n.1. & per tot.*

1170 Quæro primo iuxta prædicta quid si clericus in minoribus seruiuerit alteri ecclesiæ quã illi in qua mandauit episcopus an ita seruiendo cõsequatur priuilegium fori, & dico quod non, quia sacrum Trident. Concil. mandat, & dicit alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruierit, & sic vult, vt inseruiat alicui ecclesiæ particulariter ab episcopo designandæ, quia istud mandatum requiritur de essentia, & de forma ideo forma non seruata dispositio non potest verificari, *vt dixi late in simili in meo tractat.de except.ad materiam statuti, &c. except.32.n.159.& except.33.n.6.& except.39.n.2.vbi multos concordantes allegaui.*

1171 Quæro secundo quid si clericus propter aliquam infirmitatẽ non deferret tonsuram an tunc excusetur, ita vt propterea non ammittat priuilegium fori, & dico quod excusatur, *Cappel.Tholos.dec.104.Farin.in tract.crim.q.8.n.67. Thom.Actius in tract.de infirm. p.2.in verb. clerici,n.12.Clar.in §.fi.q.36.n.14.* vbi dicit hoc nota pro clericis quibus morbo gallico implicitis aliquando solent capilli cadere, & dixi latius
1172 supra in præludio n.281. & eodem modo in simili dicimus quod si clericus propter infirmitatem non potest interesse diuinis officijs non propterea ammittit distributiones quotidianas, *Doct.comm.in c.vnico, §.qui vero de cler. non resident.in 6.Couarr.in lib.3.vari. resol. c.23.n.8. vers.6.hoc ipsum,Duen.reg.206.limit. 7. Hæd. in tract.de incomp.benefic.p.1.c.17.n.15.Io. de Silua in tract.de benefi.p.4.q.6. nu. 9. Paulus Fuscus in tract.de visitat.lib.1.c.20. n. 26. Didacus Spino in Specul.testam.gl.9.princ.nu.30. Abb. in c.ad audientiam n.5.de cler.non resident. Nauar. in comment. de horis canon.c.11.n.10 Decia.cons. 69.n. 8.lib.2.Thom.Actius in d.tract.de infirmit.p.1.c. 50.n.25.Iacob.de Graff.in dec.aur.p.2.lib.3.c.15 n.10.Alex.Moneta in tract. de distribut. quotid. lib.2.c.6.n.7.* vbi hanc conclusionẽ varijs modis ampliat, & sic isti sunt duo ex illis casibus in quibus infirmitas prodest sed a tali prodesse libera nos domine, & istis casibus clerico proderit impedimentum proueniens ex infirmitate etiam si infirmitas proueniret ex eius culpa, *vt per Couarr.d.c.13.n.8. vers.septimo, & dixi etiam supra in prælud.*

1173 Quæro tertio quid si clericus ante vel post delictum dimiserit habitum vel tonsuram, sed in tempore delicti erat cũ eis an isto casu gaudeat priuilegio fori, & dico quod sic, *c. 1. & ibi gl.in verb.quandiu de vit. & honest.cler. Io.Andr. in c.Ioannes in 4.q.de cler.coniug.* vbi dicit quod ita alias fuit decisum in Ciuitate Pataui, *Couarr.in lib.pract.quæst.c.31.n.7.vers.quinto potissimum Alex.cons.8.n.4. lib.1. & cons.149.nu.7. lib.6.Marsil.sing.480.cũ alijs quos allegat Farina. in tract.crim.q.8.n.66.* vbi testatr de cõm.opi.& ratio est, quia isto casu attẽditur tempus delicti, & non prosequutionis, vt dixi supra in ampliationibus.

1174 Quæro quarto quid si clericus casu, vel vt aliquid inconueniens euitaret dimisisset habitum, & tonsuram vt puta si causa timoris, vel necessitatis hoc fecisset an istis, & similibus casibus propter deiectionem habitus ammittat priuilegiũ fori, & dico q; non, *est text. & glos.in c.clerici,de vit. & honest.cler.clemen.fin.vbi etiam glos.in verb.rationabilis, & ibi Imol. in p. colum. eod.tit.glos.in c.2.in verb.temere ne cler. vel monach.in 6.glos.in c.nullus 21.q.4.Zenzel.in d.clem. fi.de vit.& honest.cler.Io.Lupus in tract. de libert. eccl.q.5.n.1.in 13.tom.tract.diuers.p.1.cart. mihi 6.Port.cons.84.nu.10. Hieron. de Laurent.in Rot. Auenion dec.125.n.9.Io.Iacob.Masull.in add. ad Capic.decis.161.in vlt.verb.Decian. in tract.crim.*
1175 *p.1.lib.4.c.9.* vbi hanc sublimitationem exemplificat quando clericus esset ita pauper vt nõ posset propter paupertatem alias vestes inuenire nisi laicales sibi donatas vel si ex humilitate vel ex corporis necessitate hoc faceret, vel qa de nocte vel tẽpore hiemali portaret pileũ & non birrettum clericale, vel penulam, seu tabarrum (quod in Regno isto vulgariter dicit palandrano, seu capo dipulpo) propter frigus, vel pluuiam, & sic vt consuleret saluti, & incõmoditatem vitaret *Imol. in d. clement. fin. in 2.*
1176 *col.vers.quid si clericus de vit. & honesta cler.* & ratio

tio

gat. de later. lib. 2. n. 281. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 26. num. 9. vbi transit cum distinctione posita à Turrecr. & Io. Andr. in locis citatis, Menoc. casu præd. n. 30. vbi num. sequentibus recẽset alias pęnas quas substinẽt clerici sæculares, & professi regulares committentes apostasiam, *Gaetan. in summa in verb. excommunicatio c. 60.* vbi
1070 dicit quod ad hoc vt regularis professus sit excommunicatus propter apostasiã tria requiruntur, primum quod dimittatur habitus suę religionis, secundum quod dimissio fiat temere, tertium quod dimissio sit materia vagãdi.
1071 Limitant 61. prædictum effectum quod clerici non possunt cognosci, neq; puniri ab officialibus temporalibus, vt non habeat locum quando quis efficitur clericus post patratum delictum vt puta homicidium, & furtum tunc enim præsumitur in fraudem habitum clericalem suscepisse nc scilicet puniatur à iudice sæculari, ideo propter talem assumptionem habitus clericalis non liberatur a iurisdi
1072 ctione ipsius iudicis sæcularis, quia in puniendis delictis non attenditur tempus punitionis, sed delicti, *l. 1. vbi Doctores, ff. de pen. l. iniuriarum extimatio, ff. de injur. l. doli, §. fi. de seruo corrupto. Dyn. in l. Vlpianus, ff. de excusat. tutor. Bart. in l. 1. ff. de pen. & in l. omnes, la 2. C. de decur. lib. 10. Bal. in l. si quis n. 3. C. de fals. Albe. in l. iudei, n. 3. C. de ijs, qui ad eccl. confug. Siluester in summa in verb. iudex, il 1. n. 6. Belluga in specul. princ. rubr. 11. §: videndum, n. 21. vbi testatur de com. opi. & in §. videamus, n. 3. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 1. n. 5. & 8. qui asserit quod ita practicatur Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 12. n. 2. Velasc. dec. 48. num. 12. vbi alios congerit, & testatur de com. * opin. Freccia in tract. de præsent. instrum. p. 7. q. 7. nu. 17. ubi Paulus Fuscus in add. in lit. B, Grego. Sairus in Claui regia, lib. 12. c. 7. n. 9. vers. si enim tempore Soc. in c. proposuisti de foro compet. Suarez in tesaur. recept. sentent. in verb. clericus post patratum n. 122. Cagnol. in l. cum quadam puella, nu. 34. ff. de iurisd. om. iud. Anna sing. 130. ubi Fabius in add. antiquis, & recensioribus multos alios doctores allegat Aluarez in Spec. iur. pontifi. c. 36. vers. & dicit rota car. mihi 107. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. n. 144. & 145. Fel. in c. fi. nu. 14. de const. Ang. in tract. malefic. in verb. comparẽt dicti inquisiti, n. 10. car. mihi 220. Farina. in tract. crim. q. 8. n. 104. & seq. Graff. in dec. aur. p. 1. l. b. 4. c. 18 n. 156. vers. octauus vbi testatur de comm.* opi. & alios adducit Brunor. à Sole in cõpend. resolut. propo sit. iuris in verb. clericus factus post delictum Anguiss. cons. 16. n. 6. Batard. in add. ad Clarum q. 36. n. 18. Franc. dec. 209. n. 1. & dec. 384. n. 9. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6 c. 34. n. 25. & p. 1. lib. 4. c. 9. n. 137. vbi etiam alios allegat Couar. in lib. prac. qõ. c. 32. n. 4. vers. 2. cõclusio, qui ẽt concordant. adducit, & asserit hanc esse com.* opi. Alban. in lucubr. ad Bar. ĩ l. si qs postea n. 1. ff. de iud. Surd. cons. 396. n. 20. lib. 3. q duo vltimi alios afferunt Cepoll. cons. 11. n. 13. in cõm. Marches. in tract. de commis. p. 1 c. 25. n. 68. Monald. cons. 133. n. 2. lib. 1. vbi dicit hanc esse cõ.* opi. Borell. super prag. Odia litiũ, §. 1. gl. 3. n. 245. vbi multos alios allegat Io. Alois. de Leo in l. q sub ptextu n. 15. C. de sacros. eccles. & ĩ l. officiales, n. 1. C. de epis. & cler. Tiraq. in tract. de penis tẽperand. seu limitan. causa 25. n. 8. Cassa. sup consue. Burg. rub. 1. §. 5. n. 67. car. mihi 200. Cabel. super const. Egid. lib. 5. c. 1. gl. 1. n. 26. cart. 321. Iacobin. in l. si quis postea, n. 11. ff. de iud. Foller. super consti. ĩ tit. de epis. c. & cler. in c. ascriptitijs n. 7. car. mihi 53. Paris. de Put. in tract. de sind. in verb. clericus, n. 2. car. mihi 158.* vbi loquit̃ in clerico, qui assumpsit clericatũ postq̃ officiũ gesserat, & rõ
1073 est, quia in fundatione iurisdictionis attendi tut tempus commissi delicti, *gl. in l. nemo potest ff. de leg. 1. Io. Alois. de Leo in d. l. officiales, n. 2. & 3. C. de episc. & cler.*

Sed quod imò laicus suscipiendo ordinem
1074 clericalem non possit puniri per iudicẽ laicũ, sed omno sit puniendus per iudicem ecclesiasticum, *dixit Bald. sibimet contrarius in l. affinitatis, C. commun. de success. Archid. in c. nemo vnquã 11. q. 1. Oldrad. cons. 4. per totũ*, vbi conatur hãc opinionem varijs medijs comprobare, *& ibi, Rain. Cursus in add. in lit. A, Alber. in tract. de stat. lib. 3 q. 41. n. 10. Marsi. sing. 480. in fi. Auend. in tract. de exequend. mand. prin. c. 22. nu. 12. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super pers. eccl. reg. 1. lim. 11. Gandi. in tract. malefi. ĩ tit. de penis reorũ n. 32.* q dicit quod hãc qonẽ habuit de facto Perusij & quod determinauit pro ista opinione, *Petr. a Plaz. in epit. delictor. c. 35. n. 5. Clar. in §. fi. q. 36 n. 38. vbi testatur de cõi* opin. alios congerit Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 60. vbi testatur de com.* opi. & iterũ nu. 138. Marf. sibi ipsi contrarius in repet. rub. de fideiussor. nu. 111.* vbi postquam multos alios allegat dicit q̃d ista opinio procedit etiã quod is talis fuisset citatus a iudice seculari, *Hiero. Ceuallos in Spec. pract. q. comm. cõtra comm. q. 563. nu. 6. vbi prout alij de comm. opi. testat. Boss. in tract. crim. in tit. de penis, nu. 38.*
1075 Ego vero in hac opinionũ fluctuatione nõ discedere à distinctione ab aliquibus approbata videlicet, aut is assumpsit ordines maiores, & ab ecclesiastico tantum est puniendus; aut primã tonsurã, vel alios ordines minores, & tunc aut is talis clericatũ assumpsit in fraudem ne scilicet conueniatur corã iudice sæculari, & tunc declinatoriam fori allegare non poterit, & omnino procederet prima opinio aut vero certum est delinquentem non accepisse habitũ clericalem in fraudem & isto casu poterit forum declinare & procederet secunda opinio, *iuxta text. in l. si maritus §. 1. ff. de adult. & in l. hos accusare §. hoc beneficio eod. tit.*

Syl-

Syluestr. in summa in verb. iudex, lo 1. nu. 6. Bellug. in Specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 2. Zerola in praxi episcopali in verb. clericus §. 6. in prin. Cyril. in summa crim. in tit. vbi de crim. agi oport. §. vnico, num. 20. Anast. Germ. in trac. de sacror. imm. lib. 3. c. 15. n. 78. & 82. vers. in ea, Scapp. in trac. de iure non script. lib. 1. c. 1. n. 6. Guttier. in lib. 1. pract. q. 5. Hier. Ceuall. in Spec. prac. q. comm. cōtra cōm. q. 573. n. 7. qui duo vltimi dicunt quod hoc est determinatum, & decisum, per quandam Bullam Alexandri Sexti editā de anno 1492. Decia. d. c. 9. n. 60. in fi. Oldr. eo. cons. 4. n. 2. vbi Raina l. Corsus ī add. in lit. B. qui multos cōcordantes allegat Graf. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 156. vers. octauus, Farin. d. q. 8. n. 105. vbi ēt alios allegat, & testatur de magis com. opi. Ansr. in trac. de potest. iud. laici super perso. eccl. reg. 1. lim. 11. n. 19. in 16. to. trac. diuers. car. mihi 287. Bar. in l. 1. col. 2. vers. aut fecit de penis, Bald. in l. officiales, n. 2. vbi etiam Gulielm. de Cuneo in vers. si antē C. de episc. & cler. Couarr. in li. prac. q. c. 32. n. 4. vers. 1. cōclusio vbi ad hoc allegat Ang. & Alber. in preit. §. hoc beneficio, & in l. qui cum vno, §. reus ff. de re milit. & not. per Doctores in c. proposuisti de foro cōpet. Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontif. c. 36. vers. & dixit Rota car. mihi 107. Alber. in c. 1. q. 13. de hæret. in 6. vbi asserit quod hec est comm. opin. Monald. cons. 133. nu. 1. lib. 1. qui etiam testatur de comm. opin.*

1076 Et ita concludunt præcitati DD. quando sumus certi, sed si essemus in dubio an in fraudem, vel non clericatū assumpserit tunc iterū est distinguengum scilicet, aut is talis erat accusatus vel infamatus de crimine tēpore quo fecit se cleritum, & præsumitur hoc fecisse in fraudem aut non erat infamatus, & tunc presumitur bona fide ordinē clericalē accepisset, *ita Specpl. in tit. de reo §. 1. n. 5. Syluester. in eodem verbo. n. 6. & ex tex. expressus in l. si quis postea, ff. de iud. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. clericus §. 6. vers. tertium Belluga d. n. 11. Clar. in §. fin. q. 36. n. 39. Cartar. in tract. de execut. sent. c. bannit. c. fin. n. 308. Farinac. in tract. crim. q. 8. n. 110. & 111. Sigismun. Scacc. in tract. de iud. p. 1. q. 11. n. 4. vbi testatur de comm. oopin. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 83. Couarr. in præcit. n. 4. vers. fraus verò.*

1077 Ex quibus concludo quod si aliquis ante susceptionem habitus fuisse iam accusatus de nunciatus vel inquisitus præsumitur habitū in fraudem suscepisse, & per consequens non frueretur priuilegio fori ecclesiastici, sed posset puniri per iudicem seculare, *& vltra prædictos est bonus text. in l. fin. ff. de bon. eorum qui sibi mort. consci. & in l. fin. ff. de re militar. Foller. super constit. Regni in tit. de episc. & cler. c. ascriptitios, nu. 7. car. mihi 53.* vbi dicit, quòd secus est si delictum esset antiquum & satis ante clericatum cōmissum, *Velascus dec. 48. nu. 3. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 156. vers. fraus vero Aufrer. in tract. de pote. iud. laici super person. eccl. reg. 1. lim. 11. n. 16. to. tract. diuers. car. mihi 287. ubi asserit hanc esse comm.* opin. Baiard. ad Clarum d. q. 36. nu. 41.*

Iste numerus fuit sublatus 1078

1079 Sublimitatur primo dicta limitatio, vt licet ita in fraudē ordinatus non consequatur priuilegium fori nihilominus iudex ecclesiasticus prius cognoscere habet an dolo quis clericatū assumpserit, & postea eo declarato per ipsum iudicem ecclesiasticum posset procedere iudex laicus *Gandin. d. nu. 9. Octau. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 2. n. 41. vers. sed supposita.*

1080 Sublimitatur secundo, vt prædicta conclusio procedat in delicto pro quo est prosequutus accusatus, vel infamatus secus pro alijs delictis, vt si quis commisisset duo delicta verbi gratia furtum, & homicidium nam si fuisset tantum accusatus de furto, & non de homicidio iudex sæcularis haberet iurisdictionē tantum in cognoscenda causa furti, & nō homicidij, quia ita dicunt iura, & authoritate supradictæ dum volunt quod iudex laicus data fraude possit punire illum qui postquam delictum patrauit clericatum assumpsit si de tali delicto fuerit infamatus accusatus, vel inquisitus ergo a contrario sensu pro delicto ꝓ quo nō fuerit accusatus inquisitus, vel infamatus nō poterit puniri per iudicē laicum, ad cuius conclusionis confirmationem accedat quod cum sit regulare de iure diuino quod clerici nō possunt puniri per iudicem laicum, & oīa iura permittentia contrarium sint exorbitantia sequitur, vt sint restringenda quantū fieri potest, *Sal. & alij in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiesta. Aret. cons. 92. nu. 1. Vinc. Hondod. cons. 95. nu. 45. lib. 1. Roland. Cauagnol. super decretis Montisferr. decret. 4. §. 4. nu. 2. car. mihi 57. Ancher. q. 62. nu. 9. lib. 2. Anna alleg. 1. nu. 24. lib. 1. & allegat. 70,*

1081 *nu. 43. eod. lib.* qui oēs licet loquantur in statutis laicorum quoad ius cōe tn̄ idem omnino dicendum est de iure nouo ad ius vetus, & sic de vno iure ad aliud, immo ius corrigens in dubio sēper interpretari debet secundum ius correptum, & ad illud redduci, vt quo minus

1082 fieri potest illud lædat, *c. cū dilectus, & ibi Ant. de Butr. de consuet. c. causā quæ de rescript. glo. in l. 2. & ibi Doct. de noxal. & in l. fi. §. in cōputatione, C. de iure deliber.* & nunquā intelligitur corre-

1083 xisse nisi id quod expresse corrigit, *Bart. in l. 4. §. prætor ait, ff. de dam. infect. Ant. a Sole sup constit. Subaud. in proem. gl. fi. nu. 2. Rolan. Cauagnol. in obseru. ad decret. Subaudiæ decret. 25. §. 12. nu. 2. car. mihi 338. & decret. 14. §. 1. q. 3. n. 16. car. 214.*

1084 In tantum quod semper est inhærendū regulæ iuris antiqui correpti inquantum fieri

potest,

potest, *Bar. in l. si tutor in fi. C. de seru. pignor. dat. Ias. in l. si constante, n. 15. ff. sol. matr. Alba Mand. cons. 25. nu. 18. lib. 1. & cons. 609. n. 8. lib. 4. Surd. cons. 334. nu. 15. & cons. 356. nu. 18. lib. 3.* & pro
1085 hoc bene facit quod in simili dicimus de statutis corrigentibus ius cōe quæ semper sunt restringenda quātum fieri potest, *Dec. cons. 49. nu. 1. & cons. 37. nu. 7. Surd. cons. 163. nu. 25. lib. 2. Alba Mandell. cons. 138. nu. 18. lib. 1. Menoch. cons. 5. nu. 3. lib. 1. Curt. iun. cons. 7. n. 8. & 10. Soc. iun. cons. 29. nu. 6. lib. 1. & cons. 122. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 259. nu. 2. lib. 2. Rom. cons. 199. nu. 4. Bellon. cons. 53. n. 8. Paris. cons. 53. n. 8. Paris. cons. 110. n. 6. lib. 3. Caphal. cons. 32. n. 210. nu. 15. lib. 2. Honded. cons. 1. n. 31. & cons. 52. nu. 44. & cons. 81. n. 27. & cons. 95. n. 81. lib. 1. Bonifat. Roger. cōs. 23. nu. 18. lib. 2. Farin. q. 19. n. 4. Rolan. Cauagnol. in obserua. ad decret. Montisferrat. decret. 73. §. 5. q. 1. n. 13. vers. & re uera car. mihi 90. & §. 10. nu. 6. cart. 101. Sur. decis. 43. nu. 6.* qui oēs recensent multa statuta quæ restringuntur ne corrigant
1086 dispositionem iuris cōis, & ideo statutum aliquod disponens contra ius cōe, licet ex sua generalitate plura operari, & disponere posset attamen semper interpretari debet, vt vnum tantū operet, & sic vt minus iuri cōi derogēt, *Abb. in c. cum dilectus de consuet. Butr. in c. cum dilecti de donat. Soc. iun. cons. 29. n. 7. vol. 1. Roland. a Valle cons. 74. n. 19. lib. 3. Ancher. in q. familiar. lib. 2. q. 62. n. 9. & q. 2. nu. 3. & 11. lib. 3. Scacc. in tract. de ind. p. 2. c. 8. n. 411. Osascus dec. 59. n. 13. & dec. 167. n. 22. Andr. Rauchb. in q. iuris Saxon. q. 34. n. 56.* cui proximum est id quod dicimus quod licet in statutis possit sumi argumētum
1087 a cōtrario, & a contrario sensu etiā disponat, *Bart. in l. omnes populi, n. 61. ff. de iust. & iur. & in l. impossibile, ff. de pact. Corsett. singul 5. in verb. Argumentum a contrario sensu Fel. in c. significasti col. pen. vers. vltimo fallit in statutis de foro compet. Osasc. dec. Pedemon. 174. n. 3. Dec. in c. quæcunque, n. 43. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd. Purpur. cons. 606. n. 12. lib. 2. Hond. cons. 16. nu. 60. lib. 1. Alba Mandell. cons. 159. n. 19. lib. 1. & cons. 561.*
1088 *n. 9. lib. 3.* nihilominus illud sumi non potest vbi ex tali argumento veniret corrigendū ius ciuile vel canonicum, *Bart. d. nu. 61. Ancher. in c. canonum statuti in 5. q. in princ. de constit. Alber. in tract. de statut. p. 1. q. 9. Euerard. in topica iuris in loco a contrario sensu nu. 3. Rodr. Suarez allegat. 14. n. 7. Dec. in d. l. quæcunque n. 53. Borell. cons. 91. n. 16. Purpur. cons. 234. n. 5. Ancher. q. 41. n. 20. lib.*
1089 *3. Alba d. cons. 159. n. 19.* ex quibus colligitur, & concludo ꝙ prædicta limitatio procedit tm̄ in delicto ꝓ quo est prosequutus & nō in aliis.

Sublimitatur tertio, vt tātum procedat dicta limitatio in delicto principali ꝓ quo fuit prosequutus, vel infamatus secus in connexo, licet maiori, verbi gratia si ille qui est prosecutus de apportatione armorum, vtputa scopettonis, efficiatur clericus, & sic pro eo delicto
1090 non poterit consequi priuilegiū fori ecclesiastici nihilominus non poterit prosequi per iudicē laicum de homicidio quod commisit cū tali scopettono; sed cognitio homicidij spectabit ad iudicē ecclesiasticū, licet alias confundantur ista duo delicta, & attendatr maius ipsorum, *glos. in l. qui de crimine vbi Doctores, C. de accus. Bal. in l. aduersus, C. de furt. Bar. in l. quemadmodum §. illud ff. ad leg. Aquil. Ancher. cons. 272. Florian. de S. Petro in l. illud quæsitum §. si idē eumdem ante finem ff. ad leg. Aquil. Alber. de Rosat. in trac. de statut. in 2. p. q. 26. nu. 33. Abb. in c. 1. de pen. Clar. in §. fin. q. 84. nu. 4. Mars. cons. 51. n. 59. Bertaz. cons. 205. n. 3. & ibi Claud. in add. in vers. secundo, Suarez comm. opin. in verb. pœnæ nu. 148. Baiard. in add. ad Clar. d. q. 84. n. 15. vers. scias etiā Mars. in repet. l. vnica, nu. 54. C. de raptu virg. &*
1091 *singul 491. Caualc. dec. 4. n. 3. lib. 4.* vel si fuisset accusatus de vulnere, & post susceptū habitū clericalē fuisset mors sequuta, quia tunc de morte erit agendū corā iudice ecclesiastico, & hoc tum per rationes positas in præcedenti limitatione, tum etiam per id quod in simili videmus de eo qui habuit pacē seu remissionē de vulnere quod alicui intulerat namque si postea ex tali vulnere mors sequat̄ tali pax non esset profigua vulneranti, *argum. l. si vulnerato, ff. ad leg. Aquil. Bart. in l. damni §. Sabin. ff. de damn. infect. vbi Guido de Suzar. Nellus in tracta. de bannit. in 3. p. secundi temporis q. 40. Signorol. cons. 174. Boer. dec. 323. n. 5. Gomes in epitom. delit. in tit. de homicid. n. 67. Ant. de Padilla in l. transigere, n. 28. C. de transac. Octau. Vulpell. in tract. de pace q. 22. Farin. in tractat. crim. q. 14. nu. 28. cum sequent.* vbi ponit aliquas distinctiones, & testatur de comm.* opin. & rō est non quia vul
1093 nus est delictū satis distans ab homicidio ex quo dicitur mortuus qui ad huc viuit, *vt hatur in l. qui duos, ff. de manumiss. testam. Mars. in pract. in §. quia n. 26. in fin.* ideo vulnerans mortaliter
1094 non potest statim puniri de homicidio licet sit certū vulneratū mori. *Bald. in c. 1. §. iniuria col. pen. de pact. iurament. firmat. Mars. in d. §. quia*
1095 *n. 26.* & dum anima est in corpore quis viuere dicit̄ licet lætaliter sit vulneratus, l. in hac, C. de triticar. & iura loquētia de occidēte nō vendicant sibi locum de vulnerante lætaliter,
1096 *Mars. in d. §. & quia, nu. 28. in fin.* ideo dico in casu nostro quod cum iste fuerit prosequutus de vulnere quod est delictum satis diuersum ab homicidio (vt dixi) sequitur, vt iudex sæcularis non possit cognoscere nisi de delicto de quo fuit infamatus, vel prosequutus, & ita fuit decisum alias in facto, & clericus fuit remissus ad curiam Archiepiscopalem huius Vrbis, licet de vulnere iam fuisset accusatus in

M. R.

M.R.C.& in practica obseruatur quod si aliquis est accusatus de vulnere,& postea ex vulnere sequuta fuit mors iterum accusatur occidens,& iterum capiuntur informationes seu captæ repetuntur.

1097 Sublimitatur quarto si is qui fecit se clericum vel religionē ingressus fuit post quā fuit accusatus inquisitus, vel diffamatus de delicto quod commiserat ante clericatum probauerit se vouisse clericatum vel religionem ingredi,quia tunc semper, & indifferenter gaudebit priuilegio fori ex quo ex tali voto præcedenti excluditur omnis suspicio fraudis, *Bald.in l.1.C.an seruus pro suo facto Cagnol.in l.cū quædam puella,n.34.in fin.ff.de iurisd omn.iud.& ibidē Alban.in Lucubrat.ad Bart.n.6.& Ias.n.12. Viu.in cōm.opi.in verb.ordo ecclesiasticus nu.212. vbi testatur de com. & magis cō.* opi.Arnon.sing. 29.Vulpell. in tract.de libert.eccl.p.2.nu.41.vers. an autem præsumatur, Velascus dec.* 48.*n.*8.*vbi testatur de comm.opin.& alios allegat Marsil.sing. 84.& in tract.de bannit.in verb.ecclesiæ,n.* 123.*Camill.de Curte in diuersor.seu comprehens. iur. feud. p.2.c.2.n.112.Cartar.in tract.de exequut.sentent. capto bannit.c.fin.n.*108.*vers.hæc autem, Iacob.de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18.n.156.vers.si verò votum Anna sing.*130. vbi dicit quod ita de facto fuit decisum in causa vnius nobilis Neapolitani,*Monald.cons.133.nu.6.lib.1.Cassa.super consue.Burgun.rub.1.§.5.num.68.car.mihi 200. Gasp.Cabel.super constitut.Egidian.lib.5.c.1.gl.1. n.27.Pet.Foll.super constit Regni in tit.de episc.& cler. in c. ascriptitios,nu.5.vers. vt ergo cart. mihi 53.Anastas.Germon.in tract.de sacror.immun.lib. 3.c.15.n.80.Suarez in comm. opi. in verb.clericus n.123.Sigismund.Scacc.in tract.de iud.p.1.c.12. n.*8.vbi dicit quod a tali communi opinione non discedit probato voto,*Decia.in tract.crim. p.1.lib.4.c.9.nu.23.Pet. Gerard.singul.41.Ant. Scappa in tract.de iure non scripto, lib.1.c.1.n.9.& 10.Couarr.in lib.pract.quæst.c.32.n.4. vers. cæterum quidam,Vincen.Mancin.in tract. de iurament. p.4.effect.191.nu.3.*

1098 Et ratio istius sublimitationis est, quia qualia sunt principia talia præsumuntur principiata donec contrarium probetur,*Andr.Gail. in tract.de pace publica,lib.1.c.5.n.7.* at isto casu principia sunt bona, quia quis se vouit ad seruiendum Deo ergo eodem modo debent præsumi principiata prout est ingressus ad religionem,& assumptio habitus clericalis.

1099 Et isto casu votum probatur iuramēto ipsius,qui votum fecit si aliunde tale votū probare non poterit,*gloss.in c. significasti, il 1. vbi hoc not.omnes scribentes de homicid. & in c. si vero,il 2.de sentent.excomm. Barto. in l. inter omnes, §.recte,ff.de furt. Aret. in l. interdum §. quod ex naufragio,ff.de acquirend.possess. Ias.in l. cum quædam puella,nu.12.ff.de iurisd.omn.iud. & in §.sed & iste,n.89.Institut. de action.Graff.d.c.18.n.157. Mars.in d.verbo ecclesiæ,n.124.& in rubr.de probat.n.122.Cagnol.in d.l.cum quadam puella,n.34. Cassan.d.n.68.Serafin.in tract. de priuileg. iuram. priuileg.8.n.3.Foller.loco proxime citato,*qui dicit quod hoc non ammittunt practicari iudices, *Anastas.Germon.in tract.de sacror.immun.lib.3.c. 15.n.81.& 82.* vbi dicit quod hæc opinio est rectior contraria,*Marcell. Cala in tract. de modo articul.& proband.gloss.vltim.nu.* 1574. *Mancin. d.effectu* 191.*n.4.Suarez eodem n.* 123. *Cuccus in institut.maiori,lib.3.tit.9.n.22.Viu.in comm.opi. in verb.ordo ecclesiasticus vbi testatur de cōm.* opi. Scappa loco citato,Couarr.in lib.practic.quæst.c.32. n.5.vers.cæterum quidam vbi in fin. videtur in contrariam sententiam,Farin.d.q.8.n.112.Cartar.d.n. 308.Alciat.in tract.de præsumpt.regu.2.præsūpt. 10.Camill.de Curte in comprehens.seu diuers. iuris feud.p.2.c.2.n.112.*vbi dicit, quod hęc opinio est periculosa,quia semper delinquētes ad finem euitandi rigorosas pœnas impositas a iure ciuili dicerent se emisisse tale votum, & ratio cur isto casu votum probatur iuramento ipsius vouentis est,quia in eis quæ cōsistunt in animo standum est iuramento illius a cu-

1100 ius animo pendent, *gloss.in §. aliæ institut. de actio.& in c.significasti,il 2. de homicid. Alciat.Couar.& Cassan.in locis supra citatis, Ias. in d. §. sed iste,n.89.Decian.in tractat.crim.p.1.lib. 4.c.9.n. 23.Martin.Laudens.cons.6.n.5. Mascard. in tract. de probat.concl.881.n.2.vbi multos, & multos allegat,& testatur de cōm.* opi.Farin.cons.60.n.105.*

Quæ conclusio tanto facilius procederet si vltra iuramentū concurreret aliqua alia præsumptio,& coniectura,vt quia asserens ita vouisse passus esset aliquam grauem infirmitatē vel aliquod aliud periculum vt est maris vel incursus hostium vel quid simile.

1101 Nec est nouum in iure nostro quod ea quę consistunt in animo probantur iuramento, quia etiam ignorantia probatur iuramēto ex eo solo quod consistit in animo *c. nulli in fi. de elect.in 6.c.cum tua §.fi. iuncta gloss. qui matrimo. accusar.poss.glos.fin.in c.qui diuinis,& humanis 12 q.2.Doctor.in c.cognoscentes, & præcipue Abb.n. 9.& Dec.in prima lett.n.18.de constit. cum multis alijs quos congerit.Hondod.cons.55.nu.63.lib.1. Laudens.d.cons.6.nu.4.Menocch.in tract. de arbit. casu 86.nu.5. prope infinitos congerit Mascard. in tract.de probat.concl.881.n.1.*

1102 Hinc videmus quod licet post didicita testificata pars non admittatur iterum ad producendum testes, *c. fraternitatis c. intimauit de testib.Surd.dec.126.n.1. Paris. cons.108.nu.16. lib.1.Specul.in tit.de testib.§.satis vtiliter per tot. Brun.à Sole q.25.n.6.Roland.a Valle cons.45.n.8. & seq.lib.1.vbi testatur de magis comm.opin.Affl.*

dec.

dec.216.in prin.Marsil.cons.43.n.26.Io.de Amicis,cons.111.nu.7. Anton. Gabr. in suis conclus.in tit.de testib.conclus.21.n.1.nihilominus si dicit se ignorare primas attestationes, & hoc iuramento suo affirmauerit statur suo iuramento

1103 & admittitur ad probandum, Marian. Soc. in c.fraternitatis,col.11. de testib. Gabr. eadem conclus.21.num.30.

1104 Sic etiam licet is qui sententiam reportauit cōtrariā,teneatur appellare infra decem dies, Authen.hodie,C.de appel.Marant.in pract.p.6.de appell.n.133.Gabr.concl.5.n.2.in tit. de appellat. Menoch.cons.818.n.74.liib.9.Hondod. cons.83. n.85.Sfort.Oddo cons.20.n.17.Praeposit.de appell. §.vt debitus n.34.cart.70.& cart.83.n.47. Bart. in l.quod subsit n.11.ff. de re iud. vbi etiam Alex. n.31.& Las.n.28.Fab.Turrett.cons.26. n.33.lib. 1.Gail.in pract.obseruat.39.n.2.lib.1.vbi testatur de commun. opin.

1105 Si is tamen iurat quod ignorauit sententiā fuisse contra se latam admittitur ad appellandum etiam post decem dies quia tempus decem dierum currit a die scientiae, Gail d.obseruat.139.n.8.Fel.in c. quoad consultationem de re iud.n.31.Angel.cons.302.col.fin. Ancher. cons. 174.Rom.cons.228.n.4.vers. sexto, & cons. 343. n.18.Tiraq.in tract.de vtroq.retr. §.35. gl.4.n.9. & de leg. connub. gloss.8.nu.183. Guido Papa sing. 358.vers.decem dies Surd.cons.5.nu. 36. lib. 1.& cons.287.n.10.Rim.iun.cons.365.n.25.lib.4.Menoch. in tract.de praesumpt. lib. 4. praesump.95.n.1. Fabius Turret.cons.78.n.24. lib.2. qui asserit quod haec est comm.* opi.& d.cons.26.n.33.

1106 Et ideo videmus quod decem dies dati ad appellandum quando sententia est obscurè lata currunt a die declarationis ea ratione quia ante declarationem condemnatus ignorabat sententiam contra eum esse latam, Praeposit. in vers.vt debitus,n.34. fol. 76.

1107 Et pari modo licet exceptio suspicionis, & recusationis iudicis debeat opponi in principio litis,Bar.& Doct.in l.quidam consulebat,ff.de re iud.glos.& Doctores in c.inter monasterium eodē titulo Lanfranc.in c. quoniam contra in verbo recusatio eodem tit.de re iud. Harman. in lib. practicar. obseruat.centur.4.obseruat.59.Neuizza. cons.36. n.2.Marant.in pract.p.6.actu secundo,num. 26.& ego alias dixi in meo tract.de except. except. 24.n. 20. attamen si causa suspicionis peruenit ad notitiam partis post incohatam litem poterit opponi in quacunque parte iudicij, & statur

1108 iuramento ipsius opponentis quod tunc peruenit ad eius notitiam, Dec.in c.cum super n.2. de offic.delegat.Rebuff.super constitu.Galliae in tit. de recusat.articul.1.glos.6.n.2. Michael de Grass.in suis comm.opin.lib.2.c.8.q.14.Sic etiam licet deferens rem de qua debet solui gabella si eam non patefacit gabelloto eamdem rē perdat,&

1109 vltra puniatur poena statuti Tutius allegat. 19. Roland.a Valle cons.71.n.22.lib.4.Cefal.cōs.451. n.260.Crauit.super ritu M.C.V. ritu 67. n.3.Bertazzo.cons.169.nu. 5. Pract. Papien. in forma libell.pro solut. pedag. in verb. panni f. mihi 479. Brun. a Sole in compend. resolutor. proposit. iur. in in verb.gabellā licet,Marc.Ant. Amatus dec. 35. Boss.in tract.crim.in tit.de fraudat.vectig. nu. 10.

1110 si tamē iurat se nesciuisse quod pro ea re vel in tali loco soluebatur gabella erit liberatus à poena ammissionis rei delatae,Abb.cons.35.lib.1. Marsil.in rubr.de probat.n.137.Mascard. in tract. de probat.conclus.881.n.3.

1111 Et iterū circa solutionem gabellarū alio casu statur iuramēto asserentis hoc est si aliquis defert aliquam re pro suo vsu proprio ex qua non tenetur soluere gabellā, l.fi.§. diuus de publican. l. si publicani §. de rebus, ff. eod. vbi Bart. Bald.cons.241.lib.4.Roland.a Valle cons.34.n.13. lib.3.& cons.71.n.19.lib.4.Mars. singul.81. Ias. in l.caetera,§.sed si quis,ff.de legat.1.Ancher.cons. 264.Bertazz.cons.207.nu. 4. in crim.Guido Papa dec.4.Iulius Ferret.in tract.de gabell.nu.174.Gaetan.in summula in verb.pedagium,n.4.Henric Bohic in c.innouamus,n.4.de censib.Surd.cons.41.n.3. & 4.lib.1.& cons.205.n.15.lib.2.& cons.307.lib. 3.Becc.cons.96.n.9 Tabiena in summa in verb.pedagium,n.4.Fuscus in singul.in lit.G. nu. 2. Bellon. cons.28.n.9.Scappa in tract. de iure non scripto,lib. 1.c.19.Pract.Papiens. in forma lib. pro solutione pedagij in gloss.in verbo panni car. mihi 478. Hieron.de Laurēt.in Rot.Auenio.dec.150.Mart.Laudens.cons.39.Villalobs in comm. opin. in verb.gabella,n.4.Franc.Personal.in tract.de gabell.n.103. Soc.cons.72.n.2.lib.4.& isto casu quādo res defertur causa proprij vsus statur iuramento ip-

1112 sius deferentis, est glos. in clement.saepe in verb. negotiandi de censib. Inocen. in clemen. religiosi de decim.Abb.cons.105.lib.1.Mars.d.singul. 86.Serafin.in tract.de priuileg.iurament.priuileg.14.n.3. Bald.& Imol.in d.l.caetera,§.fi.de leg.1. & ibi etiā Alex.n.7.Alciat.in l. lege censoria vers. victus sui de verb.signifi.Octau.Vullpel cons.148.nu.3. Mascard.in tract.de probat.concl.951.n.11.

1113 Et eodem modo dicimus de eumphyteuta qui si alienat rem emphyteuticā inscio domino directo cadit a iure suo,l.fin.& ibi Bart.Bald. Sal.Ias.& alij,C.de iure emphyteut.c. potuit,& ibi, Abb.Anton.de Butr.Pet.de Aacb.& Imol. extra locat.idem Ias.in l.nō solum §.morte n.23.ff. de noui operis nunciat.Cagnol.in Authen.qui rem n.23. C.de sacros.eccl.Paris.cons.86.nu.13.lib.4.Aleia. cons.753.nu. 1. cum multis alijs quos late congerit Aurelius Corbolus in tract.de iure emphyteut.in tit. de causa priuat.ob alienat.irriquisit.domino factam, n.1.cart.mihi 95.Si tamen hoc faciat ignoran-

1114 ter iure suo nō priuabitur,argum.text.in c.1. de controuers.inter dom. & emptor.feud.vbi Bal.n.4.

dicit

1115 dicit quod in omnibus alienationibus in quibus alienans cadit a iure suo debet intelligi si alienat sciens qualitatem rei, *quod clarius dixit Iaſ. in d. l. fi. n. 127. C. de iure emphyt. Corne. conſ. 67. n. 6. lib. 2. Grat. conſ. 79. n. 10. vol. 1. Affl. in c. 1. §. si vaſſallus, n. 13. ſi de feud. controuerſ. fuerit inter dom. & agnat. Burſat. conſ. 26. n. 1. in fi. lib. 1. Carbol. in tit. prædicto in 25. limit. per tot. vbi prædictos & alios allegat quibus adde Rimin. iun. conſ. 1. per tot. lib. 1. Laderch. conſ. 105. n. 3. lib. 1. vbi multos concordantes congerit, Io. Bapt. Coſta in tra. de ignor. iuris & facti diſt. 11. n. 4. cent. 1.*

Et pariter proſequendo eamdem materiã
1116 emphyteuſis dico quod licet emphyteuta ceſſans à ſolutione canonum per biennium, vel triennium priuetũ re emphyteutica, *l. 2. C. de iure emphyt. Authen. qui rem, C. de ſacroſ. eccl. c. potuit de locato cum ſimilibus allegatis per Corbol. in d. tract. de iure emphyt. in tit. de cauſa priuat. ob non ſolutum canonẽ, n. 1. car. mihi* 184. nihilominus
1117 si is, qui ceſſauit ignorabat ipſam rem eſſe emphyteuticam iure ſuo non priuabitur, *vt dicit ipſemet Corbolus ibi, limit. 20. n. 1. & per totam, &*
1118 *vtrobique alios allegat Anch. conſ. 174. n. 5.* namque in iſtis, & ſimilibus caſibus ſtatur iuramẽto ipſius emphyteutæ aſſerẽtis quod ignorabat rem eſſe emphyteuticam, *gl. fi. in l. 2. C. de iur. emphy. Specu. in tit. de locato, §. nunc aliqua n. 29. verſ. decimooctauo quæritur Bar. in l. cum filius familias, §. in hac ſtipulatione, n. 4. verſ. quæro hæres ſuccedens, ff. de verb. oblig. Bal. in l. 2. n. 3. C. ſi aduerſ. vend. Dyn. in c. cum quis, n. 5. de reg. iur. in 6. Maſc. in tract. de proba. concl. 881. n. 4. & ſeq. Laderc. d. conſ. 105. n. 3.*

Et è contra licet dominus directus poſt in-
1119 curſam caducitatem recipiendo canones cenſeatur ipſam caducitatem remiſiſſe, *Specul. in d. §. nunc aliqua q. 34. Soci. ſen. conſ. 66. n. 19. verſ. tertio, quia pater, lib. 3. Dec. conſ. 229. nu. 3. Pariſ. conſ. 108. n. 43. lib. 1. Corneus conſ. 187. n. 1. lib. 1. Alex. conſ. 5. n. 19. lib. 5. Rimin. iun. conſ. 221. n. 17 lib. 3. Affl. dec. 129. nu. 19. Corbol. in eodẽ tract. de iure emphy. in tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. cano. limit. 21. n. 1. Alba Mandel. conſ. 259. n. 1. & ibi, Vinc. Anibal in add. in lit. A. lib. 2. Surd. dec. 221 n. 6. & conſ. 104. n. 16. Cened. in collect. iuris cano. p. 1. collect. 144. n. 11. vbi prope infinitos congerit Caroc. in tract. de locat. & conduct. in tit. de locat. ad longum tempus, q. 6. n. 102.* Si tamen talem ca-
1120 ducitatem ignorauit non cenſetur illam remiſiſſe per receptionem huiuſmodi, *Specul. loco ſupra cit. Dy. Bal. & Imol. in l. Meuius, §. ſi duobus, ff. de legat. 2. Iaſ. in l. 2. nu. 131. C. de iure emphyt. Alex. conſ. 106. col. 5. verſ. vel etiam põt reſponderi, Marſ. in l. qui ignorans, n. 29. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Butr. cõſ. 20. Ruy. conſ. 70. nu. 14. lib. 5. Dec. conſ. 530. n. 12. Grat. conſ. 2. n. 75. lib. 1. Bero. cõſ. 116. n. 13. li. 1. & conſ. 200. n. 1. & 6. lib. 1. Meno. in tract. de præſump. pſump. 112. n. 16. lib. 3. Marc. Ant. Amat. dec. 70. n. 43. Tiraq. in tract. de retrac. Lignag. §. 1. gl. 10. n. 22. Carocc. d. q. 6. n. 106. Maſcard. in tract. de probat. concl. 881. n. 6.* Et quod
1121 eandem caducitatem ignorauerit probatur iuro ipſius domini, *Marſ. in repet. rub. C. de prob. n. 125. verſ. & adde quod iſta probatio, Maſc. d. nu. 6. Hond. conſ. 55. n. 64. lib. 1. Vinc. Mancin. in trac. de iuramen. p. 4. effectu 103. n. 7.*

Item licet poſt concluſum in cauſa non ad-
1122 mittantur, nec intrent aliæ ſcripturæ, *gl. in c. cũ dilectus de fide inſtrum. Marant. in pract. p. 6. actu 15. per tot. Cumia ſuper ritu iſtius Regni, c. 3. n. 20. & c. 77. n. 5. Bal. in l. ne cauſas, C. de app. Rom. conſ. 20. n. 2. & conſ. 176. n. 9. Boſſ. in trac. crim. in tit. de publ. proceſſus n. 28. Nic. Rauſner. Vltram. conſ. 24 n. 2. lib. 2. Crauet. conſ. 716. n. 6. Suarez alleg. 5. n. 10. Muta ſuper conſuet. huius Vrbis c. 5. n. 29. Stratius in practica, c. 20. nu. 23. Mandoſ. in tracta. de inhib. q. 108. Surd. conſ. 8. n. 12.* hoc nihilominus
1123 fallit vbi ſcripturæ eſſent de nouo repertæ, *Couar. in lib. pract. quæſt. c. 20. ſub n. 8. Suarez d. alleg. 24. Muta d. c. 5. n. 40. Rauſner. eodem conſ. 24 n. 37. Menoch. conſ. 35. n. 19. lib. 1.* & quod ſcrip-
1124 turæ ſint de nouo repertæ ſtatur iuramento ipſius partis ita aſſerentis, *eſt tex. in c. paſtoralis in fi. de except. & in l. admonendi, vbi Bal. col. 2. & cæteri ſcribentes de iureiur. Guido Papa dec. 244. in fin. Corn. cõſ. 135. col. fi. poſt lit. O, lib. 1. Alex. cõſ. 118. n. 10. lib. 2. Seraphin. in trac. de priuil. iuram. priuileg. 38. nu. 1. Mancin. in tract. de iuramento p. 4. effectu 124. n. 1. Mandell. conſ. 9. n. 35. & conſil. 222. n. 29. Menoc. in tract. de arbit. iud. caſu 241 n. 4. 5. & 6. Maſcar. in tract. de probat. conclu. 951. n. 7. vbi teſtatur de com.* opi.* Et ſi velim referre omnia media ex quibus facillimè dignoſci poteſt quod ea quæ conſiſtunt in animo probãtur iuramento poſſem de eis congerere, & facere particularẽ tractatum, ideo circa iſta me remitto ad ea quæ late ſcribunt, *Vinc. Mancin. in tract. iurament. p. 4. effectu 44. 77. 84. 104. 111 124. 126. 130. 141. 169. 185. 190. 110. & 112. & Vincent. Mancin. in tract. de modo articul. & proband. §. fin. nume. 1571. cum pluribus ſequent. Seraſin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 14. nu. 3. & priuileg. 38. nu. 1. & priuileg. a. num. 19. & priuil. 43. nu. 1. & priuil. 45. etiam n. 1. Ioſeph Ludo. in Rot. Peruſ. deciſ. 36. num. 3. & dec. 41. num. 4. Villaut deciſ. 25. nume. 5.*

Ex quibus omnibus facillimè patet quam
1125 ſit vera prædicta concluſio quod votum probatur iuramento ipſius vouentis, & ad rem noſtram reddeundo dico quod huiuſmodi
1126 probatio voti eſt facienda in curia eccleſiaſtica, & iuramentum iſto caſu eſt deferendũ à iudice eccleſiaſtico, & ratio eſt, quia ex hac probatione, & iuramento depẽdet iuriſdictio ipſius iudicis eccleſiaſtici, *ad quæ faciunt dicta*

per Scacc.in tract.de iud.p.1.c.11.n. 88. & expres-
sius, c.12.n.10. & dicam infra hoc eodem effectu.
Quæro primo pro clariori dilucidatione
1127 materiæ huius limitationis an in dubio præ-
sumatur fraus in eo,qui postquã deliquit cle-
ricatum assumpsit,& dico quod licet regulari
ter in dubio fraus non præsumatur,vt ex mul-
tis testantur Menoc.& Masc. iste in tract. de prob.
concl.814.n.1.ille in tract.de præsumpt.lib.6.præ-
sump.78.n 3.& lib.4.præsum.82.nu.10.& præ-
1128 sump.81.n.29. nihilominus secus est isto casu
in quo fraus præsumitur,Bart.in l.1.nu.3.vers.
aut est dubium,ff.de pen. Bald.in l 1.n.2.C. an seru.
ex suo facto Aufrer.in tract.de potest.iud. laici su-
per eccl.perso.reg.1.nu.19.in 11.lim.in 16.to.tra
cta.diuers.cart. mihi 287. Scappa in tracta. de iure
non scripto,lib.1.c.1.nu.6.& 7. Alfons. Aluarez
in Specul.iuris pontific.c.36. vers.& dicit rota car.
mihi 107.Vulpell. in tract.de libert.eccl.p.2.n.41
vers.& an autem præsumatur Pet.a Plaz.in epito.
delictor.c.35.nu.1. in fi.vbi asserit quod ista opinio
est communiter* approbata Iac.de Graff. in decis.
aur.p.1.lib.4.c.18 num.156.vers.fraus vero Co-
uarr.in lib.pract.qõ.c.32.n.4. vers.fraus vero ma
ximè Menoc.in tract.de præsumpt.lib.6.præsumpt.
76.num.35.
Quæro 2.posito quod iudex laicus rõne
1129 fraudis possit punire illum, qui assumpsit cle-
ricatum postquam commisit delictum an po
terit illum punire etiam personaliter,& cõtra
eius personam aliquid exequi, & videtur di-
cendum quod non quia tunc iudex sæcularis
erit iudex causæ,& non personæ, vt habetur in
c.sane de foro compet.Specu.in tit.de reo,§.sed quid
si est criminalis Aufrer.in præcitato n.19.vbi alios
allegat Anastas.Germon.in tract. de sacror. immu.
lib.3.c.15.nu.79.vbi asserit hanc esse comm.*opi.
Bertacc.in reper.in verbo clericus factus Io.And.
in c.1.n.19.& seq. de obligat.ad raciot. Bart.in l.1.
n.3.in fi.ff.de pœnis Velasc.dec.48.n.4.ubi testatur
de com.*opi.Graff.in dec.aur.p.1.li.4.n.156.uers.
fraus vero vbi alios allegat Vin.de Franc.dec.209
n.1.qui ẽt alios congerit Monald.cons.133.n.4.li.j
& cons.94.n.4.lib.2.Couar.in lib.pract.qõ.c.32.n.
3.in fi.Clar. in §.fi.q.36. n.43.qui dicit quod hæc
opinio est* communis Foller.super constit.Regni in
tit.de episc.& cler.c.ascriptitios, n.7.vers.3.con-
clusio car.mihi 53.vbi ẽt prout alij testatur de com.
* opi.Pet.Cened.in collect.iuris cano.p.1.collect.38
n.13.vbi multos alios concordantes adducit.
Et licet hæc opinio sit tãtis authoritatibus
roborata,nihilominus nõ procedit nisi vbi ꝓ
delicto veniret imponẽda pæna pecuniaria,at
si delictũ esset tale quod pro eius punitione es-
set imponenda pæna grauior,& sic corporalis
tunc poterit corporaliter ab eodẽ iudice puni
ri, est tñ verũ quod tunc est necessaria degra-
datio actualis,& Epi declaratio prius quã pu-
niatur ab ipso iudice laico,Bart.d.n.3. Ias.in l.
cum quędam puella,n.10.ff.de iurisd.om.iud.Anch.
in reg.ea quæ q.13 de reg.iur.in 6.Graff.loco proxi-
me cit.Aufr.in tract.de potest.iud. laici super per-
so.eccl.reg.1.lim.11.n.19. vers.& si crimen in 16
to.tract.diuers.car.mihi 287. vbi alios citat Th.
Zerola in praxi episc. in verbo clericus, §.6.vers.
quartum vbi vero Monald.eod n.4.Foller. d. nu.7.
Germo.nu.præd.ver. atque add. Camil.de la Ratha
cõs.105.per tot.ideo Menoch. in tract.de præsump.
lib.6.præsum.76.n.36.& 37.vbi dicit ꝙ isto ca-
1130 su nõ est necessaria degradatio in clericis pri-
mæ tõsuræ,Scac.in tract.de iud.p.1 c.12.n.11.De
cia.in tract.cri.p.1.lib.4.c.9.n.138.Couar.d. c.32.
1131 n.4.ver.tertia conclusio,& rõ istius conclusionis
est,quia sua fraus nemini dẽt esse proficua,Bo
rell.cons.12.n.6.& si episcopus nollet istũ talẽ
1132 delinquentẽ degradare postquã fuerit requisi
tus à iudice laico ipse iudex laicus poterit eũ-
dem punire,vt dicunt Doctores relati per Aufr.
d.n.19.ver.sed quia epi, sed in hac vltima cõclu
sione contrarium tenuerunt Bald.in l.officiales,
§.sed hic aduerte,C.de episc.& cler. Bar.in l.1.col.
2.ver.sed qualiter poterit iudex ff.de pœ.Io.And.in
c.1.n.19. circa finem,& n.20.de oblig. ad ratiocin.
Imol.cons.119.vbi testatur de com.* opi.Couarr.in
lib.pract. qõ.c.32.col.pen.vers.tertia conclusio pro
ut hoc oẽs allegat & sequitur Monald d.cons.133.n.
4.lib.1. qui tandem concludit, quod nullate-
1133 nus poterit puniri nisi præcedente degrada-
tione. Et si is talis qui efficitur clericus in frau
dem haberet tantum primam tonsuram,tunc
absq; degradatione aliqua poterit puniri per
iudicem secularem etiam pęna vltimi suppli-
cii si tali pæna dignus sit, Foller.super const. Re-
gni in tit.de episc.& cler.c.ascriptitios n.7. vers. si
tamen clericus car.mihi 53.Couar.in lib.pract qq.
c.32.n.4.vers.tertia conclusio, Menoc.cons.912.n.
20.& 21.lib.10. quod procedit iuxta supe-
rius dicta.
Quæro 3.quid sit agendum si essemus in ca
1134 su in quo is, qui fecit se clericum non potest
puniri per iudicem laicum, vt quia non fecit
se clericum in fraudem, & dico quod tũc de-
bet puniri per iudicem ecclesiasticum ordina
rium ne delicta remaneant impunita, Oldrad.
cons.4.Io.Andr.in c.ad falsariorum in fin. de crim.
falsi,& in cap.1.de obligat. ad ratiocin. vbi dicit
quod ita alias fuit bis iudicatum Bononiæ,
Card.in eod.c.1.vbi testatur de cõm.* opi. & ibidẽ
Anch. in 3.opposit.Abb.in c.fi.col.2.de purgat.ca
non.Ferret.cons.366.n.16.lib.2.

Iste numerus fuit sublatus 1135
1136 Quæro 4.quid si eodẽ die quo fuit porrecta
accusatio fuit ẽt clericatus assumptus,nec cõ-
stat quis actus præcesserit an tunc possit iudex
sæcularis contra illum procedere an vero sit
remit-

remittendũm ad iudicẽ ecclesiasticum, hanc
quæstionem ponit *Scacc. in tract. de iudic. p. 1. c.
12. n. 6. & 7.* vbi postquã asserit ꝙ hæc depẽdet
ab illa quæstione vtrũ in dubio isto casu præ-
sumatur fraus concludit qđ prius præsumitur
facta ingressio ad religionẽ, seu clericatus as-
sumptus, & postea porrecta accusatio, & ex
hoc deducitur quod is qui dicit quod prius
fuit porrecta accusatio, & postea assumptus
clericatus habet præsumptionẽ pro se, & vul-
1137 gati iuris est ꝙ qui habet pręsumptionẽ pro se
transfert onus probandi contrariũ in aduer-
sariũ, *l. generaliter, §. si pretium in fi. ff. de fidei. li-
bert. cum concordantibus relatis per Menoch. in
tract. de præsumpt. lib. 1. q. 33. per totam, & lib. 4.
præsumpt. 116. nu. 34. lib. 6. præsump. 13. nu. 6.*
1138 Quæro quinto quid si aliquis fuit bãnitus
vel foriudicatus tẽpore quo erat laicus, & du-
rante bãno fecit se clericum, vel religionẽ fuit
ingressus an ei prosit forũ ecclesiasticũ super-
ueniẽs, ita vt eũ liberet a iurisdictione iudicis
laici, hãc questionẽ ponit Franch. *dec. 209.* vbi
vř varijs iuribus argumentis, & medijs incli-
nare qđ prosit ẽt quoad exequutionẽ sñię cor-
poralis ex quo persona non est pręuenta, & ite
1139 rũ idẽ *clarus* dicit, & concludit *dec. 384. n. 14.
lib. 2.* Cartarius vero *in tract. de exequut. senten. c.
bannito c. fi. n. 308.* transit cũ distinctione, aut fe
cit se clericũ in fraude, & nõ iuuabiť tali foro
superueniẽti, aut fecit se bona fide & iuuabiť.

Iste numerus fuit sublatus 1139

1140 Quæro sexto quid si aliquis fuerit relegatus
vel confinatus per iudicem laicum, & durante
condemnatione fuerit factus clericus, vel reli-
gionem ingressus an si relegationem, vel exi-
liũ fregerit possit puniri per eundem iudicem
laicũ, qui eum condemnauit an vero per iudi-
cem ecclesiasticum, aliqui dixerunt, quod iu-
dex laicus non potest amplius in tali negotio
se ingerere, sed est remittendus iudici ecclesia-
stico ex quo isto casu tractať de nouo delicto,
& ita delinquẽs consideratur vt nouus homo,
*Alber. in l. meminisse, n. 5. vers. item quæro officialis
ff. de offi. Proconf. Franc. dec. 395. lib. 2. Baiard. in
addit. ad Clar. in §. fin. q. 36. num. 45. Anna cons.
140. num 12. cum plurib. seq. lib 2. Velasc. dec. 48.
per tot.* vbi varijs rationibus conatur defende-
re hanc opinionem.
1141 Quæro septimo qđ si quis dum esset carce-
ratus susceperit ordines sacros in carceribus,
vel in eis professionẽ emiserit an talis ordinis
susceptio, vel professio sit ei ꝓfigua, ita vt pos-
sit gaudere priuilegio fori? & dico quod nihil
operatur ex quo per pręuentionẽ personæ iu-
dex laicus oĩno de causa cognoscit, *Io. Andr. in
c. 1. de obligat. ad ratiocin. Franc. dec. 209. n. 3. vbi
dicit quod hãc opinionem oẽs sequuntur Dec. in c. at
si clerici, n. 39. vers. venio ad tertiũ de iud. Ancher.
in c. ea quæ in 13. quæst. de reg. iur. in 6. Anna d.
cons. 140. n. 8. & seq. vbi concordantes allegat,* licet
Franc. dec. prædicta, in fine, dicat quod casus
iam præpositus accidere non potest ex quo in
professione, & ordinũ collatione tot solemni-
tates extrinsicæ requiruntur vltra quod ij ad
quos spectat ordines conferre non accederent
ad carceres, & officiales, ac custodes carcerum
ẽt si illi vellent accedere, hoc non permitterẽt
1142 tñ dicit Anna *loco citato nu. 11.* quod casus præ-
dictus accidere potest in eo qui est sub fideius-
sione alligatus, nã & is dicitur carceratus, *est
tex. cum gloss. in verb. non possint in l. in eadem, ff.
ex quibus causis maior, & in l. nec non §. primo eo dẽ
tit. Guido Papa dec. 253. Cumia in tract. de sind. c. 4.
num. 7. & 8.* vbi dicit quod ille qui est sub fide-
iussione dicitur aurea catena alligatus, *Anna
eod. nu. 11.*

At Sixtus Quintus Pontifex Maximus vo-
lẽs occurrere, & obuiare prædictis fraudibus,
& subterfugijs edidit quoddã decretũ de an-
no 1587. in quo inter alia hoc extat capitulũ.
1143 Cæterum quoniam sæpe sæuitia, &c.
Et vt finem imponam præsenti limitationi
non ommittam dicere quod semper pręsumi-
tur clericatum in fraudem assumpsisse, vel re-
1144 ligionẽ introisse is qui statim post patratũ de-
lictum clericatum assumpsit, *Bart. in l. 1. nu. 3.
vers. aut est dubium, ff. de pen. Bal. in l. officiales, nu.
2. vers. aut est dubius, C. de episc. & cler. & in l. 1. n.
2. C. an seruus suo facto Cæpoll. cons. 11. n. 13. in cri.
Monald. cons. 133. n. 3. lib. 1.* vbi dicit quod tunc
apparet quod in fraudem fecit se clericum qñ
incõtinenti commisso delicto, vel parum post
ad clericatũ fuit promotus, *qđ voluit ẽt Arnald.
Albert. in repet. c. 1. q. 13. in 5. declaratione, nu. 10.
de hæret. in 6. Menoch. qui alios allegat cons. 912.
n. 18. lib. 10. Petr. Belluga in Spec. prin. rubr. 11. §.
videndum, nu. 21. vers. & quod metu delicti. add. Io.
Petr. Fõtanell. de pactis nuptial. Claus. 3. gl. 3. n. 18.*

Secundo non puto ommittẽdum dicere qđ
vbi est præuenta persona indistincte nunquã
1145 prodest clericatus, *Franc. d. dec. 209. per totã, Io.
Alois. de Leo in l. officiales, n. 7. C. de episcop. & cle.*
1146 Limitatur 62. dictus primus effectus quod
clerici non possunt conueniri coram iudice
laico, vt secundum aliquos non procedat qñ
clericus deliquisset coram eodem iudice laico
vt quia coram eo falsum deposuisset, vel ali-
quem calumniasset tunc enim clericus pote-
rit coram eodem iudice sæculari de tali deli-
cto accusari, & ab ipso sæculari puniri, *glo. Cyn.
Bald. & alij in l. nullum C. de testibus idem Bald. in
l. si prætor, nu. 4. ff. de iud.* vbi loquitur in clerico
qui produxit falsum instrumẽtum corã laico,
*& in l. 1. in fi. C. quomodo & quan. iud. not. in c. præ-
sbyteri 5. q. 6. & in l. presbyteri, C. de episc. & cler.
& in c. at si clerici de iud. Fider. de Sen. cõs. 93. n. 6.*

& conf.88.late Franc.in tract.de cōfessis.vers.quæritur.aliquis.n.113.in 4.tom.tract.diuers.car.mihi 48. Alex.in add.ad Bar.in l.1.in 2.oppos.ff.de iud. Marsil.in l.fi.n.152.ff.de iurisd.omn.iud. Alfer.q. 1.n.205.Bertac.in tract.de episc.p.5.lib.4.n.95.in 13.to.trac.diuers.p.2.car.mihi 153.Auan.sibimet contrarius in c.1.n.17.vt ecclesiast.benefic. Innoc. & Abb.in c.verū n.20.& 21.de foro cōpet. Franc. Marc.dec.496.n.12.& dec.215.lib.1. Iaco. Sbrozz. in tract.de Vicario episcopi,lib.2.q.148.n.7. Maccabr.cons.44.n.64. vbi respōdet, & confutat ea quæ ipsemet dixit pro contraria opinione *in eodē concil.n.10. Blanc.in tract.de cōpromiss.q.30.n. 32.vers.non obstat quod clerici Lancello. in tract.de attent.p.2.c.15.n.98.Decia.in tract.crim.p.1.lib. 4.c.9.n.82.& c.17.n.27.eod.lib.* vbi dicit quod hæc limitatio sine aliqua difficultate procedit qñ clericus deponeret cū licentia sui episcopi, *Alex.de Neuo in d.c.verū n.18.de foro cōpet. Petr. August. Morla in empor. vtriusque iuris part. 1. tit.2.de iurisd.omn.iud.n.153.Gul.de bened.in rep. c.Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelesiā in 2.dec.n.142.& 146.de testam. vbi testatur quod ita in Gallia seruatur Soc.cōs.99.col.pen.vol.3. Ias. in l.quicunque §.qui mandatā, nu.7.ff.de offic. eius cui mandat.est iurisd. Io.Sicard.in d.l.nullum,C.de testib. Ant.de Burg.Hispanus in c.si venditori, nu. 17.de empt.& vend.glo.super ritu M.C.V.in tit.de foro cōpet.in lit.B,car.mihi 396.Iacobus de Carolis in suo gēmato pauone colore 6.n.26.Petr. Cened. in collect.iur.canon.p.1.collect.37.n.10.* vbi dicit qđ in multis prouincijs seruatur hæc opinio, *Io. Aloi.de Leo in l.presbyteri,n.15.in fi.C.de episc.& cl.*

Sed in ista limitatione cōtraria opinio est verā & magis cōis, vt scilicet iudex secularis nō possit punire clericū corā eo delinquentē; sed illū remittere puniendū suo iudici ecclesiastico & quod solū ipse iudex laicus potest de tali falsitate cognoscere ad effectū, vt irritetur, & annulletur depositio, *ita dixerant Hostiens. Butr. Innoc. Io. Andr. & Fel.nu.5.vers.contra clericū in d.c.verū de foro cōpet.idē Io. Andr.in c.at si clerici de iud.& in c.1.n.2.vbi ēt Abb.nu.9.de crim.falsi idē Abb.in c.ecclesia S.M.nu.2.de constit.Canonistæ cōiter in c.dilectus filius de penis,& in cap.2. de crim.falsi Bar.in l.si Diuus,nu.4.ff.ad l.Cornel.de fals.& in l.si quis obreserit,n.4.& 5.eo.tit. Arch.in c.presbyteri 5.q.6.Maria.Soc.in c. postulasti,q.10. nu.12.de foro cōpet.* vbi dicit qđ isto casu laicus
1148 cognoscit de falsitate non vt puniat clericum deponentē falsum; sed vt sciat quanta fides sit adhibenda eius depositioni, *Iacobin. in l.1.nu. 18.ff.de iud. Affl.dec.230.vbi Vrsill.in adnot. nu. 1. Scappa in tract.de iure non script. lib.1.c.11.nu. 9.vbi dicit hanc esse comm.opi.Suarez in comm.opi. in verb.clericus,n.137.Capic. dec.5.n.13.Brun. a Sole q.34.n.26.qui ēt testatur de com. opi. & compendi. resolut. proposit.iuris in verb.clericus corā iudice in fin. vbi dicit quod indistincte est remittendus ad suū iudicem ecclesiasticū Michael de Graß.in suis comm.opin.lib.1.c.18.q.6.vbi plures alios allegat & allegat & testatur de comm.opi. Camill. de Curte in diuersor.seu cōprehens.iuris feud.p.2.c.2.n.128. Arnon.commen.26.vbi alios congerit Petr. Augu. Morla in tit. supra citato,n.154.vbi dicit quod contraria opinio cōiter dānatur et alios citat Anna sing. 135.vbi Fabius in add.antiquis,& recentioribus qui ambo alios allegant Rolan.a Valle cons.12.n.34.& 48.lib.2.vbi asserit hanc esse comm.opin.& alios ēt adducit Boss. in tract. crim. in tit. de falsis nu.110. Kircou.in comm.opin.in lit.C.concl.39.n.13.qui de magis com.opin.testatur Clar. in §. fin.q.38.n.14. vbi dicit qđ hæc opinio seruatur in practica Caualc. pract.de testib.p.3.n.63.qui asserit hanc esse magis cōem opin. & p.5.nu.220.* vbi dicit quod ēt isto casu si iudex laicus clericum non remittit incidit in excōicationem, *Carocc. in repet. c.cum quid in 1.p.in 2.ampl.nu.17. de reg.iur. vbi prout alij testatur de comm.opin. Soc.in c.1.nu.46.de foro cōpet. Tiraq. in tract.de retract.conuen.§.4.glos. 7.n.10.Murant.in pract.p.6.actu 12.n.3.car.mihi 443.vbi de magis comm.habetur.Vant.in tract. de nullit.in tit.de nullit.ex defectu iurisd.n.50.Masull. in add.ad Capic.dec.5.nu.9.& dec.140.nu.8. Surd. cons.396.nu.27.vbi pluries testatur de comm.opin. Scacc.in tract.de iud.p.1.c.14. qui testatur de com. opin.* & dicit quod isto casu iudex laicus non poterit punire clericum corporaliter, nec pecunialiter, nec principaliter, nec incidenter, *Farinac.in tract.crim.q.8. nu.26.* qui vltra quod
1149 asserit quod hæc est verior opinio dicit, quod indistincte, nec ex officio, nec ad instantiā partis, nec corporaliter, nec realiter poterit clericus puniri in casu istius limitationis, Decian. *in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.22.vers.& ideo dicit Curt.iun. in l.1.nu.23.ff.de iud.vbi ēt Cagnol.nu. 31.& Petr.Calefatus,n.76.Couarr.in lib.pract.q.c. 18.n.8.Ant.de Padilla in l.transigere,n.112.C.de transact.Viu.in comm.opin.to.1.n.103.Henric Bohic in c.at si clerici,n.7.de iud. Nepita super cōsuet. Cataniæ veræ studiorum matris in hoc Regno Siciliæ tit.57.n.7.Campan.super cap.Regni Neapolis,c.94 nu.9 & in pragmat. post c.35.n.22.car. mihi 239. Fab.de Anna cons.107.n.5.lib.2.Foller.super constitut.Regni in tit.de episc.& cler.c.de personis clericorum,nu.3.car.mihi 40.* vbi dicit quod ēt isto casu, nec per viā ordinariæ, nec extraordinariæ cognitionis iudex sæcularis in clericū aliquā potestatem habet *Serafi.in tract.de priuil.iuram. priuil.132. nu.32. qui asserit hanc esse magis cōem opin. Frecc. in tract. de præsentat.instrum.p.3.q.1. n.14.late Intrigl. sing.82.n.1.* vbi dicit quod modo aliquo non poterit puniri a iudice laico & allegat multos Doctores, & dicit hanc esse cōmuniorem, & veriorem opinionē, *Carolus Tap. in repet.l.fi.in 1.p.c.5.nu.12.ff.de constit. Facch.*

con-

controuers.27.vers. tertia verior, qui etiam dicit quod hæc est verior & communior sententia.

1150 Conatur tñ aliqui has opiniones cõtrarias a tot Doctoribus sequutas conciliare fœdere distinctionis, aut scilicet proceditur ex officio, & tunc poterit puniri a iudice sæculari, aut vero proceditur ad petitionẽ partis accusantis clericum de tali crimine corã eodẽ iudice laico, & tunc ab eodẽ puniri non poterit, *ita vt̃ cõcludere Aufr. ĩ tract. de pote. iud. laici super perso. eccl. reg. 1. n. 6. in 16. to. tra. diuers. car. mihi 287. Fede. de Sen. cons. 93. n. 6. Decia. d. c. 9. n. 82. vbi concordantes allegat Alex. de Neuo in c. verum nu. 18. de foro compet. qui etiam alios congerit.*

Item alio modo ipsemet Aufret. loco citato conatur easdem opiniones conciliare, vt scilicet prima opinio ꝓcedat qñ iudex laicus vellet clericũ ciuiliter, & pœna pecuniaria puniri. Secunda qñ vellet eum punire pœna corporis afflictiua, *quã conciliationẽ fuit ẽt sequutus Ias. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 82. Alfons. Aluarez in Spec. iuris pontif. c. 36. in prin. car. mihi 107. Alex. de Neuo eodẽ nu. 18. Maccabr. cons. 44. n. 65.* qui dicit quod isto casu iudex laicus poterit punire clericum extraordinariè, ita tñ quod exequutio pœnæ in personam clerici reseruet episcopo, sed in bonis ipsã exequutionẽ poterit facere laicus, sed harũ distinctionum, & opinionũ conciliatio nulla est vera neque subsistere potest, quia Doctores quos pro secunda opinione adduxi loquuntur indistinctè, & præcipue Foller. ibi dum dicit quod nec corporaliter neque pecunialiter nec ẽt indirectè poterit iudex laicus isto casu clericum punire quod clarius & apertius dicit Farin. *d. nu. 26.* ideo concludendo dico quod in isto articulo indistinctè est amplectẽda dicta secunda opinio quæ vltra quod est magis cõis, & magis vera est etiam magis tuta fauore animæ.

1151 Primo limitatur prædicta conclusio, quod iudex sæcularis non potest punire clericũ coram se delinquentem, vt quia corã eo falsum peribuit testimoniũ, vbi iudex laicus cognosceret de falso coram eo commisso a clerico ad effectum, vt irritetur, & annulletur eius depositio, quia tunc hoc facere poterit, *Innoc. Card. Abb. & Fel. nu. 5. vers. declara secundum in c. verũ de foro compet. Io. Aloys. de Leo in l. presbyteri, nu. 18. & 19. C. de episcop. & cleric. Domin. Intrigl. singul. 82. num. 2.*

1152 In cæteris autem non clericis opinio est verissima, & indubitata quod iudex coram quo committitur falsitas poterit punire delinquẽtem qui coram se deposuit etiam si alias esset incompetens ratione causæ, vel personæ quia propter periurium efficitur de eius foro, & iurisdictione, quæ opininio in tantum est communis vt nullus ab ea audeat discedere, *secundum Ortens. Canalc. in pract. de test. p. 5. n. 217. & p. 3. n. 60. qui ad hoc allegat Bald. & alios scribentes in d. l. nullum C. de testib. & in l. si lis, C. ad leg. Cornel. de fals. eumdem Bald. in l. hoc iure §. aqua C. de aqu. quotid. & estiu. Abb. in c. 1. col. fi. de crim. falsi Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 48. 49. & 50. & vltra eos idem dixit Ioa. Aloys. de Leo in l. presbyteri, n. 15. C. de episcop. & cler.* ideo laicus ita falsum deponens coram iudice ecclesiastico poterit indistinctè puniri

1153 ab ipsomet iudice ecclesiastico, & a temporali, & est locus præuentionis, *Bald. in d. l. nullum, C. de test. Affl. dec. 219. Clar. in §. fi. q. 38. nu. 7. & 14. vers. quæro nunc Guido Papa, cons. 45. nu. 4. Capell. Tholos. dec. 379. Couarr. in lib. pract. q. c. 18. n. 8. Campa. super c. Regni Neapol. c. 94. nu. 10. Vinc. de Franc. dec. 149. Fab. de Anna cons. 107. n. 7. lib. 2. Masull. in add. ad Capic. dec. 5. nu. 9. & dec. 142. n. 12. Io. Aloys. de Leo in l. presbyteri, nu. 16. & 17. C. de episc. & cler. qui omnes alios allegant.*

1154 Sic etiam iudex causarum ciuilium poterit criminaliter punire illum qui corã eo falsum deposuit, *Ortens. Canalc. in tract. de test. p. 3. n. 65. vers. & sicuti iudex ciuilis. vbi allegat Menoch. in tract. de retinend. possess. remed. 3. n. 149. Bertazzol. cons. 232. Riminald. iun. cons. 106. n. 8. Natta cons. 407. n. 14. lib. 3. & vltra prædictos idem dixerunt Cyrill. in summa crim. rubr. 2. §. 7. n. 1.* vbi dicit, ꝙ etiam iudex pedaneus isto casu poterit cognoscere de causa criminali, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisdictio. n. 48. & 49. car. mihi 84. Roland. a Valle cons. 12. n. 1. & 2. lib. 2.

1155 E è contra iudex maleficiorum poterit incidenter pronũciare super causa ciuili scilicet super restitutione rei, *l. solemnius, §. latrunculator de iud. l. quod diximus de author. tutor. Cyn. & Bald. in l. si quis ex consensu, C. de episcop. audient. l. interdum §. qui furem, ff. de furt. vbi Bartol. hoc not. pro singular. idem Barto. in l. de furto, §. fi. ff. de publ. iud. & in l. 2. §. 1. col. 2. ff. de vi bonor. rapt. Addentes ad Fel. in c. verum n. 5. in lit. A. de foro compet. Menoch. in tract. de arbit. iud. q. 82. & in tract. de retinend. possess. remed. 3. n. 549. Elbert. Leonin. Vltramont. cons. 26. & nu. 13. Magon. dec. Luccens. 100. nu. 41. Ortens. Canalc. in loco proxime citato, vbi alios allegat Clar. in §. fin. q. 2. n. 2. Sebast. Medices dec. 53. n. 3. Caroec. dec. 54. num. 1. Vant. in d. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. num. 47.*

1156 Quæ tamen conclusio ꝓcedit quando reus criminaliter condemnatur, qa tunc ẽt per iudicẽ criminalem poterit condẽnari ad restitutionem rerum dãnum passo secus vero si pro causa criminali absolueretur, quia tunc non poterit cognosce ciuiliter de illa causa, *Bertaz. cons. 232. Rom. cons. 106. nu. 8. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Crescen. dec. 167. lib. 1. Baiard. in addit.*

ad

1157 *ad Clarũ in §.fi.q.2.n.9.* vbi dicit, quod si iudex criminalis absolueret reũ a pœna furti, & illũ condẽnaret ad restitutionem rerũ furto ablatarũ sententia esset nulla, *Natt.consi.407.n.14.li.2.* Et ratio est, quia incidenter, & non principaliter debet cognoscere de causa ciuili, *l. interdum vbi hoc not. Bart.ff.de furt.not.Bald.in l.2. C.vbi caus.fiscal.Barbat.consi. 1. lib. 2. Magon.in Rota Luccens.dec.100.nu. 41.* at si absolueret a causa criminali, & condemnaret in causa ciuili non cognosceret incidẽter, sed ęque prin-
1158 cipaliter de ciuili, sed si non absolueret neque condemnaret in causa criminali, & sic super causa criminali sententiã non proferret bene posset condẽnare ad restitutionem rei, *Simon de Drusio consi.49.n.2.in 2.to.consi.crim.diuers.Menoc.in tract.de retinend.posses.remed.3.n. 549.Baiad.eod.n.9.* Et licet *Magon. in Rota Luccẽs.dec. 90.n.7.* dixerit quod iudex causarum criminalium tunc demum cognoscere, & condemnare potest ad restitutionem rei subtractæ quando de delicto constaret per cõfessionem inquisiti alias si per contumaciã vel per testes de crimi-
1159 ne constaret non posset condemnare ad interesse partis ex quo tũc excederet terminos suæ iurisdictionis nihilominus hoc non est verum quia sufficit vt ex probationibus appareat ꝙ reus sit condemnãdus, *ita videtur sentire Baiar. & alij per eum citati in d.c.2. n. 9.*

1160 Item (vt reuertar ad propositam materiã) hoc idem procedit in iudice delegato, qui licet sit iudex delegatus ad certam causam nihilominus poterit punire testes coram eo falsum deponentes *Spec.in tit.de testib.§.1.vers.itẽ quod est correptus, Bald.in c. præterea de offic. deleg. Fulg.in l.1.§.qui mandatam in fi.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd. Addent.ad Fely.in c. verũ n.5.*
1161 *in lit.A.de foro compet.* vbi in fine concludunt ꝙ isto casu delegatus non poterit eũ punire pœna ordinaria, *& allegat alios DD. Ortens. Caualc. in pract.de testib.p.3. n. 60. Ioseph Gonsalis in lib. variar.iur.q.c.22.n.9.Borell.consi.78.n.9. & 10.* quod tamen intelligas procedere in delegato a principe secus si esset delegatus ab inferiori, *Io.Andr.in add.ad Specul.in tit.de testib. §.1.n.44 Couarr.in lib pract.quæst.c.18.n.8.Clar. in §. fi. q. 38.n.12.Dom. Cosmus Nepita super cõsuet. Clarissime Ciuitatis Cathan.tit. 57.consuet. vnica,nu.6.*

1162 Et idem dicendum est de iudice compromissario quia is nullam habet iurisdictionem, ideo nõ poterit testes coram eo deponẽtes de falso punire, *Angel.in repet.l.si vacantia, C. de bon.vacant.lib.10.Lanfrãc.in tract.de arbit.q.37. Fel.in c.fi. n.20.de senten. & re iud. & in c.suspicionis,n.3.de offi.delegat.Io.de Anan.in c.qualiter, & quando §.fin.de accusat. & in c.1.de rapt. & in.c.1. de crimine falsi Sal.in l.si quis decurio C.de fals. Pet. de Ancher.consi.173.col.1.Marsil.in l. 1. §.præterea,n.35.ff.ad l.Cornel. de Sicar. Io. de Arnon. dialogo 37.quos omnes refert, & sequitur Camil. Borell.in repet.pragmat.Odia litium §.3.glos.2.nu.7.*
1163 *& gloss.1.n.58.de compromiss.* Et si testis deponeret falsum corã iudice a quo, poterit de eadẽ falsitate puniri etiã per iudicẽ ad quẽ *Bal.in c. 1.col.4. vers.extra quæro in tit.si inter dom. & vassal.oritur Bertacch.in reper.in verb. appellãs,n.29.*

1164 Et est aduertendũ pro complimento præsẽtis limitationis quod si clericus exemptus deponeret falsum coram iudice ecclesiastico ordinario, quia licet alias sit exemptus nihilominus poterit ab eo puniri coram quo deponit, *Campa.super c.Regni Neapol.c.135.n.22. allegat. Fel.in c.verum de foro compet.Ias.in l. 1. §.fin.col.pen. & vlt.ff.de offic.eius Affl.dec.230.* quod procedit etiã in clerico vnius diœcesis, qui si depo-
1165 neret falsũ coram iudice ecclesiastico alterius diœcesis ab eo poterit puniri ex quo tunc sortitur forũ ratione loci delicti, *Io.Andr. & Ant. de Butr.in c.verum de foro compet.Marãt. in pract. p.6.actu 12.n.4.Roland.a Valle consi.12.n.49.lib. 2.Tesau.dec.266.num.3.*

1166 Limitatur 63. prædictus primus effectus ꝙ iudex sæcularis non potest cognoscere de causis clericorum vt non procedat ~~vbi clericus in~~ minoribus constitutus ammisisset priuilegiũ clericale, vt quia non adimpleuerit requisita per sacrum Concil. Trid. sess.23. c.6. de refor. vt quia scilicet non vacauerit in seruitio alicuius ecclesiæ de mandato epi, vel non deambulauerit in habitu, & tonsura, *Dec.in c. cum nõ ab homine nu. 110. vbi etiam Abb. & Fel.de iud. Iac. de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18.n.150.Camil.de Curte in comprehens.seu diuers.iuris feud. p.2. c. 2. n.91.Io.Guttier.in tract.de contract.iuratis, c. 17. n.13.Io.Bapt.Baiard. in add.ad Clar. in §.fi.q.36. n.27.Menoch.consi.912.n.34. & 35.lib.10.* vbi dicit quod tunc non requiritur aliqua monitio, *Ortens.Caualc. in tract. de Brachio regio,p.1.n.89. late Carau.super ritu M.C.V.ritu 135.n.21.Foller. super const. Regni in tit.de epis. & cle.c.item seruat, n.2.car.mihi 83.Farin.q.8.n.5.in fi. & num. 66. Th.Zerol.in praxi episc.in uerb.clericus, §.2.Intrigl.sing.138.n.3. lib.1. Nauarr.consi.25. nu.2.in tit.de priuileg.in 2.to.car.mihi 434.* & quia Cõcil. Trid.d.c.6.(dum loquitur de clericis in minoribus non habentibus aliquod beneficiũ) dicitaut, clericalem habitũ, & tonsuram deferet alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruit, eo ligo, & noto primo qđ ad hoc vt clericus in minoribus constitutus gaudeat beneficio, & priuilegio fori tria copulatiue requirũtur scilicet quod deferat habitũ quod deferat tonsu-
1167 ram, & quod inseruiat alicui ecclesiæ de mandato episcopi quorum trium vltimũ tantũ est introductũ de nouo ex dispositione dicti Sacri Concil. Trid. quia reliqua duo prima iam re-

requirebantur ex dispositione iuris canonici, ita Bertach. in suo reper. in verb. clericus incidens vbi dicit quod si clericus incidit cũ habi
1168 tu sine tonsura vel cum tonsura sine habitu nõ gaudebit priuilegio fori, *alle. c. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. & ibidem Io. Andr. in nouella, Bald. in l. si qua per calumniã, C. de episc. & cler. & magis in terminis Cassan. super consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 58. cart. mihi 197.*

Et ratio cur prędicta tria requiruntur vt cõcurrant ad hoc vt clericus in minoribus possit vti priuilegio fori, nec sufficiant duo tantũ est quia est regulare quod vbi lex vel statutum
1169 vel quęuis alia dispositio requirit duas qualitates copulatiue in aliquo actu non sufficit q̃d sit vnum vel duo ex requisitis vt ipsa dispositio sortiatur effectum, sed requiritur vt omnia requisita interueniant, *l. si hæredi plures ff. de condit. insert. & in l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. obligat. Bero. cons. 40. n. 35. lib. 1. Hondod. cõsil. 3. n. 8. lib. 2. Mandell. cons. 539. n. 1. lib. 3. Tiraq. in tract. de vtroq. retract. §. 8. gl. 7. n. 1. vbi prope infinitos allegat Surd. cons. 45. n. 15. & cons. 130. n. 1. lib. 1. Gozadin. cons. 68. n. 5. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 6. n. 321. Horat. Carpan. super statut. Mediol. c. 278. n. 207. Peregr. Iannin. in tract. de citat. reali lib. 2. c. 11. n. 146. Roland. Cauagn. super decret. Montif. decret. 73. §. 5. n. 1. & per tot.*

1170 Quęro primo iuxta prędicta quid si clericus in minoribus seruiuerit alteri ecclesię quã illi in qua mandauit episcopus an ita seruiendo cõsequatur priuilegium fori, & dico quod non, quia sacrum Trident. Concil. mandat, & dicit alicui ecclesię de mandato episcopi inseruierit, & sic vult, vt inseruiat alicui ecclesię particulariter ab episcopo designandę, quia istud mandatum requiritur de essentia, & de forma ideo forma non seruata dispositio non potest verificari, *vt dixi late in simili in meo tractat. de except. ad materiam statuti, &c. except. 32. n. 159. & except. 33. n. 6. & except. 39. n. 2. vbi multos concordantes allegaui.*

1171 Quęro secundo quid si clericus propter aliquam infirmitatẽ non deferret tonsuram an tunc excusetur, ita vt propterea non ammittat priuilegium fori, & dico quod excusatur, *Cappel. Tholos. dec. 104. Farin. in tract. crim. q. 8. n. 67. Thom. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. clerici, n. 12. Clar. in §. fi. q. 36. n. 14.* vbi dicit hoc nota pro clericis quibus morbo gallico implicitis aliquando solent capilli cadere, & dixi latius
1172 supra in prælud. n. 281. & eodem modo in simili dicimus quod si clericus propter infirmitatem non potest interesse diuinis officijs non propterea ammittit distributiones quotidianas, *Doct. comm. in c. vnico, §. qui vero de cler. non resident. in 6. Couarr. in lib. 3. vari. resol. c. 23. n. 8. vers. 6. hoc ipsum, Duen. reg. 206. limit. 7. Hed. in tract. de incomp. benefic. p. 1. c. 17. n. 15. Io. de Silua in tract. de benefi. p. 4. q. 6. nu. 9. Paulus Fuscus in tract. de visitat. lib. 1. c. 20. n. 26. Didacus Spino in Specul. testam. gl. 9. princ. nu. 30. Abb. in c. ad audientiam n. 5. de cler. non resident. Nauar. in comment. de horis canon. c. 11. n. 10. Decia. cons. 69. n. 8. lib. 2. Thom. Actius in d. tract. de infirmit. p. 1. c. 50. n. 25. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 15. n. 10. Alex. Moneta in tract. de distribut. quotid. lib. 2. c. 6. n. 7.* vbi hanc conclusionẽ varijs modis ampliat, & sic isti sunt duo ex illis casibus in quibus infirmitas prodest sed a tali prodesse libera nos domine, & istis casibus clerico proderit impedimentum proueniens ex infirmitate etiam si infirmitas proueniret ex eius culpa, *vt per Couarr. d. c. 13. n. 8. vers. septimo, & dixi etiam supra in prælud.*

1173 Quęro tertio quid si clericus ante vel post delictum dimiserit habitum vel tonsuram, sed in tempore delicti erat cũ eis an isto casu gaudeat priuilegio fori, & dico quod sic, *c. 1. & ibi gl. in verb. quandiu de vit. & honest. cler. Io. Andr. in c. Ioannes in 4. q. de cler. coniug.* vbi dicit quod ita alias fuit decisum in Ciuitate Pataui, *Couarr. in lib. pract. quæst. c. 31. n. 7. vers. quinto potissimum Alex. cons. 8. n. 4. lib. 1. & cons. 149. nu. 7. lib. 6. Marsil. sing. 480. cũ alijs quos allegat Farina. in tract. crim. q. 8. n. 66.* vbi testat̃ de cõm. opi. & ratio est, quia isto casu attẽditur tempus delicti, & non prosequutionis, vt dixi supra in ampliationibus.

1174 Quęro quarto quid si clericus casu, vel vt aliquid inconueniens euitaret dimisisset habitum, & tonsuram vt puta si causa timoris, vel necessitatis hoc fecisset an istis, & similibus casibus propter deiectionem habitus ammittat priuilegiũ fori, & dico q̃ non, *est text. & glos. in c. clerici, de vit. & honest. cler. clemen. fin. vbi etiam glos. in verb. rationabilis, & ibi Imol. in p. colum. eod. tit. glos. in c. 2. in verb. temere ne cler. vel monach. in 6. glos. in c. nullus 21. q. 4. Zenzel. in d. clem. fi. de vit. & honest. cler. Io. Lupus in tract. de libert. eccl. q. 5. n. 1. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 6. Port. cons. 84. nu. 10. Hieron. de Laurent. in Rot. Auenion dec. 125. n. 9. Io. Iacob. Masull. in add. ad Capic. decis. 161. in vlt. verb. Decian. in tract. crim.*
1175 *p. 1. lib. 4. c. 9.* vbi hanc sublimitationem exemplificat quando clericus esset ita pauper vt nõ posset propter paupertatem alias vestes inuenire nisi laicales sibi donatas vel si ex humilitate vel ex corporis necessitate hoc faceret, vel q̃a de nocte vel tẽpore hiemali portaret pileũ & non birrettum clericale, vel penulam, seu tabarrum (quod in Regno isto vulgariter dicit̃ palandrano, seu capo dipulpo) propter frigus, vel pluuiam, & sic vt consuleret saluti, & incõmoditatem vitaret *Imol. in d. clement. fin. in 2.*
1176 *col. vers. quid si clericus de vit. & honest. a cler.* & ratio

tio

tio prædictorum eſt quia ex cauſa neceſſitatis
licitum eſt clericis habitum mutare, & trans-
formare *c. epiſcopi 23. q. 4. c. clerici de vit. & ho-
neſt. cler. Turrecrem. in c. omnis, n. 1. 21. q. 4.*
1177 Quæro quinto an hoc ſeruitiũ debeat oĩno
conſiſtere in ſpiritualibus an vero ſufficiat vt
inſeruiat eccleſię in tpalibus, & dico quod om-
nino dẽt inſeruire in ſpiritualibus, & ſeruiẽdo
in tporalibus non cõſequeretur aliquod priui
legium *Couarr. in lib. 2. variar. reſolut. c. 1. n. 9. Ma
ſull. in add. ad Capic. d. dec. 161. n. 10.* & ideo ſi eſſet
notarius, vel aduocatus, & ſeruire eccleſiæ cir-
ca reſpicientia ſuũ exercitiũ non diceretur ec-
cleſiæ inſeruire, ita vt ex tali ſeruitio poſſet cõ-
ſequi priuilegiũ fori, & ſeruitiũ dẽt præſtari de
1178 præſenti hoc eſt eo tpe quo fori priuilegio frui
vult quia dictum c. 6. loquitur per verba tem-
poris præſentis, *ibi inſeruit, & ibi verſetur*, ita
Menoch. d. conſ. 912. n. 27. lib. 10. & ratio, eſt
quia qualitas iuncta verbo regulatur ſecundũ
1179 tempus verbi, *l. in delictis §. ſi detracta vbi Bart.
ff. de noxal. actio. Pariſ. qui ſimilia adducit conſ. 62.
n. 37. lib. 4. Dec. in c. inter cæteras, nu. 5. de reſcrip.
Rimin. iun. conſ. 617. n. 24. & conſ. 672. nu. 28. &
conſ. 701. n. 26. & conſ. 735. n. 19. lib. 1. Pet. Due-
nas reg. 259. verſ. ſed licet hæc opinio Alba cõſ. 60.
n. 12. & conſ. 117. n. 3. lib. 1. Bologn. conſ. 40. n. 12.
Surd. conſ. 23. n. 10. lib. 1. Capra conſ. 87. nn. 13. Ro-
land. a Valle conſ. 100. n. 27. lib. 2.* & bene dicitur
1180 eccleſiæ ſeruire de preſenti si per menſem an-
te delictũ eccleſiæ ſeruiuit, *per ea quæ dixit Paul.
de Caſtr. n. 9. & Sal. nu. 4. in l. ſiue poſſidetis, C. de
probat. Addit. ad gl. in d. l. ſiue poſſidetis, Maſcard.
in tract. de probat. concluſ. 1195. n. 1. & per tot.* qui
concludunt quod ſatis probatur poſſidere de
1181 præſenti ſi per menſem ante probationẽ poſſe-
derit, & hoc iure vtimur in Regno in verifica-
tione extremorum pro exactione cẽſuum iux-
ta formam bullæ in quibus ſufficit quod pro-
batio fuerit facta infra menſem antequam ſit
1182 cauſata exequutio quod ille contra quem agi-
tur poſſidet, licet pragmatica requirat proba-
tionẽ poſſeſſionis de præſenti, *ex Paul. de Caſt.
in l. ſiue poſſidetis, n. 9. C. de probat. relato per D. de
Maſtril. in add. ad Petr. de Greg. ſup bull. q. 6. n. 100.*
Nec ſufficit vt ſemel vel bis ſeruitio vacaue-
rit, ſed requiritur frequẽtia in ſeruitio, quia di-
ctum verbum inſeruit ſignificat actum perſe-
uerantium *Gram. dec. 87. n. 5. Menoc. d. conſ. 912.
n. 30. & 31. lib. 10. & in tract. de præſumpt. lib. 6.
præſumpt. 76. n.* 38. & vtrobique dicit quod ſi-
cut magna ratione ſtatuit ipſum Concil. Trid.
clericum primæ tonſuræ frui priuilegio fori ſi
modo obtinet beneficiũ per quod ſignificatur
1183 perſeuerantia, & continuatio quædam in ipſo
clericatu ſic pariter eſt dicendum Concilium
requirere eãdem continuationẽ, & perſeuerã-
tiam in ſeruitii præſtatione, ac etiam in dela-
tione habitus, & tonſuræ, *& n. 32. in conſil. & n.
1184 39. in præſumpt. ſupra allegatis* adducit optimam
rõnem ſcilicet, quia priuilegium cauſæ officij
conceſſum durat quouſq; perdurat officiũ ip-
ſum, *l. qui ſub prætextu C. de ſacroſ. eccl. gl. Abb. &
cæteri ſcribentes in c. latores de cler. excõm. miniſtr.
& præcipue Pet. de Ancher. n. 6. Ant. de Butr. in c.
inter ſolitudines, col. 1. in 3. not. de purgat. canon.
Bald. in c. 1. n. 3. verſ. & caſus continget an mutus
vel aliter imperfectus Natta conſ. 576. n. 9. Tiraq.
in tract. ceſſante cauſa. in prin. in l. B. n. 49. vbi more
1185 ſuo concordantes affert Pancirol. cõſ. 2. n. 6.* Sic etiã
& immunitas conceſſa ratione alicuius cauſæ
ceſſat ceſſante cauſa *Bart. in l. generaliter C. de epi
ſco. & cler. Io. Andr. in c. decet, col. 1. verſ. alij qui ex
ſupra dictis de reg. iur. in 6. Pancirol. eod. conſ. 2. nu.
7. Tiraq. loco proxime citato n. 117.*
1186 Quæro an ſexto an clericus dicatur eſſe in
habitu clericali, vel laicali quando portat ve-
ſtem ſuperiorẽ clericalẽ, & inferiorem ſeu in-
teriorem iurgatam vel aliter laicalẽ, in iſto ca-
ſu eſt diſtinguendũ aut illa veſtis interiori in-
cedendo apparet, & tunc non diceretur in ha-
bitu clericali aut illa veſtis laicalis non appa-
ret, & cooperitur per verem ſuperiorem, & tũc
diceretur incedere in habitu clericali. *Philipp.
Franc. in c. 1. in princ. de cler. coniug. Scacc. in tract.
de iud. p. 1. c. 11. nu. 96.*
1187 Quæro ſeptimo circa id quod ſacrum Con-
ciliũ diſponit de habentibus beneficiũ an di-
cens ſe habere beneficium ſufficiat qd probet
tantũ titulum beneficij an vero ſit neceſſariũ
probare ipſius poſſeſſionem, & dico quod ſo-
lus titulus non ſufficit niſi ẽt probetur poſſeſ-
ſio, *Farin. q. 8. n. 45. vbi aſſerit fuiſſe iudicatũ in
Romana Curia Clar. in §. fi. q. 36. n. 18. vbi Io. Batt.
Baiar. in add. num. 14.*
1188 Quæro octauo quid ſi aliquis obtinuit be-
neficium tpe quo non erat ordinatus ſi poſtea
ordinaretur an poſſit vti priuilegio fori tan-
quam ordinatus, & dico quod ſic, & habetur
ac si a principio fuiſſet ordinatus, *Vrſil. in ad-
not. ad Affl. dec. 24. n. 19.* & ratio eſt quia titulus
1189 ſuperueniẽs validat poſſeſſionẽ prius acqſitã
*Ant. de Butr. in c. at ſi clerici, §. 1. de iud. Do. de S.
Gemin. in c. fi. diſt. 56. Abb. in c. ex parte col. 6. de
reſtit. ſpoliat. Bart. in l. cogi, n. 6. C. de petit. hæred.
& ibi etiam Bald. n. 7. Anto. de Butr. conſ. 64. nu. 2.
verſ. nam ſi ex antiqua Gabr. conſ 45. nu. 21. lib. 1.
Petr. de Ancher. conſ. 229. n. 2. in fine, Crauett. cõſ.
171. n. 1. Pariſ. conſ. 23. n. 215. lib. 1.*
1190 Et magis in terminis si collatio beneficij
fiat in perſonam inhabilem ob quod eſſet nul-
la si tamen ſuperuenit diſpenſatio per quã per-
ſona ſit habilis conualidatur collatio, *Fel. in c.
cum dilectus, n. 4. de accuſat. Burgaſ. in tract. de ir-
reg. p. 2. in tit. de different. & commu. &c. n. 9. cart.
mihi* 40. vbi dicit quod diſpẽſatio ſuperueniẽs

re-

reualidat actum retro nullũ, & benefacit ẽt id quod in simili dixit Bal. *in l. fi. col. 6. vers. & pdicta faciunt ad quæst. C. vnde legitimi.* vbi voluit
1191 quod testamentũ militis Hierosolimitani qđ a principio fuit nullum conualidat si superuenit licentia testãdi, *Bal. sequuntur Adden. ad Guid. Pap. dec. 110. Tob. Non. cons. 59. n. 11.* ꝑ quo benefacit id quod dr̃ quando executio est cau
1192 sata ad instantiam nõ veri creditoris, vel si est actum ad instãtiam illius, qui a principio nõ habebat actionẽ si in medio tempore, & in ꝑgressu litis superueniat actio validatur ꝓcessus, *l. si in rem §. fi. ff. de pignor. act. l. si mandauero sibi, vt actio ff. mandat, l. non potest de iud. Alex. cõsil. 1. n. 9. lib. 1. & cons. 127. n. 4. lib. 5. & cons. 114 n. 5. & cõs. 44. n. 3. lib. 7. Rim. cõs. 39. n. 38. & cõs. 388. n. 26. Sim. de Pet. cons. 54. n. 25. Paris. cons. 125. n. 11. lib. 1. Neguf. in tract. de pignor. membr. 1. p. 8. n. 37. Lud. Molin. in tract. de primog. lib. 3.
1193 c. 14. n. 4. Hier. de Mõte q. 23. n. 23. & 24.* Imo ius superueniens validat iudiciũ quod a principio fuit nullum, *Borell. super pragm. Odialitium, §. 2. gl. 1. n. 295. Belluga in Spec. princ. rub. 20. nu. 28. Alba cons. 265. n. 10. & 13. lib. 1. Harman Harman in lib. 2. pract. forens. tit. 5. obseru. 1. per tot. Fider. Scotus respons. 5. lib. 3. to. 2. Anna cons. 39. nu. 66. Surd. dec. 6. n. 1. Borgin. dec. 5. n. 6. Morot. cons. 92. per tot. Rimin. iun. cons. 829. n. 2. Lud. concl. 8. in 1. limitatione,* ex quibus oĩbus cõcludo quod clericus, q obtinuit bñficiũ tẽpore quo erat laicus potitur priuilegio fori si postea sit ordinat⁹.

1194 Quæro 9. quid si is, qui obtinuit beneficiũ erat talis, qui beneficium nõ poterat obtinere, vt quia erat illegitimus, vel irregularis si tñ de facto reperit in possessione beneficii gaudebit priuilegio fori, *Vin. de Frãc. dec. 189. n. 2. li. 3*

1195 Quæro 10. an habens beneficiũ ecclesiasticum teneatur incedere in habitu, & tõsura ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, & dico quod cum tex. in d. Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. loquatur alternatiue ibi, *nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram, &c.* sufficit vt vna qualitas sola verificetur ad hoc dispositio habeat suũ effectũ, & sic sufficit, vt solum habeat beneficiũ absq; delatione habitus, *l. si hæredi plures, ff. de cond. & in-*
1196 *stit. Oddo cons. 92. n. 3. & 17.* & verificata prima condõne cessat secunda, *l. hæc verba ille, aut ille vbi hoc not. scribentes, ff. de verb. signifi. & not. in l. Quintus, ff. de aur. & arg. legat. c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. §. impossibilis instit. de hær. instituen. Decia. cons. 42. n. 10. lib. 1. Capra cons. 11. nu. 16. Soc. sen. cons. 52. n. 6. lib. 1. Soc. iun. cons. 23. n. 5. li. 3. Bero. cons. 101. n. 5. lib. 1. Benincas. in §. omnium n. 330. Insti. de act. Menoc. cons. 880. n. 3. lib. 9.* q oẽs dicunt quod si fuisset legatum aliquid Titio si ipse Titius Romam petierit, aut vxorem
1197 duxerit, & concludunt quod sufficit, vt vna ipsarum condõnum verificetur, sic dico in casu nostro quod sufficit, vt vna conditio verificetũ scilicet sufficit quod habeat beneficium, vel quod habitum, & tonsurã deferat, & ad hoc bene conferunt d. per *Vrsill. in adnot. ad Affl. dec. 24. n. 19. & in terminis terminantibus ita tenuit Camil. de Curte in diuers. seu compreh. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 91.* vbi dicit hoc multoties de facto obtinuisse, & ꝙ Sixtus V. Pontifex Max. super hoc edidit motũ propriũ, & disposuit, vt clerici beneficiati non incidẽtes in habitu clericali possint puniri per iudices sæculares, & tandem quod talis motus proprius fuit annullatus per Clementem VIII.

Quæro 11. an clericus in minoribus, qui
1198 hẽt pensionẽ super aliquo beneficio gaudeat priuilegio fori tanquã beneficiatus, & circa hoc respõdeo quod *licet Tho. Zerola in praxi epi. in uerb. clericus, §. 2. ver. ex hac doctrina,* videatur determinare quod si quis habẽs pensionẽ vltra primã tonsuram est insignitus aliquibus ordinibus vt puta hostiarius, vel accolit⁹ gaudet priuilegio fori vti beneficiatus, & dicit ꝙ huius opinionis fuerunt multi Doctores, & quod audiuit ita fuisse decisũ in M.C.V. Regni Neap. ꝑ qua sua opinione adducit quinque argumẽta Primũ, q a pẽsio est pars substãtialis beneficij, & sic dẽt reputari, vt beneficiũ Secundũ ꝙ idẽ est dicendũ de parte quoad partẽ quod dicit de toto quoad totũ, & per consequẽs cum pensio sit pars beneficij dẽt determinari prout de beneficio Tertiũ, quia pensioni cõpetit diffinitio beneficij, ex quo dicit beneficiũ quasi benefaciens Quartum, q pensionarij tenenẽ recitare officium B. Mariæ Quintum quia sumus in materia fauorabili, quib. ego addo tria alia scilicet, Sextum,
1199 quia pensio qñq; venit appellatione bñficij, licet nõ habeat in titulũ, *gl. in clem. 2. in uer. quicunq; de vit. & hon. cler. Fel. in c. postulasti, col. 10 vers. 4. declaratio de rescr. Masc. concl. 887. n. 17. late Gãbar. in tra. de pot. legat. li. 6. n. 312. cũ plur. seq.*
1200 vbi adducit diuersa argumẽta ad ꝓbandũ qđ pẽsio venit appellatione bñficii, & Septimũ, q a pẽsio succedit loco bñficii, *Gigãs in tra. de pẽsio. q. 56. p tot. Paris. in trac. de resign. benef. l. 2. q.*
1201 *15. & n. 3. & 4.* & subrogatus sapit naturã eius in cuius locũ subrogatũ, *§. fuerat instit. de actio. Mars. sing. 255. Tiraq. ĩ ll. cõnubial. gl. 5. n. 190. seq.*
1202 Hinc sicuti de bñficio in ĩpetratione faciẽda est mẽtio alias ĩpetratio esset subreptitia, ita & de pẽsione, *Soc. sen. cõs. 260. col. 1. lib. 2. Bernard. in c. sup literis, n. 72. de rescr. Meno. ĩ tra. de arb. iud. cas. 201. Gãba. ĩ tra. de offi. & pot. legati, li. 6. n. 322*
Hinc est etiam quod sicut habens benefi-
1203 cium potest ordinari ad titulum beneficii, ita pariter habens pẽsionem ordinari poterit ad titulum pensionis; Sic etiam dispositio cap.

mandatum de rescript. loquens de beneficijs
habet locum in pensione, *vt dixerunt ibi Imol.*
& Barbat. num. 5. Sarnens. in reg. de infirmis re-
sign. quæst. 16. in princ.
1204 Et eodē modo sicut in impetratione bene-
ficii dēt exprimi verus valor ipsius alias impe
tratio esset nulla, vt ex multis cōcludit *Masc. in*
tract. de prob. cōcl. 887. n. 1. & seq. quibus addo Io. a
Fina in suis cōcl. in uerb. beneficiū car. mihi 335. Ri
pa in c. ad aures, n. 23. de rescr. Rebuff. ī repet. c. po
1205 *stulastis ī gl. n. 150. de rescr.* Sic ēt & ille dēt ex-
primi in impetratione pensionis, *Caccialup. in*
tract. de pensio. q. 26. Masc. d. concl. 887. Gambar.
in tract. de offic. legat. lib. 6. num. 350. cum multis
similibus, quæ possent adduci.
Attamen prędictis parū obstantibus cōtra-
riū determinauit sacra Cōgregatio ad inter-
pretationē Concil. Tridēt. die 19. Iunij 1586
vt referat Flam. Paris. in suo tract. de resign. lib. 1.
q. 10. n. 70. q dicit quod si is talis non incedit
in habitu & tonsura nō potit̄ priuilegio fori,
& rō huius determinationis est, quia pen-
sio est quid mere tēporale, *cap. præterea vbi gl.*
& Doctores de trāsac. Marches. in tract. de cōmiss.
1206 *p. 1. c. 14. n. 26.* ideo pensio non dicit̄ neq; est
beneficiū ecclesiasticum, *Abb. in c. ad audientiā*
de rescr. & ibi ēt Fel. Io. de Selua in tract. de benefic.
p. 1. q. 3. n. 11. Gigans in tract. de pensio. q. 31. n. 4.
Alfons. Hæd. in tract. de incompat. benefic. p. 1. in
pfat. n. 3. & p. 2. c. 7. n. 4. Mandos. cons. 55. nu. 18.
1207 vbi dicit ꝙ ex proprietate vocabuli pensio nō
venit appellatione beneficii, *Sarnen. in tract. de*
gratijs expectat. in uerb. gratia, n. 92. Io. Nicol. Del-
fin. in tract. de iure patron. lib. 1. n. 60. & 74. qui tra
ctatus est impressus post tract. de iure patron. Cæsa
ris Lambert. Stafil. in tract. de liter. gratiæ in verb.
forma 9. n. 12. D. Paris. d. q. 10. n. 69. & lib. 2. q. 15
1208 *n. 11.* vbi ēt dicit, quod nec sapit titulū benefi-
cialē, Gamba. in c. licet n. 87. de permut. bene-
fic. in 6. & ad confirmationē huius cōclusio-
nis pnt adduci multa media, quæ congerit ip-
semet D. Paris. d. q. 15. per tot. quæ ex quo mul
tum faciunt pro decisione huius qōnis, hic
breuissime referā, quorū Primum est quod li-
1209 cet beneficiū possit resignari ad fauorem cer-
tæ personæ particularis, vt ipse de hoc scribit
exactissime quasi per totum illum tractatū ni
hilominus secus est in pensione, quæ non po-
test resignari in fauorem alicuius, *ita dicit in*
d. q. 15. nu. 7. & seq.
1210 Secundū quod is cui madat̄ pvideri de be-
neficio nō pōt prouideri de pēsione, ibi. n. 12.
1211 Tertiū quod regula de infirmis resignanti-
bus, non comprehendit transferentes pensio-
nes in articulo mortis, ibid. n. 13. & 14.
1212 Quartū quod habens pensionē super bene
ficio requirente residentiā non teuetur reside
re put ipse, qui habet beneficium, ibid. n. 16.
1213 Quintū quod pensio non facit incōpatibi-
litatem cum alio beneficio, ibid. num. 17.
1214 Sextum quod pensionarius non obligatur
recitare officium magnum prout beneficiati,
ibidem num. 18.
Septimū quod simplici laico pōt assignari
pensio, *ibidē n. 20. de quo tamē dicā infra effect. 15*
1215 *n. 7.* qbus ego addo quod phibitus habere be
neficiū non phibet̄ habere pensionē, *Gigans*
in tract. de pensio. q. 3. & q. 5. Gābar. in tract. de of-
fic. & potest. legat. lib. 6. n. 371. cū plurib. seq. Mar
ches. in tract. de commiss. lib. 1. c. 14. n. 21
1216 Non obstāt modo in cōtrariū adducta per
Zerolā, quia singulis facillimè rnderi pōt, &
Primo non obstat quod pensio est pars substā
tialis beneficij, quia per hoc nō fit, ut ppterea
dicatur beneficiū, quia ipsa assignat̄ in certa
quātitate nō aūt ī quota, *vt dicit Gigans in trac.*
de pensio. q. 1. n. 3. ideo illa quātitas non pōt di-
ci pars beneficii prout diceret̄ quota, & habēs
1217 aliquod ius, vel censum, aut actionē super re
put sunt dñi directi non ppterea dicunt̄ ha-
bere rē, *Bar. in l. Gallus, §. uidendū, ff. de liber. & po*
sth. vbi Alex. n. 4. Bart. cons. 132. statuto ciuitatis
Eugubij, n. 1. lib. 1. Alex. cons. 75. n. 4. lib. 6. Dec.
in l. quod actiones n. 4. ff. de reg. iur. vbi Cagnol. n. 9
& in l. minus, ff. eod. Tiraq. de re tracta. conuent. §.
1. glos. vnic. num. 49.
Ad secundum rndeo quod est verissimum
1218 quod idem ius est de parte quoad partē quod
te toto quoad totum, sed istud pcedit qn pars
considerat̄, vt pars totius non aūt qn conside
1219 ratur per se sola, pono exemplū extat statutū
quod soluatur gabella p vendōne cuiusuis do
mus non est dubium quod vendēs domum te
net̄ soluere gabellā, & idē est si quis venderet
vnam partem domus, quia tunc cōsiderat̄,
vt pars domus, at si venderet̄ census cōstitutus
super eadem domo nō debebit̄ gabella, quia
licet census sic deducat̄ ex ipsa domo, & dicat̄
quodāmodo pars substantialis ipsius domus,
nihilominus pro eius vendōne non debet̄ ga-
bella, quia tunc considerat̄, vt quid astractum
& separatū ab ipsa domo. Ad tertium rndeo
quod licet etimologia, seu diffinitio bñficij cō
1220 ueniat ēt pensioni non propterea erit reputā-
dū, vt beneficiū, quia & illa ēt conuenit dona
tioni, & legato, quia & ipsa etiā benefaciunt,
& prosunt legatario & donatario, & nihilomi
nus legatū, & donatio non dicunt̄ beneficiū.
1221 Ad quartū rndetur quod potius facit p opi-
nione cōtraria q̄ pro opinione Zerolæ, nā ha-
bēs realiter beneficiū non satisfacit recitādo
officiū B. Mariæ Virginis put satisfacit pēsio
nari⁹, et sic ex hoc deducit̄ differētia inter bñ-
ficiū, et pēsionē. Ad quintū respōdeo ꝙ nō est
1222 verū quod sumus in materia fauorabili, nāq;
sumus in materia indifferēti, & potius odiosa
quam

quã fauorabilis ex quo si esset vera ipsa opinio Zerolæ sequeretur, vt nõ esset opus incedere in habitu, & tonsura, nec seruire ecclesiæ, & sic consequeretur priuilegiũ fori absq; onere deferendi habitũ, recitandi officium magnũ, & inseruiendi ecclesiæ, quod est oĩno contra intentionẽ sacri Concil. Trid. & esset impropriare eius verba. Ad sextũ respondetur qđ non est
1223 simpliciter verũ qđ pensio venit appellatione beneficij, sed hoc ꝓcedit in casibus in quibus reperiretur in iure expressum, quia regulariter non venit appellatione beneficij, *vt voluerunt Bursat. cons. 351. n. 27. Do. Flam. d. lib. 2. q. 15. nu. 23. & 24. & dixi ẽt supra.* Ad septimum etiã respondetur quod non est indistincte verũ quod subrogatũ sapit naturã illius in cuius locũ subrogatur illud nãq; non procedit quotiescunq; in subrogato non reperiunt eędẽ qualitates, & conditiones quæ erant in principali, *Bart. in l. 1. §. fi. C. de præposi. agnoscen. in rebus, lib. 12. Bal. in l. parobolani, C. de episc. & cler. Arct. in l. nemo col. 2. in fin. ff. de duob. reis, cum similibus adductis, & allegatis per Dom. Paris. d. q. 15. nu. 22.*
1224 Quæro duodecimo quid si clericus hẽt beneficium sine redditibus an is consequat̃ priuilegium fori. & dico quod licet regulariter beneficiũ non debeat esse sine redditibus, *ad tradita per Ferrett. cons. 312. n. 1. lib. 2.* attamen si aliquod ita sine redditibus reperiret̃ iuuaret beneficiato ad hoc, vt ꝓpter illud possit frui priuilegio fori, qa sufficit, vt adsit titulus beneficii, *ad qđ bene faciunt dicta per D. Paris. in tract. de resign. lib. 2. q. 8. n. 2* vbi dicit qđ huiusmodi beneficia possunt resignari in fauorẽ alterius, & videmus experientia qđ isti episcopi titulares oĩa gerunt prout cęteri episcopi, & nihilominus nõ habent redditus ex suis episcopatibus.
1225 Quæro 13. an clericus habens hospitale dicatur habere beneficium, & per cõsequens sit cõprehensus in *d. c. 6.* loquẽte de clericis beneficiatis, in isto casu est distinguẽdum, aut hospitale fuit cõcessum clerico in administrationem, *iuxta forma clemen. quia cõtingit, §. vt aũt de relig. domib.* & dico quod tunc eos non cõpræhendit, qa non est beneficiũ, vt dicunt Doctores *in d. clemen.* aut est sibi concessum in titulũ, & tunc de eo iudicat̃ sicut de beneficio, *Cardin. cons. 117. Mandos. reg. Cancell. 16. q. 51. nu. 3. & 4.*
1226 Quæro 14. quid de eo q̃ habet beneficiũ in comendã, & non in titulũ an dicat̃ beneficiatus, ita & taliter quod ex tali comẽda gaudeat priuilegio fori tanquã beneficiatus, & dico qđ sic, qa comendatarius dr̃ habere titulũ, & esse prælatus, qa comenda est titulus, quę canones approbant, *c. qui plures 21. q. 1. clemen. si ex super, de præbendis, Gambar. in tract. de offic. & potest. legat. lib. 4. nu. 16. & 17. & pro hoc faciunt ẽt dicta per Io. Gallicum cons. 2. n. 100. vers. item quoad clericum inter cons. feud. diuers.* vbi dicit quod cleri-
1227 cus ammittit feudum tanquã beneficiatus ẽt si habet beneficium in comendã, quia ẽt comendatarius dr̃ beneficiatus, ideo dico ego quod sicut illo casu propter comendã excludit̃ a feudo, ita isto casu debet admitti ad consequutionem priuilegij ecclesiastici, vt dum in vno grauatur in alio releuetur, & ad hãc quæstionem bene conferunt, *d. per D. Flam. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 2. q. 17. per totam.*
1228 Quæro 15. an clericus dicatur beneficiatus, qui habet beneficiũ in spe, vt quia habet actionẽ ad beneficium, vel habet expectatiuã, licet non in esse, & non in rẽ, vt qa non habet eius possessionẽ, & dico qđ non, *Cardin. in clem. 1. §. 1. de vit. & hone. cler. Bertach. in suo reper. in verb. clericus dicitur,* ideo habens expectatiuam non posset vti priuilegio fori tanquã beneficiatus.
1229 Quæro 16. quid si habebat beneficium, & postea illud resignauit an propter tale beneficium, & postea illud resignauit an propter tale beneficiũ quod semel habuit gaudeat semper priuilegio fori, & dico quod non, quia resignãs per resignationem amittit omne ius, & possessionem, & alia quæ habebat in beneficio, *Paris. cons. 143. n. 19. vol. 4. Crauett. cõs. 341. num. 3. Gigans cons. 20. nu. 9. Paris. in tract. de re-*
1230 *sign. benefic. lib. 1. q. 16. n. 3.* & nullum ius sibi remanet amplius in beneficio resignato, *Innoc. & comm. Doctores in c. quod in dubijs de renunciat. Dom. Flamm. Paris. in tract. de resignat. lib. 1. q. 9. n. 4. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. beneficia §. 4. vers. septimum dubium,* ideo non potest amplius se letari tali beneficio sicut ẽ cõtra propter beneficium resignatum non grauatur resignans amplius dicere officium ad quod prius tenebatur, *Nauar. in tract. de horis canon. c. 7. n. 19*
1231 *& 30. & in repet. c. accepta opposit. 5. n. 21. de resti. spol. Zerola loco sup. cit. Paris. d. q. 9. nu. 1. & 2.* vbi adducit rationẽ vltra ꝙ cum sacrũ Cõcil. Trid. loquatur per verba præsentis temporis *habeat beneficiũ,* & sic requiritur vt illud habeat tempore quo vult frui priuilegio fori, quia qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, vt dixi supra.
1232 Quæro 17. quid si clericus in minoribus cõstitutus dimisit habitũ, & tonsurã, & postea illũ, & illã reassumpsit an reassumat ẽt priuilegiũ fori, & dico quod sic, *glo. in clem. 1. in verb. quandiu de vit. & honest. cler. glo. fin. in c. fi. eo. tit. vbi etiam Abb. nu. 8. Siluester in sũma in verb. excõicatio, il 6. n. 4. vers. si autem talis Thom. Zerol. in praxi episcop. in verb. clericus, §. 13. supra reg. 97. nu. 104. & seq.* vbi etiam ponit quid si fuisset monitus, vt habitum reassumat, & quid si fuisset sententiatũ super tali desertione habitus.

Quæro 18. iuxta prædicta quid si tempore
1233 delicti habitum non deferebat, nec ecclesiæ

seruiebat an si postea habitum reassumpsit, & ecclesiæ seruire incepit recuperet priuilegium clericale, & respondeo quod licet Farin. *in tra. crim. q. 8. n. 66. vers. item quid si tpe*, longa serie hanc quæstionem examinet faciẽdo diuersas distinctiones, nihilominus prædicta omnia ꝓcedunt attẽta dispositione iuris canonici antiqui, at de iure nouissimo sacri Concil. Trid. puto quod non sufficit reassumptio habitus facta post delictum commissum per illã regulã quam pluries supra adduximus scilicet, qđ qualitas adiuncta verbo debet verificari secũdum tempus verbi, & quia dẽt attẽdi tempus delicti, & non punitionis ad hoc vt possit habere locum dispositio dicti c. 6. vt dixi etiam supra in præsenti limitatione q. 3.

Limitatur 64. prædictus primus effectus
1234 quod clerici non supponuntur magistratibus laicorum, vt non procedat in clericis, qui per annum ioculatoriam artem exercuerunt, vel buffonem, & istrionem se fecit, vel minori tẽpore postquam fuerint ter moniti, vt ab ea desistant, & non destiterint, quia talem artem exercendo ipso iure ammittunt priuilegium clericale, *c. vnico vbi Io. Monac. de vit. & honest. cler. in 6. c. clericum sæcularẽ 46. dist. l. 2. ff. de ijs, qui not. infamia Abb. in c. perpendimus, n. 7. de sent. excom. Aluarez in Spec. iuris pontifi. c. 36. in prin. cart. mihi 107. & c. 23. cart. mihi 63. Mart. de iurisd. c. 32. n. 58. p. 2. Paul. Balzeran. in c. 1. §. si clericus, n. 15. de pace ten. in vsib. feud. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. li. 4. c. 18. n. 151. Soc. reg. 80. lim. 9 Pauin. in tract. de visitat. p. 1. q. 7. n. 46. in 14. to. tract. diuers. car. 185. Lambert. in tract. de iure patronat. art. 26. q. 9. p. 2. n. 3. Mandos. in tract. de annal. casibus, n. 97. Bellug. in Spec. prin. rub. 11. §. videndum, n. 18. vbi Borell. in add. in lit. H, Cuccus in instit. canon. lib. 2. tit. 2. vers. curare igitur Aufrer. in tract. de potest. iudicis laici super person. eccl. reg. 1. limitatione 6. n. 14. in 16. to. tract. diuer. car. mihi 287. Capra reg. 94. nu. 2. Rosella in summa in verb. clericus, il 2. n. 2. Henric Bobic in c. ex litteris, n. 11. de vit. & honest. cler. Bertach. in reper. in verb. clerici mimi, vel histriones Cassa. super consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. n. 55. car. mihi 195. Soc. in c. perpendimus, n. 36. de sent. excom. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B, car. mihi 397. post const. Regni, Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. nu. 140. Nauar. cons. 25. n. 1. in tit. de priuileg. in 2. to. cart. mihi 434. Cened. in collect. iuris canon. p. 1. collect. 37. nu. 20. vbi more suo multos allegat Io. Ant. de Nigr. in repet. clemen. Clementis VII. in verb. solẽni, n. 1. de vit. & honest. cler. Mars. in tract. de bannit. in verb. iudice, n. 217. Diaz in pract. c. 62. n. 1. & 2. Alber. in tract. de statut. q. 42. n. 5. lib. 3. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 86.* Et rõ est, qa
1235 huiusmodi histriones ioculatores, & buffones sunt infames, *c. 1. 4. q. 1. l. 2. §. ait prætor ff. de ijs, qui not. infa. Borell. in d. add. ad Bellug. in lit. H.*

Iste numerus fuit sublatus 1236

1237 Ampliatur primo, vt istud tps anni sufficit vt sit continuum nõ autẽ requiritur, vt sit vtile Rosell. eod. n. 2. Et ratio est, quia oẽ tẽpus
1238 quod præfigitur à lege, vel statuto est continuũ, *Ias. in l. cõtra maiores, n. 6. C. de inoffi. testam. Pau. de Cast. i l. 2. C. de dilat. Caual. dec. 17. n. 4. li. 1*

1239 Limitatur 65. quando quis efficitur cleric⁹ post inceptam causam corã iudice sęculari, ex quo tunc clericatus superuenientiã non impe
1240 dit quin causa prius incoata prosequatur coram eodem iudice, *l. cum quædã puella, ff. de iurisd. om iud. l. si quis postea vbi Bal. ff. de iud. Bar. in l. 1. ff. de pęnis idem Bal. in l. officiales, C. de episc. & cle. Brun. in tract. quod stant. mascul. fem. nõ succed. art. 6. n. 49. Alban. in lucubrat. ad Bar. in d. l. si quis postea, n. 1. ff. de iud. Pau. de Cast. in l. fi. n. 3. ff. si ex noxal. caus. agatur Abb. in c. 1. nu. 4. vers. facit ad qõnem de oblig. ad ratioc. Fel. in c. fi. de constit. & in c. præposuisti de foro compet. Io. de Deo in doctrina aduocatorum lib. 3. c. 20. n. 5. Asinus in pract. exequut. §. ... 12. n. 47. Surd. dec. 110. n. 3. vbi multos alios allegat Marcel. Cala in tract. de modo artic. & proban. §. 1. gl. 1. n. 63. Alber. in l. milites, ff. de re milit. Marches. in tract. de commis. p. 2. c. 4. secundi capituli prin. n. 91. car. mihi 363. ultra alios quos allegaui sup. ampl. 43*

1241 Sublimitatur modo ista limitatio qñ instãtia esset perempta ẽt si per principem postea insufflaretur spiritus vitæ ipsi instãtiæ ꝓut facere põt, *secundũ Rol. à Valle cons. 4. per tot lib. 3. Tho. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. insufflatio spiritus*, tũc enim clericus debet remitti ad suum iudicẽ si iterum conueniẽ super eadem lite, quia instantia perempta perit citatio, & litis contestatio, & quãdo reuiuiscit est noua instantia, *Anna sing. 129. vbi dicit quod hæc est vera opinio allegat d. per Bar. in l. cum lite mortua, ff. iud. solui & per Dec. in cap. quia Giu. num. 11. de iud. Cagnol. in l. 2. nu. 149. C. de pact. inter emptor. & vend. Masull. in add. ad Capyc. dec. 109. n. 7. & dec. 115. n. 12. in fi.* & ad confirmationem præsentis sublimitationis faciunt ea, quæ late scripsi supra d. ampl. 43.

1242 Sublimitaẽ 2. qñ iudiciũ esset ex aliquo capite nullũ, vt dixi sup. ampl. 43. & in simili di-
1243 cimus de præuẽtione, q̃ ad hoc vt trãsferat iurisdõnẽ in iudicẽ præueniẽtẽ dẽt esse legitima
1244 valida, & pfecta, *Bero. cõs. 3. li. 3.* ꝑ inualidã citationẽ inducit *Io. And. in c. cũ plures de offi. deleg. in 6. & in c. proposuisti, & ibi etiam Abb. ĩ 5. notab. & Soc. in 4. not. & iterum col. 7. vers. quinto quæro de foro compet. Rom. cons. 412. n. 4.*

1245 Sublimitaẽ 3. qñ liti fuisset cessum, qa per cessionem litis iudicium iam fuit solutum, *c. j de lit. contest. in 6. Cassador. dec. 1. nu. 2. in titu. de sentent. & re iud. Moedan. dec. 2. alias 142. vt lit.*

lit.penden.Menoch.in tract.de arbit. casu 202. n.
14. Bursat.cōs.362.nn.10.& seq.lib. 3. Lancellot.
in tract.de attent.in præfa.p.2.c.4.num.281. Rim.
cons.203.num.2.lib. 2.
1246 Sublimitatur 4. quando lis fuisset iam ter-
minata vt quia fuit sententiatum,in causa ,nā
si postea oriatur alia controuersia pendens ex
eadem causa debet conueniri coram iudice
ecclesiastico quia vna semel quod fuit in cau-
sa iudicatum lis dicitur finita, *Rot.Rom.dec.10.*
n.3.vt lit.pendēt.in nouis Probus in add.ad Io. Mo-
nach.in eadem rub.in 6.Afflic.dec.342.Paris. cōs.
30.n.36.vol.4.Bertrand.cons.54.nu.18.lib. 3.&
cons.177.n.26.lib.1.Curt.iun.cons.174.nu.5. Cra-
nett.cons.182.n.4.Menoch.d.casu 202.num.15.&
1247 *16.Lancellot.d.c.4.n.655.* quod tamē limitatur
quando ab ipsa sententia fuisset appellatum
quia per appellationem omnia redducuntur
ad pristinum, & habetur ac si non fuisset sen-
tentiatum,& tanquam si essemus in prima in-
stantia, *glos.in l.1.ff.de re iud.l.ita demū vbi Bart.*
n.1.C.de procurat.Dec.in l.edita,n.54.C.de edendo
Velascus dec.91.nu.3. & per tot. qui dicit quod
appellatio redducit litem ad statum in quo
erat in prima instantia, *Cornazar.dec.51.nu.2.*
1248 vbi dicit quod per appellationem fingitur nō
iudicatum,& omnia redducuntur ad statum
in quo erāt post litem contestatam,Surd. dec.
147.n.3.qui dicit quod causa appellationis di
citur eadem cum causa primæ instantiæ.

Sublimitatur 5.quando a principio lis fuis-
set incepta coram iudice incompetente, tàm
ratione rei,quàm causæ vel personæ , vt quia
pro causa ciuili fuisset litigatū corā iudice cri-
minali *ad late tradita per Affl.dec.85.per totam.*
1249 Sublimitatur 6.quando lis fuisset mota per
eum qui in ea nullum ius habebat in rem vt
per falsum procuratorem , quia talis actio in-
tentata non inducit litis pendentiā nec facit
rem litigiosam, *Osasc.dec.Pedemon.144.n.8.Lā-*
cellot.in tract.de attent.p.1.c.3.n.115.
1250 Iuxta prædictam limitationem quæro de
vtili,& quotidiana quæstione scilicet, quid si
clericus se obligasset per publicum instrumē-
tum guarentigiatum tempore quo erat laicus
an si postea efficiatur clericus pro exequutio-
ne ipsius instrumenti possit conueniri coram
iudice laico an vero sit conueniendus coram
iudice ecclesiastico hanc quæstionem ponit
Fab.de Anna cons.140. n.2.per tot.lib. 2. vbi de-
1251 terminat quod potest conueniri coram iudi-
ce laico *allegat Soc.in c.pen.n. 47. de foro compet.*
& Brixiens.in quæst.vener.q. 32. quibus addo Sur-
dum,& alios per eum allegatos cons.96.n.20.lib. 1
tamen in isto articulo puto quod contraria
opinio sit de iure verior quam tenuerunt *In-*
trigl.cons.23.n.36. vbi allegat Oldrad. cons. 4. in
in fin.Mars.in l.statu liber.n.4.ff. de quæst. Clar.in
§.fin.q.36.vers.sæpe nu.Couarr.in lib.pract.quæst.
c.32.n.4.in 2.& 3.conclus.& vltra prædictos mul-
tos alios allegat Claud.Tutius alleg.7.n.12.Imol.in
l.nemo n.7.ff.de legat.1.Boer.dec.397. & ita pra-
cticatur in isto regno , & hæc opinio seruatur
etiam Neapoli, *vt tradit Praxis Archiepiscopa-*
lis Curiæ Neap.c.16.num.2. & seqq.
1252 Retenta eadem secunda opinione eam li-
mitabis in conductore gabellarum qui si post
factam conductionem clericatum assumpserit
vel si eo tempore esset clericus,& tanquam lai
cus conduxerit poterit vtroque casu conueni-
ri coram iudice gabellarum, & sic laico, *Vas-*
quez in tract.de de success.creat.§.10.n. 648.vers.
quod autem eo casu.

Iste numerus fuit sublatus. 1253.

1254 Quando autem causa,& lis dicatur pende-
re ponit late *Muscatell,in pract.ciuil.p.2. in glos.*
in verb.tribunali per tot.cart.mihi 48. *Lancellot. in*
tract.de attent.c.4.n.1.& seq.p.2.Scacc.in tract.de
iud.p.2.c.2.num.34.
1255 Limitatur *66.*prædictus primus effectus ꝙ
clerici non possunt conueniri coram iudice
laico vt nō procedat in clerico hæretico quā-
do in illo loco non adest officium inquisitio-
nis , vel quando iudex ecclesiasticus nō potest
illum compescere, quia ipse conueniri potest
coram iudice sæculari,nec potest se lætari pri-
uilegio clericali ob tale delictum *Paul. de Cast.*
in l.omnes qui §.præterea,nu. 2. C.de episc. & cler.
Cassan.super consuet. Burgund.rubr.1.§.5. n. 57.in
add.cart.mihi 196. vbi dicit quod ex quo com-
mittit in legem ecclesiæ propter hæresim non
debet lege ecclesiastica iuuari, & quod ita fuit
iudicatum per curiam Burgundię cōtra quos-
dam luteranos,& huius conclusionis,& limi-
tationis ratio est illa vulgata regula , frustra
legis auxilium petit qui facit contra legem *l.*
auxilium de minor.c.quia frustra de vsur.
1256 Limitatur 67.in clerico qui fortasse non es-
set baptizatus, quia cum baptismus sit ianua
omnium sacramentorum absque eo non po-
tuit recipere caracter ordinis, c. venies & tot.
tit.de presbyt. non baptizat c. 1. de sacra. &
& faciunt dicta per *Decian. in tractat. crim.p.2.*
lib.6.c.34.num.28.
1257 Primo quæro pro habenda totali intel-
ligentia materiæ istius præsentis primi effe-
ctus quis sit iudex competens ad decidendum
an quis sit clericus,& an debeat remitti ad iu-
dicem ecclesiasticum an hoc scilicet spectet ad
iudicem laicum an vero ad ipsum iudicem ec-
clesiasticum , & dico quod hoc spectat omni-
no ad iudicem ecclesiasticū priuatiue quoad
iudicem sæcularem ita vt iudex sæcularis nul-
lo modo potest se intromittere ad talem deci-
sionem ex quo tunc agitur de re spirituali, &
ecclesiastica cuius cognitionis iudex sæcula-
ris

& conſ.88.late Franc.in tract.de cõfeſſis.verſ.quæritur aliquis.n.113.in 4.tom.tract.diuerſ.car. mihi 48. Alex.in add.ad Bar.in l.1.in 2.oppoſ.ff. de iud. Marſil. in l.fi.n.152.ff.de iuriſd.omn.iud. Alſer.q.1.n.205. Bertac.in tract.de epiſc.p.5.lib.4.n.95.in 13.to.trac.diuerſ.p.2.car.mihi 153. Anan.ſibimet contrarius in c.1.n.17.vt eccleſiaſt.benefic. Innoc. & Abb.in c.verũ n.20.& 21.de foro cõpet. Franc. Marc.dec.496.n.12.& dec.215.lib.1. Iaco. Sbrozz. in tract.de Vicario epiſcopi,lib.2.q.148.n.7. Maccabr.conſ.44.n.64. vbi reſpõdet, & confutat ea quæ ipſemet dixit pro contraria opinione *in eodẽ concil.n.10. Blanc.in tract.de cõpromiſſ.q.30.n.32.verſ.non obſtat quòd clerici Lancello. in tract. de attent.p.2.c.15.n.98. Decia.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.82.& c.17.n.27.eod.lib.* vbi dicit quod hæc limitatio ſine aliqua difficultate procedit qñ clericus deponeret cũ licentia ſui epiſcopi, *Alex.de Neuo in d.c.verũ n.18.de foro cõpet. Petr. Auguſt. Morla in empor. vtriuſque iuris part. 1. tit.2.de iuriſd.omn.iud.n.153. Gul.de bened.in rep. c.Raynutius in verb.& vxorem nomine Adeleſiã in 2.dec.n.142.& 146.de teſtam.* vbi teſtatur quod *ita in Gallia ſeruatur Soc.cõſ.99.col.pen.vol.3. Iaſ. in l.quicunque §.qui mandatã, nu.7.ff.de offic. eius cui mandat.eſt iuriſd. Io.Sicard.in d.l.nullum,C.de teſtib. Ant.de Burg.Hiſpanus in c. ſi venditori, nu.17.de empt.& vend.glo.ſuper ritu M.C.V.in tit.de foro cõpet.in lit.B,car.mihi 396. Iacobus de Carolis in ſuo gẽmato pauone colore 6.n.26. Petr. Cened. in collect.iur.canon.p.1.collect.37.n.10.* vbi dicit qđ in multis prouincijs ſeruatur hæc opinio, *Io. Aloi.de Leo in l.pſbyteri,n.15.in fi.C.de epiſ.& cl.*

Sed in iſta limitatione cõtraria opinio eſt vera & magis cõis, vt ſcilicet iudex ſecularis nõ poſſit punire clericũ corã eo delinquentẽ; ſed illũ remittere puniendũ ſuo iudici eccleſiaſtico & quod ſolũ ipſe iudex laicus poteſt de tali falſitate cognoſcere ad effectũ, vt irritetur, & annulletur depoſitio, *ita dixerant Hoſtienſ. Butr. Innoc. Io.Andr. & Fel.nu.5.verſ. contra clericũ in d.c.verũ de foro cõpet. idẽ Io.Andr.in c.at ſi clerici de iud.& in c.1.n.2.vbi ẽt Abb.nu.9.de crim.falſi idẽ Abb.in c.eccleſia S.M.nu.2.de conſtit. Canoniſtæ cõiter in c.dilectus filius de penis, & in cap.2. de crim.falſi Bar.in l.ſi Diuus,nu.4.ff.ad l.Cornel.de falſ.& in l.ſi quis obreſerit,n.4.& 5.eo.tit. Arch.in c.presbyteri 5.q.6. Maria.Soc.in c. poſtulaſti,q.10.nu.12.de foro cõpet.* vbi dicit qđ iſto caſu laicus
1148 cognoſcit de falſitate non vt puniat clericum deponentẽ falſum, ſed vt ſciat quanta fides ſit adhibenda eius depoſitioni, *Iacobin. in l.1.nu.18.ff.de iud. Affl.dec.230.vbi Vrſill.in adnot.nu.1. Scappa in tract.de iure non ſcript. lib.1.c.11.nu.9.vbi dicit hanc eſſe comm.opi. Suarez in comm.opi. in verb.clericus,n.127. Capic. dec.5.n.13. Brun. a Sole q.34.n.26.qui ẽt teſtatur de com. opi. & compendi. reſolut. propoſit.iuris in verb.clericus corã iudice in fin. vbi dicit quod indiſtincte eſt remittendus ad ſuũ iudicem eccleſiaſticũ Michael de Graſſ.in ſuis comm.opin.lib.1.c.18.q.6.vbi plures alios allegat & allegat & teſtatur de comm.opi. Camill. de Curte in diuerſor.ſeu cõprehenſ.iuris feud.p.2.c.2.n.128. Arnon.commen.26.vbi alios congerit Petr. Augu. Morla in tit. ſupra citato,n.154.vbi dicit quod contraria opinio cõiter dãnatur et alios citat Anna ſing.135.vbi Fabius in add.antiquis, & recẽtioribus qui ambo alios allegant Rolan.a Valle conſ.12.n.34.& 48.lib.2.vbi aſſerit hanc eſſe comm.opin.& alios ẽt adducit Boſſ. in tract. crim. in tit. de falſis nu.110. Kircou.in comm.opin.in lit.C.concl.39.n.13.qui de magis cõ.opin.teſtatur Clar. in §.fin.q.38.n.14. vbi dicit qđ hæc opinio ſeruatur in practica Caualc. pract.de teſtib.p.3.n.63.qui aſſerit hanc eſſe magis cõem opin. & p.5.nu.220.* vbi dicit quod ẽt iſto caſu ſi iudex laicus clericum non remittit incidit in excõicationem, *Carocc. in repet. c. cum quid in 1.p.in 2.ampl.nu.17. de reg.iur. vbi prout alij teſtatur de comm.opin. Soc.in c.1.nu.46.de foro cõpet. Tiraq. in tract.de retract.conuen.§.4.gloſ.7.n.10. Marant.in pract.p.6.actu 12.n.3.car.mihi 443.vbi de magis comm.habetur. Vant.in tract. de nullit.in tit.de nullit.ex defectu iuriſd.n.50. Maſull. in add.ad Capic.dec.5.nu.9.& dec.142.nu.8. Surd. conſ.396.nu.27.vbi pluries teſtatur de comm.opin. Scacc.in tract.de iud.p.1.c.14. qui teſtatur de com. opin.* & dicit quod iſto caſu iudex laicus non poterit punire clericum corporaliter, nec pecunialiter, nec principaliter, nec incidenter, *Farinac.in tract.crim.q.8. nu.26.* qui vltra quod
1149 aſſerit quod hæc eſt verior opinio dicit, quod indiſtincte, nec ex officio, nec ad inſtantiã partis, nec corporaliter, nec realiter poterit clericus puniri in caſu iſtius limitationis, Decian. *in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.22.verſ.& ideo dicit Curt.iun. in l.1.nu.23.ff.de iud.vbi ẽt Cagnol.nu.31.& Petr.Calefatus,n.76. Conarr.in lib.pract.q.c.18.n.8. Ant.de Padilla in l.tranſigere,n.112.C.de tranſact. Viu.in comm.opin.to.1.n.103. Henric Bobit in c.at ſi clerici,n.7.de iud. Nepita ſuper cõſuet. Cataniæ veræ ſtudiorum matris in hoc Regno Siciliæ tit.57.n.7. Campan.ſuper cap. Regni Neapolis,c.94 nu.9 & in pragmat. poſt c.35.n.22.car. mihi 239. Fab.de Anna conſ.107.n.5.lib.2. Foller.ſuper conſtitut.Regni in tit.de epiſc.& cler.c.de perſonis clericorum,nu.3.car.mihi 40.* vbi dicit quod ẽt iſto caſu, nec per viã ordinariæ, nec extraordinariæ cognitionis iudex ſæcularis in clericũ aliquã poteſtatem habet *Seraſi.in tract.de priuil.iuram. priuil.132. nu.32. qui aſſerit hanc eſſe magis cõem opin. Frecc. in tract. de præſentat.inſtrum.p.3.q.1.n.14.late Intrigl.ſing.82.n.1.* vbi dicit quod modo aliquo non poterit puniri a iudice laico & allegat multos Doctores, & dicit hanc eſſe cõmuniorem, & veriorem opinionẽ, *Carolus Tap. in repet.l.fi.in 1.p.c.5.nu.12.ff.de conſtit. Facch.*

con-

controuerſ.27.verſ. tertia verior; qui etiam dicit quod hæc eſt verior & communior ſententia.

1150 Conatur tñ aliqui has opiniones cõtrarias a tot Doctoribus ſequutas conciliare fœdere diſtinctionis, aut ſcilicet proceditur ex officio, & tunc poterit puniri a iudice ſæculari, aut vero proceditur ad petitionẽ partis accuſantis clericum de tali crimine corã eodẽ iudice laico, & tunc ab eodẽ puniri non poterit, *ita vi cõcludere Aufr. ĩ tract. de pote. iud. laici ſuper perſo. eccl. reg. 1. n. 6. in 16. to. tra. diuerſ. car. mihi 287. Fede. de Sen. conſ. 93. n. 6. Decia. d. c. 9. n. 82. vbi concordantes allegat Alex. de Neuo in c. verum nu. 18. de foro compet. qui etiam alios congerit.*

Item alio modo ipſemet Aufret. loco citato conatur eaſdem opiniones conciliare, vt ſcilicet prima opinio ꝓcedat qñ iudex laicus vellet clericũ ciuiliter, & pœna pecuniaria puniri. Secunda qñ vellet eum punire pœna corporis afflictiua, *quã conciliationẽ fuit ẽt ſequutus Iaſ. in l. 1. §. 1. col. 3. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 82. Alfonſ. Aluarez in Spec. iuris pontif. c. 36. in prin. car. mihi 107. Alex. de Neuo eodẽ nu. 18. Maccabr. conſ. 44. n. 65.* qui dicit quod iſto caſu iudex laicus poterit punire clericum extraordinariè, ita tñ quod exequutio pœnæ in perſonam clerici reſeruet epiſcopo, ſed in bonis ipsã exequutionẽ poterit facere laicus, ſed harũ diſtinctionum, & opinionũ conciliatio nulla eſt vera neque ſubſiſtere poteſt, quia Doctores quos pro ſecunda opinione adduxi loquuntur indiſtinctè, & præcipue Foller. ibi dum dicit quod nec corporaliter neque pecunialiter nec ẽt indirectè poterit iudex laicus iſto caſu clericum punire quod clarius & apertius dixit Farin. *d. nu. 26.* ideo concludendo dico quod in iſto articulo indiſtinctè eſt amplectẽda dicta ſecunda opinio quæ vltra quod eſt magis cõis, & magis vera eſt etiam magis tuta fauore animæ.

1151 Primo limitatur prædicta concluſio, quod iudex ſæcularis non poteſt punire clericũ coram ſe delinquentem, vt quia corã eo falſum peribuit teſtimoniũ, vbi iudex laicus cognoſceret de falſo coram eo commiſſo a clerico ad effectum, vt irritetur, & annulletur eius depoſitio, quia tunc hoc facere poterit, *Innoc. Card. Abb. & Fel. nu. 5. verſ. declara ſecundum in c. verũ de foro compet. Io. Aloiſ. de Leo in l. presbyteri, nu. 18. & 19. C. de epiſcop. & cleric. Domin. Intrigl. ſingul. 82. num. 2.*

1152 In cæteris autem non clericis opinio eſt veriſſima, & indubitata quod iudex coram quo committitur falſitas poterit punire delinquẽtem qui coram ſe depoſuit etiam ſi alias eſſet incompetens ratione cauſæ, vel perſonæ quia propter periurium efficitur de eius foro, & iuriſdictione, quæ opininio in tantum eſt communis vt nullus ab ea audeat diſcedere, *ſecundum Ortenſ. Canalc. in pract. de teſt. p. 5. n. 217. & p. 3. n. 60. qui ad hoc allegat Bald. & alios ſcribentes in d. l. nullum C. de teſtib. & in l. ſi lis, C. ad leg. Cornel. de falſ. eumdem Bald. in l. hoc iure §. aqua C. de aqu. quotid. & eſt in. Abb. in c. 1. col. fi. de crim. falſi Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iuriſd. nu. 48. 49. & 50. & vltra eos idem dixit Ioa. Aloiſ. de Leo in l. presbyteri, n. 15. C. de epiſcop. & cler.* ideo laicus ita falſum deponens coram iudice eccleſiaſtico poterit indiſtinctè puniri

1153 ab ipſomet iudice eccleſiaſtico, & a temporali, & eſt locus præuentionis, *Bald. in d. l. nullum, C. de teſt. Affl. dec. 219. Clar. in §. fi. q. 38. nu. 7. & 14. verſ. quæro nunc Guido Papa, conſ. 45. nu. 4. Capell. Tholoſ. dec. 379. Couarr. in lib. pract. q. c. 18. n. 8. Campa. ſuper c. Regni Neapol. c. 94. nu. 10. Vinc. de Franc. dec. 149. Fab. de Anna conſ. 107. n. 7. lib. 2. Maſull. in add. ad Capic. dec. 5. nu. 9. & dec. 142. n. 12. Io. Aloiſ. de Leo in l. presbyteri, nu. 16. & 17. C. de epiſc. & cler. qui omnes alios allegant.*

1154 Sic etiam iudex cauſarum ciuilium poterit criminaliter punire illum qui corã eo falſum depoſuit, *Ortenſ. Caualc. in tract. de teſt. p. 3. n. 65. verſ. & ſicuti iudex ciuilis. vbi allegat Menoch. in tract. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 149. Bertazzol. conſ. 232. Riminald. iun. conſ. 106. n. 8. Natta conſ. 407. n. 14. lib. 3. & vltra prædictos idem dixerunt Cyrill. in ſumma crim. rubr. 2. §. 7. n. 1.* vbi dicit, ꝙ etiam iudex pedaneus iſto caſu poterit cognoſcere de cauſa criminali, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iuriſdictio. n. 48. & 49. car. mihi 84. Roland. a Valle conſ. 12. n. 1. & 2. lib. 2.

1155 E è contra iudex maleficiorum poterit incidenter pronũciare ſuper cauſa ciuili ſcilicet ſuper reſtitutione rei, *l. ſolemnius, §. latrunculator de iud. l. quod diximus de author. tutor. Cyn. & Bald. in l. ſi quis ex conſenſu, C. de epiſcop. audient. l. interdum §. qui furem, ff. de furt. vbi Bartol. hoc not. pro ſingular. idem Barto. in l. de furto, §. fi. ff. de publ. iud. & in l. 2. §. 1. col. 2. ff. de vi bonor. rapt. Addentes ad Fel. in c. verum n. 5. in lit. A. de foro compet. Menoch. in tract. de arbit. iud. q. 82. & in tract. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 549. Elbert. Leonin. Vltramont. conſ. 26. & nu. 13. Magon. dec. Lucenſ. 100. nu. 41. Ortenſ. Caualc. in loco proxime citato, vbi alios allegat Clar. in §. fin. q. 2. n. 2. Sebaſt. Medices dec. 53. n. 3. Caroec. dec. 54. num. 1. Vant. in d. tit. de nullit. ex defectu iuriſdict. num. 47.*

1156 Quæ tamen concluſio ꝓcedit quando reus criminaliter condemnatur, qa tunc ẽt per iudicẽ criminalem poterit condẽnari ad reſtitutionem rerum dãnum paſſo ſecus vero ſi pro cauſa criminali abſolueretur, quia tunc non poterit cognoſce ciuiliter de illa cauſa, *Bertaz. conſ. 232. Rom. conſ. 106. nu. 8. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. Creſcen. dec. 167. lib. 1. Baiard. in addit.*

ad

1157 ad Clarũ in §.fi.q.2.n.9. vbi dicit, quod si iudex criminalis absolueret reũ a pœna furti, & illũ condẽnaret ad restitutionem rerũ furto ablatarũ sententia esset nulla, Natt.cons.407.n.14. li.2. Et ratio est, quia incidenter, & non principaliter debet cognoscere de causa ciuili, l. interdum vbi hoc not. Bart.ff.de furt.not.Bald.in l.2. C.vbi caus.fiscal.Barbat.cons. 1. lib. 2. Magon.in Rota Lucens.dec.100.nu. 41. at si absolueret a causa criminali, & condemnaret in causa ciuili non cognosceret incidẽter, sed ęque prin-
1158 cipaliter de ciuili, sed si non absolueret neque condemnaret in causa criminali, & sic super causa criminali sententiã non proferret bene posset condẽnare ad restitutionem rei, Simon de Drusio cons.49.n.2.in 2.to.cons.crim.diuers.Menoc.in tract.de retinend.posses.remed.3.n. 549.Baiad.eod.n.9. Et licet Magon. in Rota Luccẽs.dec. 90.n.7. dixerit quod iudex causarum criminalium tunc demum cognoscere, & condemnare potest ad restitutionem rei subtractæ quando de delicto constaret per cõfessionem inquisiti alias si per contumaciã vel per testes de crimi-
1159 ne constaret non posset condemnare ad interesse partis ex quo tũc excederet terminos suæ iurisdictionis nihilominus hoc non est verum quia sufficit vt ex probationibus appareat ꝙ reus sit condemnãdus, ita videtur sentire Baiar. & alij per eum citati in d.c.2. n. 9.

1160 Item (vt reuertar ad propositam materiã) hoc idem procedit in iudice delegato, qui licet sit iudex delegatus ad certam causam nihilominus poterit punire testes coram eo falsum deponentes Spec.in tit.de testib.§.1.vers.itẽ quod est correptus, Bald.in c. præterea de offic. deleg. Fulg.in l.1.§.qui mandatam in fi.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd. Addent.ad Fely.in c. verũ n.5.
1161 in lit.A.de foro compet. vbi in fine concludunt ꝙ isto casu delegatus non poterit eũ punire pœna ordinaria, & allegat alios DD. Ortens. Caualc. in pract.de testib.p.3. n. 60. Ioseph Gonsalis in lib. variar.iur.q c.22.n.9. Borell.cons.78.n. 9. & 10. quod tamen intelligas procedere in delegato a principe secus si esset delegatus ab inferiori, Io.Andr.in add.ad Specul.in tit.de testib. §.1.n.44 Couarr.in lib pract.quæst.c.18.n.8.Clar. in §. fi. q. 38.n.12.Dom. Cosmus Nepita super cõsuet. Clarissime Ciuitatis Cathan.tit. 57.consuet. vnica, nu.6.

1162 Et idem dicendum est de iudice compromissario quia is nullam habet iurisdictionem, ideo nõ poterit testes coram eo deponẽtes de falso punire, Angel.in repet.l.si vacantia, C. de bon.vacant.lib. 10. Lanfrãc.in tract.de arbit.q.37. Fel.in c.fi. n.20.de senten.& re iud.& in c.suspicionis, n.3.de offi.delegat.Io.de Anan.in c.qualiter, & quando §.fin.de accusat.& in c.1.de rapt.& in c.1. de crimine falsi Sal.in l.si qris decurio C.de fals.Pet. de Ancher.cons.173.col.1.Marsil.in l.1.§. præterea, n.35.ff.ad l.Cornel. de Sicar. Io. de Arnon. dialogo 37. quos omnes refert, & sequitur Camil. Borell.in repet.pragmat.Odia litium §.3.glos.2.nu.7.
1163 & gloss.1.n.58.de compromiss. Et si testis deponeret falsum corã iudice a quo, poterit de eadẽ falsitate puniri etiã per iudicẽ ad quẽ Bal.in c.1.col.4. vers.extra quæro in tit.si inter dom.& vassal.oritur Bertacch.in reper.in verb. appellãs, n.29.

1164 Et est aduertendũ pro complimento præsẽtis limitationis quod si clericus exemptus deponeret falsum coram iudice ecclesiastico ordinario, quia licet alias sit exemptus nihilominus poterit ab eo puniri coram quo deponit, Campa.super c.Regni Neapol.c.135.n.22. allegat Fel.in c.verum de foro compet.Ias.in l. 1. §.fin.col. pen.& vlt.ff.de offic.eius Affl.dec.230. quod procedit etiã in clerico vnius diœcesis, qui si depo-
1165 neret falsũ coram iudice ecclesiastico alterius diœcesis ab eo poterit puniri ex quo tunc sortitur forũ ratione loci delicti, Io.Andr.& Ant. de Butr.in c.verum de foro compet. Marãt. in pract. p.6.actu 12.n.4. Roland.a Valle cons.12.n.49.lib. 2.Tesau.dec.266.num.3.

1166 Limitatur 63. prædictus primus effectus ꝙ iudex sæcularis non potest cognoscere de causis clericorum vt non procedat vbi clericus in minoribus constitutus ammisisset priuilegiũ clericale, vt quia non adimpleuerit requisita per sacrum Concil. Trid. sess.23. c.6. de refor. vt quia scilicet non vacauerit in seruitio alicuius ecclesiæ de mandato epi, vel non deambulauerit in habitu, & tonsura, Dec.in c. cum nõ ab homine nu.110. vbi etiam Abb.& Fel.de iud. Iac. de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.c.18.n.150.Camil.de Curte in comprehens.seu diuers.iuris feud. p.2.c.2. n.91.Io.Guttier.in tract.de contract.iuratis, c.17. n.13.Io.Bapt.Baiard. in add.ad Clar.in §.fi.q.36. n.27.Menoch.cons.912.n.34.& 35.lib.10. vbi dicit quod tunc non requiritur aliqua monitio, Ortens.Caualc. in tract. de Brachio regio, p.1.n.89. late Carau.super ritu M.C.V.ritu 135.n.21.Foller. super const.Regni in tit.de epis.& cle.c.item seruat, n.2.car.mihi 83.Farin.q.8.n.5. in fi. & num. 66. Th.Zerol.in praxi episc.in uerb.clericus, §.2.Intrigl.sing.138.n.3. lib.1. Nauarr.cons.25. nu.2.in tit.de priuileg.in 2.to.car.mihi 434.& quia Cõcil. Trid.d.c.6.(dum loquitur de clericis in minoribus non habentibus aliquod beneficiũ) dicitaut, clericalem habitũ, & tonsuram deferet alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruit, colligo, & noto primo qđ ad hoc vt clericus in minoribus constitutus gaudeat beneficio, & priuilegio fori tria copulatiue requirũtur scilicet quod deferat habitũ quod deferat tonsu-
1167 ram, & quod inseruiat alicui ecclesiæ de mandato episcopi quorum trium vltimũ tantũ est introductũ de nouo ex dispositione dicti Sacri Concil. Trid. quia reliqua duo prima iam re-

re-

requirebantur ex dispositione iuris canonici, ita Bertach. in suo reper. in verb. clericus incidens vbi dicit quod si clericus incidit cũ habi
1168 tu sine tonsura vel cum tonsura sine habitu nõ gaudebit priuilegio fori, *alle. c. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. & ibidem Io. Andr. in nouella, Bald. in l. si qua per calumniã, C. de episc. & cler. & magis in terminis Cassan. super consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 58. cart. mihi 197.*

Et ratio cur prędicta tria requiruntur vt cõcurrant ad hoc vt clericus in minoribus possit vti priuilegio fori, nec sufficiant duo tantũ est quia est regulare quod vbi lex vel statutum
1169 vel quęuis alia dispositio requirit duas qualitates copulatiue in aliquo actu non sufficit ꝙ ad sit vnum vel duo ex requisitis vt ipsa dispositio sortiatur effectum, sed requiritur vt omnia requisita interueniant, *l. si hæredi plures ff. de condit. insert. & in l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. obligat. Bero. cons. 40. n. 35. lib. 1. Hondod. cõsil. 3. n. 8. lib. 2. Mandell. cons. 539. n. 1. lib. 3. Tiraq. in tract. de vtroq. retract. §. 8. gl. 7. n. 1. vbi prope in finitos allegat Surd. cons. 45. n. 15. & cons. 120. n. 1. lib. 1. Gozadin. cons. 68. n. 5. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 6. n. 321. Horat. Carpan. super statut. Mediol. c. 278. n. 207. Peregr. Iannin. in tract. de citat. reali lib. 2. c. 11. n. 146. Roland. Cauagn. super decret. Montif. decret. 73. §. 5. n. 1. & per tot.*

1170 Quęro primo iuxta prędicta quid si clericus in minoribus seruiuerit alteri ecclesię quã illi in qua mandauit episcopus an ita seruiendo cõsequatur priuilegium fori, & dico quod non, quia sacrum Trident. Concil. mandat, & dicit alicui ecclesię de mandato episcopi inseruierit, & sic vult, vt inseruiat alicui ecclesię particulariter ab episcopo designandę, quia istud mandatum requiritur de essentia, & de forma ideo forma non seruata dispositio non potest verificari, *vt dixi late in simili in meo tractat. de except. ad materiam statuti, &c. except. 32. n. 159. & except. 33. n. 6. & except. 39. n. 1. vbi multos concordantes allegaui.*

1171 Quęro secundo quid si clericus propter aliquam infirmitatẽ non deferret tonsuram an tunc excusetur, ita vt propterea non ammittat priuilegium fori, & dico quod excusatur, *Cappel. Tholos. dec. 104. Farin. in tract. crim. q. 8. n. 67. Thom. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. clerici, n. 12. Clar. in §. fi. q. 36. n. 14.* vbi dicit hoc nota pro clericis quibus morbo gallico implicitis aliquando solent capilli cadere, & dixi latius
1172 supra in prćludio n. 281. & eodem modo in simili dicimus quod si clericus propter infirmitatem non potest interesse diuinis officijs non propterea ammittit distributiones quotidianas, *Doct. comm. in c. vnico, §. qui vero de cler. non resident. in 6. Couarr. in lib. 3. vari. resol. c. 23. n. 8. vers. 6. hoc ipsum, Duen. reg. 206. limit. 7. Ioed. in tract. de incomp. benefic. p. 1. c. 17. n. 15. Io. de Silua in tract. de benefi. p. 4. q. 6. nu. 9. Paulus Fuscus in tract. de visitat. lib. 1. c. 20. n. 26. Didacus Spino in Specul. testam. gl. 9. princ. nu. 30. Abb. in c. ad audientiam n. 5. de cler. non resident. Nauar. in comment. de horis canon. c. 11. n. 10. Decia. cons. 69. n. 8. lib. 2. Thom. Actius in d. tract. de infirmit. p. 1. c. 50. n. 25. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 15. n. 10. Alex. Moneta in tract. de distribut. quotid. lib. 2. c. 6. n. 7.* vbi hanc conclusionẽ varijs modis ampliat, & sic isti sunt duo ex illis casibus in quibus infirmitas prodest sed a tali prodesse libera nos domine, & istis casibus clerico proderit impedimentum prouenicns ex infirmitate etiam si infirmitas prouenirer ex eius culpa, *vt per Couarr. d. c. 13. n. 8. vers. septimo, & dixi etiam supra in prælud.*

1173 Quęro tertio quid si clericus ante vel post delictum dimiserit habitum vel tonsuram, sed in tempore delicti erat cũ eis an isto casu gaudeat priuilegio fori, & dico quod sic, *c. 1. & ibi gl. in verb. quandiu de vit. & honest. cler. Io. Andr. in c. Ioannes in 4. q. de cler. coniug.* vbi dicit quod ita alias fuit decisum in Ciuitate Patauij, *Couarr. in lib. pract. quæst. c. 31. n. 7. vers. quinto potissimum Alex. cons. 8. n. 4. lib. 1. & cons. 149. nu. 7. lib. 6. Marsil. sing. 480. cũ alijs quos allegat Farina. in tract. crim. q. 8. n. 66.* vbi testat de cõm. opi. & ratio est, quia isto casu attẽditur tempus delicti, & non prosequutionis, vt dixi supra in ampliationibus.

1174 Quęro quarto quid si clericus casu, vel vt aliquid inconueniens euitaret dimisisset habitum, & tonsuram vt puta si causa timoris, vel necessitatis hoc fecisset an istis, & similibus casibus propter deiectionem habitus ammittat priuilegiũ fori, & dico ꝙ non, *est text. & glos. in c. clerici, de vit. & honest. cler. clemen. fin. vbi etiam glos. in verb. rationabilis, & ibi Imol. in p. colum. eod. tit. glos. in c. 2. in verb. temere ne cler. vel monach. in 6. glos. in c. nullus 21. q. 4. Zenzel. in d. clem. fi. de vit. & honest. cler. Io. Lupus in tract. de libert. eccl. q. 5. n. 1. in 13. tom. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 6. Port. cons. 84. nu. 10. Hieron. de Laurent. in Rot. Auenion dec. 125. n. 9. Io. Iacob. Masull. in add. ad Capic. decis. 161. in vlt. verb. Decian. in tract. crim.*
1175 *p. 1. lib. 4. c. 9.* vbi hanc sublimitationem exemplificat quando clericus esset ita pauper vt nõ posset propter paupertatem alias vestes inuenire nisi laicales sibi donatas vel si ex humilitate vel ex corporis necessitate hoc faceret, vel qa de nocte vel tẽpore hiemali portaret pileũ & non birrettum clericale, vel penulam, seu tabarrum (quod in Regno isto vulgariter dicit palandrano, seu capo dipulpo) propter frigus, vel pluuiam, & sic vt consuleret saluti, & incõmoditatem vitaret *Imol. in d. clement. fin. in 2.*
1176 *col. vers. quid si clericus de vit. & honest. a cler.* & ratio

tio prædictorum est quia ex causa necessitatis
licitum est clericis habitum mutare, & trans-
formare *c. episcopi 23. q. 4. c. clerici de vit. & ho-
nest. cler. Turrecrem. in c. omnis, n. 1. 21. q. 4.*
1177 Quæro quinto an hoc seruitiũ debeat oĩno
consistere in spiritualibus an vero sufficiat vt
inseruiat ecclesię in tpalibus, & dico quod om-
nino dẽt inseruire in spiritualibus, & seruiẽdo
in tporalibus non cõsequeretur aliquod priui
legium *Couarr. in lib. 2. variar. resolut. c. 1. n. 9. Ma
full. in add. ad Capic. d. dec. 161. n. 10.* & ideo si esset
notarius, vel aduocatus, & seruire ecclesiæ cir-
ca respicientia suũ exercitiũ non diceretur ec-
clesiæ inseruire, ita vt ex tali seruitio posset cõ-
sequi priuilegiũ fori, & seruitiũ dẽt præstari de
1178 præsenti hoc est eo tpe quo fori priuilegio frui
vult quia dictum c. 6. loquitur per verba tem-
poris præsentis, *ibi inseruit, & ibi versetur*, ita
Menoch. d. cons. 912. n. 27. lib. 10. & ratio, est
quia qualitas iuncta verbo regulatur secundũ
1179 tempus verbi, *l. in delictis §. si detracta vbi Bart.
ff. de noxal. actio. Paris. qui similia adducit cons. 62.
n. 37. lib. 4. Dec. in c. inter cæteras, nu. 5. de rescrip.
Rimin. iun. cons. 617. n. 24. & cons. 672. nu. 28. &
cons. 701. n. 26. & cons. 735. n. 19. lib. 1. Pet. Due-
nas reg. 259. vers. sed licet hæc opinio Alba cõs. 60.
n. 12. & cons. 117. n. 3. lib. 1. Bologn. cons. 40. n. 12.
Surd. cons. 23. n. 10. lib. 1. Capra cons. 87. nn. 13. Ro-
land. a Valle cons. 100. n. 27. lib. 2.* & bene dicitur
1180 ecclesiæ seruire de presenti si per mensem an-
te delictũ ecclesiæ seruiuit, *per ea quæ dixit Paul.
de Castr. n. 9. & Sal. nu. 4. in l. siue possidetis, C. de
probat. Addit. ad gl. in d. l. siue possidetis, Mascard.
in tract. de probat. conclus. 1195. n. 1. & per tot.* qui
concludunt quod satis probatur possidere de
1181 præsenti si per mensem ante probationẽ posse-
derit, & hoc iure vtimur in Regno in verifica-
tione extremorum pro exactione cẽsuum iux-
ta formam bullæ in quibus sufficit quod pro-
batio fuerit facta infra mensem antequam sit
1182 causata exequutio quod ille contra quem agi-
tur possidet, licet pragmatica requirat proba-
tionẽ possessionis de præsenti, *ex Paul. de Cast.
in l. siue possidetis, n. 9. C. de probat. relato per D. de
Mastril. in add. ad Petr. de Greg. sup bull. q. 6. n. 100.*
Nec sufficit vt semel vel bis seruitio vacaue-
rit, sed requiritur frequẽtia in seruitio, quia di-
ctum verbum inseruit significat actum perse-
uerantium *Gram. dec. 87. n. 5. Menoc. d. cons. 912.
n. 30. & 31. lib. 10. & in tract. de præsumpt. lib. 6.
præsumpt. 76. n. 38.* & vtrobique dicit quod si-
cut magna ratione statuit ipsum Concil. Trid.
clericum primæ tonsuræ frui priuilegio fori si
modo obtinet beneficiũ per quod significatur
1183 perseuerantia, & continuatio quædam in ipso
clericatu sic pariter est dicendum Concilium
requirere eãdem continuationẽ, & perseuerã-
tiam in seruitii præstatione, ac etiam in dela-
tione habitus, & tonsuræ, *& n. 32. in consil. & n.*
1184 *39. in præsumpt. supra allegatis* adducit optimam
rõnem scilicet, quia priuilegium causæ officij
concessum durat quousq; perdurat officiũ ip-
sum, *l. qui sub prætextu C. de sacros. eccl. gl. Abb. &
cæteri scribentes in c. latores de cler. excõm. ministr.
& præcipue Pet. de Ancher. n. 6. Ant. de Butr. in c.
inter solitudines, col. 1. in 3. not. de purgat. canon.
Bald. in c. 1. n. 3. vers. & casus continget an mutus
vel aliter imperfectus Natta cons. 576. n. 9. Tiraq.
in tract. cessante causa. in prin. in l. B. n. 49. vbi more*
1185 *suo concordantes affert Pancirol. cõs. 2. n. 6.* Sic etiã
& immunitas concessa ratione alicuius causæ
cessat cessante causa *Bart. in l. generaliter C. de epi
sco. & cler. Io. Andr. in c. decet, col. 1. vers. alij qui ex
supra dictis de reg. iur. in 6. Pancirol. eod. cons. 2. nu.
7. Tiraq. loco proxime citato n. 117.*
1186 Quæro an sexto an clericus dicatur esse in
habitu clericali, vel laicali quando portat ve-
stem superiorẽ clericalẽ, & inferiorem seu in-
teriorem iurgatam vel aliter laicalẽ, in isto ca-
su est distinguendũ aut illa vestis interiori in-
cedendo apparet, & tunc non diceretur in ha-
bitu clericali aut illa vestis laicalis non appa-
ret, & cooperitur per verem superiorem, & tũc
diceretur incedere in habitu clericali. *Philipp.
Franc. in c. 1. in princ. de cler. coniug. Scacc. in tract.
de iud. p. 1. c. 11. nu. 96.*
1187 Quæro septimo circa id quod sacrum Con-
ciliũ disponit de habentibus beneficiũ an di-
cens se habere beneficium sufficiat qđ probet
tantũ titulum beneficij an vero sit necessariũ
probare ipsius possessionem, & dico quod so-
lus titulus non sufficit nisi ẽt probetur posses-
sio, *Farin. q. 8. n. 45. vbi asserit fuisse iudicatũ in
Romana Curia Clar. in §. fi. q. 36. n. 18. vbi Io. Batt.
Baiar. in add. num. 14.*
1188 Quæro octauo quid si aliquis obtinuit be-
neficium tpe quo non erat ordinatus si postea
ordinaretur an possit vti priuilegio fori tan-
quam ordinatus, & dico quod sic, & habetur
acsi a principio fuisset ordinatus, *Vrsil. in ad-
not. ad Affl. dec. 24. n. 19.* & ratio est quia titulus
1189 superueniẽs validat possessionẽ prius acqsitã
*Ant. de Butr. in c. at si clerici, §. 1. de iud. Do. de S.
Gemin. in c. fi. dist. 56. Abb. in c. ex parte col. 6. de
restit. spoliat. Bart. in l. cogi, n. 6. C. de petit. hæred.
& ibi etiam Bald. n. 7. Anto. de Butr. cons. 64. nu. 2.
vers. nam si ex antiqua Gabr. cons. 45. nu. 21. lib. 1.
Petr. de Ancher. cons. 229. n. 2. in fine, Crauett. cõs.
171. n. 1. Paris. cons. 23. n. 215. lib. 1.*
1190 Et magis in terminis si collatio beneficij
fiat in personam inhabilem ob quod esset nul-
la si tamen superuenit dispensatio per quã per-
sona fit habilis conualidatur collatio, *Fel. in c.
cum dilectus, n. 4. de accusat. Burgas. in tract. de ir-
reg. p. 2. in tit. de different. & commu. &c. n. 9. cas.
mihi* 40. vbi dicit quod dispẽsatio superueniẽs
re-

reualidat actum retro nullũ, & benefacit ẽt id quod in simili dixit Bal. *in l. fi. col. 6. vers. & p̃dicta faciunt ad quæst. C. unde legitimi.* vbi voluit
1191 quod testamentũ militis Hierosolimitani qđ a principio fuit nullum conualidat̃ si superuenit licentia testãdi, *Bal. sequuntur Adden. ad Guid. Pap. dec.* 110. *Tob. Non. cons.* 59. *n.* 11. ꝓ quo benefacit id quod dr̃ quando executio est cau
1192 sata ad instantiam nõ veri creditoris, vel si est actum ad instãtiam illius, qui a principio nõ habebat actionẽ si in medio tempore, & in ꝓgressu litis superueniat actio validatur ꝓcessus, *l. si in rem §. fi. ff. de pignor. act. l. si mandauero sibi, vt actio ff. mandat. l. non potest de iud. Alex. cõs. l.* 1. *n.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 127. *n.* 4. *lib.* 5. *& cons.* 114. *n.* 5. *& cõs.* 44. *n.* 3. *lib.* 7. *Rim. cõs.* 39. *n.* 38. *& cõs.* 388. *n.* 26. *Sim. de Pet. cons.* 54. *n.* 25. *Paris. cons.* 125. *n.* 11. *lib.* 1. *Neguf. in tract. de pignor. membr.* 1. *p.* 8. *n.* 37. *Lud. Molin. in tract. de primog. lib.* 3.
1193 *c.* 14. *n.* 4. *Hier. de Mõte q.* 23. *n.* 23. *&* 24. Imo ius superueniens validat iudiciũ quod a principio fuit nullum, *Borell. super pragm. Odialitium, §.* 2. *gl.* 1. *n.* 295. *Belluga in Spec. princ. rub.* 20. *nu.* 28. *Alba cons.* 265. *n.* 10. *&* 13. *lib.* 1. *Harman Harman in lib.* 2. *pract. forens. tit.* 5. *obseru.* 1. *per tot. Fider. Scotus respons.* 5. *lib.* 3. *to.* 2. *Anna cons.* 39. *nu.* 66. *Surd. dec.* 6. *n.* 1. *Borgin. dec.* 5. *n.* 6. *Morot. cons.* 92. *per tot. Rimin. iun. cons.* 829. *n.* 2. *Lud. concl.* 8. *in* 1. *limitatione*, ex quibus oĩbus cõcludo quod clericus, q̃ obtinuit bñficiũ tẽpore quo erat laicus potit̃ priuilegio fori si postea sit ordinat⁹.
1194 Quæro 9. quid si is, qui obtinuit beneficiũ erat talis, qui beneficium nõ poterat obtinere, vt quia erat illegitimus, vel irregularis si tñ de facto reperit̃ in possessione beneficii gaudebit priuilegio fori, *Vin. de Frãc. dec.* 189. *n.* 2. *li.* 3
1195 Quæro 10. an habens beneficiũ ecclesiasticum teneatur incedere in habitu, & tõsura ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, & dico quod cum tex. in d. Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. loquatur alternatiue ibi, *nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum & tonsuram, &c.* sufficit vt vna qualitas sola verificetur ad hoc dispositio habeat sũu effectũ, & sic sufficit, vt solum habeat beneficiũ absq; delatione habitus, *l. si hæredi plures, ff. de cond. & in-*
1196 *stit. Oddo cons.* 92. *n.* 3. *&* 17. & verificata prima condõne cessat secunda, *l. hæc verba ille, aut ille vbi hoc not. scribentes, ff. de verb. signifi. & not. in l. Quintus, ff. de aur. & arg. legat. c. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. *§. impossibilis instit. de hær. instituen. Decia. cons.* 42. *n.* 10. *lib.* 1. *Capra cons.* 11. *nu.* 16. *Soc. sen. cons.* 52. *n.* 6. *lib.* 1. *Soc. iun. cons.* 23. *n.* 5. *li.* 3. *Bero. cons.* 101. *n.* 5. *lib.* 1. *Benincas. in §. omnium n.* 330. *Insti. de act. Menoc. cons.* 880. *n.* 3. *lib.* 9. q̃ oẽs dicunt quod si fuisset legatum aliquid Titio si ipse Titius Romam petierit, aut vxorem
1197 duxerit, & concludunt quod sufficit, vt vna ipsarum condõnum verificetur, sic dico in casu nostro quod sufficit, vt vna conditio verificet̃ scilicet sufficit quod habeat beneficium, vel quod habitum, & tonsurã deferat, & ad hoc bene conferunt d. per *Vrsill. in adnot. ad Affl. dec.* 24. *n.* 19. *& in terminis terminantibus ita tenuit Camil. de Curte in diuers. seu compreh. iuris feud. p.* 2. *c.* 2. *n.* 91. vbi dicit hoc multoties de facto obtinuisse, & q̃ Sixtus V. Pontifex Max. super hoc edidit motũ propriũ, & disposuit, vt clerici beneficiati non incidẽtes in habitu clericali possint puniri per iudices sæculares, & tandem quod talis motus proprius fuit annullatus per Clementem VIII.

Quæro 11. an clericus in minoribus, qui
1198 hẽt pensionẽ super aliquo beneficio gaudeat priuilegio fori tanquã beneficiatus, & circa hoc respõdeo quod *licet Tho. Zerola in praxi epi. in uerb. clericus, §.* 2. *ver. ex hac doctrina*, videatur determinare quod si quis habẽs pensionẽ vltra primã tonsuram est insignitus aliquibus ordinibus vt puta hostiarius, vel accolit⁹ gaudet priuilegio fori vti beneficiatus, & dicit q̃ huius opinionis fuerunt multi Doctores, & quod audiuit ita fuisse decisũ in M.C.V. Regni Neap. ꝓ qua sua opinione adducit quinque argumẽta Primũ, q̃a pẽsio est pars substãtialis beneficij, & sic dẽt reputari, vt beneficiũ Secundũ q̃ idẽ est dicendũ de parte quoad partẽ quod dicit̃ de toto quoad totũ, & per consequẽs cum pensio sit pars beneficij dẽt determinari prout de beneficio Tertiũ, quia pensioni cõpetit diffinitio beneficij, ex quo dicit̃ beneficiũ quasi benefaciens Quartum, q̃a pensionarij tenent̃ recitare officium B. Mariæ Quintum quia sumus in materia fauorabili, quib. ego addo tria alia scilicet, Sextum,
1199 quia pensio qñq; venit appellatione bñficij, licet nõ habeat̃ in titulũ, *gl. in clem.* 2. *in uer. quicunq; de vit. & hon. cler. Fel. in c. postulasti, col.* 10 *vers.* 4. *declaratio de rescr. Masc. concl.* 887. *n.* 17. *late Gãbar. in tra. de pot. legat. li.* 6. *n.* 312. *cũ plur. seq.*
1200 vbi adducit diuersa argumẽta ad ꝓbandũ qđ pẽsio venit appellatione bñficii, & Septimũ, q̃a pẽsio succedit loco bñficii, *Gigãs in tra. de pẽsio. q.* 56. *p tot. Paris. in trac. de resign. benef. l.* 2. *q.*
1201 15. *& n.* 3. *&* 4. & subrogatus sapit naturã eius in cuius locũ subrogat̃, *§. fuerat instit. de actio. Mars. sing.* 255. *Tiraq. ĩ ll. cõnubial. gl.* 5. *n.* 190. *seq.*
1202 Hinc sicuti de bñficio in ĩpetratione faciẽda est mẽtio alias ĩpetratio esset subreptitia, ita & de pẽsione, *Soc. sen. cõs.* 260. *col.* 1. *lib.* 2. *Bernard. in c. sup literis, n.* 72. *de rescr. Meno. ĩ tra. de arb. iud. cas.* 201. *Gãba. ĩ tra. de offi. & pot. legati, li.* 6. *n.* 322

Hinc est etiam quod sicut habens benefi-
1203 cium potest ordinari ad titulum beneficii, ita pariter habens pẽsionem ordinari poterit ad titulum pensionis; Sic etiam dispositio cap.

mandatum de rescript. loquens de beneficijs
habet locum in pensione, *vt dixerunt ibi Imol.*
& Barbat. num. 5. Sarnens. in reg. de infirmis re-
sign. quæst. 16. in princ.
1204 Et eodẽ modo sicut in impetratione bene-
ficii dẽt exprimi verus valor ipsius alias impe
tratio esset nulla, vt ex multis cõcludit *Masc. in*
tract. de prob. cõcl. 887. n. 1. & seq. quibus addo Io. a
Fina in suis cõcl. in uerb. beneficiũ car. mihi 335. Ri
pa in c. ad aures, n. 23. de rescr. Rebuff. ĩ repet. c. po
1205 *stulastis ĩ gl. n. 150. de rescr.* Sic ẽt & ille dẽt ex-
primi in impetratione pensionis, *Caccialup. in*
tract. de pensio. q. 26. Masc. d. concl. 887. Gambar.
in tract. de offic. legat. lib. 6. num. 350. cum multis
similibus, quæ possent adduci.

Attamen prędictis parũ obstantibus cõtra-
riũ determinauit sacra Cõgregatio ad inter-
pretationẽ Concil. Tridẽt. die 19. Iunij 1586
vt referat Flam. Paris. in suo tract. de resign. lib. 1.
q. 10. n. 70. q dicit quod si is talis non incedit
in habitu & tonsura nõ potitur priuilegio fori,
& rõ huius determinationis est, quia pen-
sio est quid mere tẽporale, *cap. præterea vbi gl.*
& Doctores de trãsac. Marches. in tract. de cõmiss.
1206 *p. 1. c. 14. n. 26.* ideo pensio non dicitur neqȝ est
beneficiũ ecclesiasticum, *Abb. in c. ad audientiã*
de rescr. & ibi ẽt Fel. Io. de Selua in tract. de benefic.
p. 1. q. 3. n. 11. Gigans in tract. de pensio. q. 31. n. 4.
Alfons. Hæd. in tract. de incompat. benefic. p. 1. in
pfat. n. 3. & p. 2. c. 7. n. 4. Mandos. cons. 55. nu. 18.
1207 vbi dicit ꝙ ex proprietate vocabuli pensio nõ
venit appellatione beneficii, *Sarnen. in tract. de*
gratijs expectat. in uerb. gratia, n. 92. Io. Nicol. Del-
fin. in tract. de iure patron. lib. 1. n. 60. & 74. qui tra
ctatus est impressus post tract. de iure patron. Casa
ris Lambert. Stafil. in tract. de liter. gratiæ in verb.
forma 9. n. 12. D. Paris. d. q. 10. n. 69. & lib. 2. q. 15
1208 *n. 11.* vbi ẽt dicit, quod nec sapit titulũ benefi-
cialẽ, Gamba. in c. licet n. 87. de permut. bene-
fic. in 6. & ad confirmationẽ huius cõclusio-
nis põt adduci multa media, quæ congerit ip-
semet D. Paris. d. q. 15. per tot. quæ ex quo mul
tum faciunt pro decisione huius qõnis, hic
breuissime referã, quorũ Primum est quod li-
1209 cet beneficiũ possit resignari ad fauorem cer-
tæ personæ particularis, vt ipse de hoc scribit
exactissime quasi per totum illum tractatũ ni
hilominus secus est in pensione, quæ non po-
test resignari in fauorem alicuius, *ita dicit in*
d. q. 15. nu. 7. & seq.
1210 Secundũ quod is cui madatur ꝓuideri de be-
neficio nõ põt prouideri de pẽsione, ibi. n. 12.
1211 Tertiũ quod regula de infirmis resignanti-
bus, non comprehendit transferentes pensio-
nes in articulo mortis, ibid. n. 13. & 14.
1212 Quartũ quod habens pensionẽ super bene
ficio requirente residentiã non tenetur reside
re ꝓut ipse, qui habet beneficium, ibid. n. 16.
1213 Quintũ quod pensio non facit incõpatibi-
litatem cum alio beneficio, ibid. num. 17.
1214 Sextum quod pensionarius non obligatur
recitare officium magnum prout beneficiati,
ibidem num. 18.

Septimũ quod simplici laico põt assignari
pensio, *ibidẽ n. 20. de quo tamẽ dicã infra effect. 15*
1215 *n. 7.* qbus ego addo quod ꝓhibitus habere be
neficiũ non ꝓhibetur habere pensionẽ, *Gigans*
in tract. de pensio. q. 3. & q. 5. Gãbar. in tract. de of-
fic. & potest. legat. lib. 6. n. 371. cũ plurib. seq. Mar
ches. in tract. de commiss. lib. 1. c. 14. n. 21
1216 Non obstãt modo in cõtrariũ adducta per
Zerolã, quia singulis facillimẽ rñderi põt, &
Primo non obstat quod pensio est pars substã
tialis beneficij, quia per hoc nõ fit, ut ꝓpterea
dicatur beneficiũ, quia ipsa assignatur in certa
quãtitate nõ aũt ĩ quota, *vt dicit Gigans in trac.*
de pensio. q. 1. n. 3. ideo illa quãtitas non põt di-
ci pars beneficii prout diceretur quota, & habẽs
1217 aliquod ius, vel censum, aut actionẽ super re
ꝓut sunt dñi directi non ꝓpterea dicuntur ha-
bere rẽ, *Bar. in l. Gallus, §. uidendũ, ff. de liber. & po*
sth. vbi Alex. n. 4. Bart. cons. 132. statuto ciuitatis
Eugubij, n. 1. lib. 1. Alex. cons. 75. n. 4. lib. 6. Dec.
in l. quod actiones n. 4. ff. de reg. iur. vbi Cagnol. n. 9
& in l. minus, ff. eod. Tiraq. de re tracta. conuent. §.
1. glos. vnic. num. 49.

Ad secundum rñdeo quod est verissimum
1218 quod idem ius est de parte quoad partẽ quod
te toto quoad totum, sed istud ꝓcedit qñ pars
consideratur, vt pars totius non aũt qñ conside
1219 ratur per se sola, pono exemplũ extat statutũ
quod soluatur gabella ꝓ vendõne cuiusuis do
mus non est dubium quod vendẽs domum te
netur soluere gabellã, & idẽ est si quis venderet
vnam partem domus, quia tunc cõsideratur,
vt pars domus, at si venderet census cõstitutus
super eadem domo nõ debebitur gabella, quia
licet census sic deducatur ex ipsa domo, & dicatur
quodãmodo pars substantialis ipsius domus,
nihilominus pro eius vendõne non debetur ga-
bella, quia tunc consideratur vt quid astractum
& separatũ ab ipsa domo. Ad tertium rñdeo
quod licet etimologia, seu diffinitio bñficij cõ
1220 ueniat ẽt pensioni non propterea erit reputã-
dũ, vt beneficiũ, quia & illa ẽt conuenit dona
tioni, & legato, quia & ipsa etiã benefaciunt,
& prosunt legatario & donatario, & nihilomi
nus legatũ, & donatio non dicuntur beneficiũ.
1221 Ad quartũ rñdetur quod potius facit ꝓ opi-
nione cõtraria ꝙ pro opinione Zerolæ, nã ha-
bẽs realiter beneficiũ non satisfacit recitãdo
officiũ B. Mariæ Virginis ꝓut satisfacit pẽsio
narius, et sic ex hoc deducitur differẽtia inter bñ-
ficiũ, et pẽsionẽ. Ad quintũ respõdeo ꝙ nõ est
1222 verũ quod sumus in materia fauorabili, nãq;
sumus in materia indifferẽti, & potius odiosa

quam

quã fauorabilis ex quo si esset vera ipsa opinio Zerolæ sequeretur, vt nõ esset opus incedere in habitu, & tonsura, nec seruire ecclesiæ, & sic consequeretur priuilegiũ fori absq; onere deferendi habitũ, recitandi officium magnũ, & inseruiendi ecclesiæ, quod est oino contra intentionẽ sacri Concil. Trid. & esset impropriare eius verba. Ad sextũ respondetur qđ non est
1223 simpliciter verũ qđ pensio venit appellatione beneficij, sed hoc ꝓcedit in casibus in quibus reperirietur in iure expressum, quia regulariter non venit appellatione beneficij, *vt voluerunt Bursat. conf. 351. n. 27. Do. Flam. d. lib. 2. q. 15. nu. 23. & 24. & dixi ẽt supra.* Ad septimum etiã respondetur quod non est indistincte verũ quod subrogatũ sapit naturã illius in cuius locũ subrogatur illud nãq; non procedit quotiescunq; in subrogato non reperiunt eędẽ qualitates, & conditiones quæ erant in principali, *Bart. in l. 1. § fi. C. de præposi. agnoscen. in rebus, lib. 12. Bal. in l. parobolani, C. de episc. & cler. Aret. in l. nemo col. 2. in fin. ff. de duob. reis, cum similibus adductis, & allegatis per Dom. Paris. d. q. 15. nu. 22.*

1224 Quæro duodecimo quid si clericus hẽt beneficium sine redditibus an is consequaẗ priuilegium fori. & dico quod licet regulariter beneficiũ non debeat esse sine redditibus, *ad tradita per Ferrett. conf. 312. n. 1. lib. 2.* attamen si ali quod ita sine redditibus repereret iuuaret beneficiato ad hoc, vt ꝓpter illud possit frui priuilegio fori, qa sufficit, vt adsit titulus beneficii, *ad qđ bene faciunt dicta per D. Paris. in tract. de resign. lib. 2. q. 8. n. 2* vbi dicit qđ huiusmodi beneficia possunt resignari in fauorẽ alterius, & videmus experientia qđ isti episcopi titulares oĩa gerunt prout cęteri episcopi, & nihilominus nõ habent redditus ex suis episcopatibus.

1225 Quæro 13. an clericus habens hospitale dicatur habere beneficium, & per cõsequens sit cõprehensus in *d. c. 6.* loquẽte de clericis beneficiatis, in isto casu est distinguẽdum, aut hospitale fuit cõcessum clerico in administrationem, *iuxta forma clemen. quia cõtingit, §. vt aũt de relig. domib.* & dico quod tunc eos non cõpræhendit, qa non est beneficiũ, vt dicunt Doctores *in d. clemen.* aut est sibi concessum in titulũ, & tunc de eo iudicaẗ sicut de beneficio, *Cardin. conf. 117. Mandos. reg. Cancell. 16. q. 51. nu. 3. & 4.*

1226 Quæro 14. quid de eo q habet beneficiũ in comendã, & non in titulũ an dicaẗ beneficiatus, ita & taliter quod ex tali comẽda gaudeat priuilegio fori tanquã beneficiatus, & dico qđ sic, qa comendatarius dr̃ habere titulũ, & esse prælatus, qa comenda est titulus, quę canones approbant, *c. qui plures 21. q. 1. clemen. si ex super, de præbendis, Gambar. in tract. de offic. & potest. legat. lib. 4. nu. 16. & 17. & pro hoc faciunt ẽt dicta per Io. Gallicum conf. 2. n. 100. vers. item quoad clericum inter conf. feud. diuers.* vbi dicit quod cleri-
1227 cus ammittit feudum tanquã beneficiatus ẽt si habet beneficium in comendã, quia ẽt comendatarius dr̃ beneficiatus, ideo dico ego quod sicut illo casu propter comendã excludiẗ a feudo, ita isto casu debet admitti ad consequutionem priuilegij ecclesiastici, vt dum in vno grauatur in alio releuetur, & ad hãc quæstionem bene conferunt, *d. per D. Flam. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 2. q. 17. per totam.*

1228 Quæro 15. an clericus dicatur beneficiatus, qui habet beneficiũ in spe, vt quia habet actionẽ ad beneficium, vel habet expectatiuã, licet non in esse, & non in rẽ, vt qa non habet eius possessionẽ, & dico qđ non, *Cardin. in clem. 1. §. 1. de vit. & hone. cler. Bertach. in suo reper. in verb. clericus dicitur,* ideo habens expectatiuam non posset vti priuilegio fori tanquã beneficiatus.

1229 Quæro 16. quid si habebat beneficium, & postea illud resignauit an propter tale beneficium, & postea illud resignauit an propter tale beneficiũ quod semel habuit gaudeat semper priuilegio fori, & dico quod non, quia resignãs per resignationem ammittit omne ius, & possessionem, & alia quæ habebat in beneficio, *Paris. conf. 143. n. 19. vol. 4. Crauett. cõs. 341. num. 3. Gigans conf. 20. nu. 9. Paris. in tract. de re-*
1230 *sign. benefic. lib. 1. q. 16. n. 3.* & nullum ius sibi remanet amplius in beneficio resignato, *Innoc. & comm. Doctores in c. quod in dubijs de renunciat. Dom. Flamm. Paris. in tract. de resignat. lib. 1. q. 9. n. 4. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. beneficia §. 4. vers. septimum dubium,* ideo non potest amplius se letari tali beneficio sicut e cõtra propter beneficium resignatum non grauatur resignans amplius dicere officium ad quod prius tenebatur, *Nauar. in tract. de horis canon. c. 7. n. 19*
1231 *& 30. & in repet. c. accepta opposit. 5. n. 21. de resti. spol. Zerola loco sup. cit. Paris. d. q. 9. nu. 1. & 2.* vbi adducit rationẽ vltra qꝫ cum sacrũ Cõcil. Trid. loquatur per verba præsentis temporis *habeat beneficiũ,* & sic requiritur vt illud habeat tempore quo vult frui priuilegio fori, quia qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, vt dixi supra.

1232 Quæro 17. quid si clericus in minoribus cõstitutus dimisit habitũ, & tonsurã, & postea illũ, & illã reassumpsit an reassumat ẽt priuilegiũ fori, & dico quod sic, *glo. in clem. 1. in verb. quandiu de vit. & honest. cler. glo. fin. in c. fi. eo. tit. vbi etiam Abb. nu. 8. Siluester in sũma in verb. excõicatio, il 6. n. 4. vers. si autem talis Thom. Zerol. in praxi episop. in verb. clericus, §. 13. supra reg. 97. nu. 104. & seq.* vbi etiam ponit quid si fuisset monitus, vt habitum reassumat, & quid si fuisset sententiatũ super tali desertione habitus.

Quæro 18. iuxta prædicta quid si tempore
1233 delicti habitum non deferebat, nec ecclesiæ

seruiebat an si postea habitum reassumpsit, & ecclesiæ seruire incepit recuperet priuilegium clericale, & respondeo quod licet Farin. *in tra. crim. q.* 8. *n.66. vers. item quid si tpe*, longa serie hanc quæstionem examinet faciēdo diuersas distinctiones, nihilominus prædicta omnia ꝓcedunt attēta dispositione iuris canonici antiqui, at de iure nouissimo sacri Concil. Trid. puto quod non sufficit reassumptio habitus facta post delictum commissum per illā regulā quam pluries supra adduximus scilicet, qđ qualitas adiuncta verbo debet verificari secūdum tempus verbi, & quia dēt attēdi tempus delicti, & non punitionis ad hoc vt possit habere locum dispositio dicti c. 6. vt dixi etiam supra in præsenti limitatione q. 3.

Limitatur 64. prædictus primus effectus
1234 quod clerici non supponuntur magistratibus laicorum, vt non procedat in clericis, qui per annum ioculatoriam artem exercuerunt, vel buffonem, & istrionem se fecit, vel minori tēpore postquam fuerint ter moniti, vt ab ea desistant, & non destiterint, quia talem artem exercendo ipso iure ammittunt priuilegium clericale, *c. vnico vbi Io. Monac. de vit. & honest. cler. in 6. c. clericum sæcularē 46. dist. l. 2. ff. de ijs, qui not. infamia Abb. in c. perpendimus, n. 7. de sent. excom. Aluarez in Spec. iuris pontifi. c. 36. in prin. cart. mihi* 107. *& c.* 23. *cart. mihi* 63. *Mart. de iurisd. c.* 32. *n.* 58. *p.* 2. *Paul. Balzeran. in c.* 1. *§. si clericus, n.* 15. *de pace ten. in vsib. feud. Iac. de Graff. in dec. aur. p.* 1. *li.* 4. *c.* 18. *n.* 151. *Soc. reg.* 80. *lim.* 9 *Panin. in tract. de visitat. p.* 1. *q.* 7. *n.* 46. *in* 14. *to. tract. diuers. car.* 185. *Lambert. in tract. de iure patronat. art.* 26. *q.* 9. *p.* 2. *n.* 3. *Mandos. in tract. de annal. casibus, n.* 97. *Bellug. in Spec. prin. rub.* 11. *§. videndum, n.* 18. *vbi Borell. in add. in lit. H, Cuccus in instit. canon. lib.* 2. *tit.* 2. *vers. curare igitur Aufrer. in tract. de potest. iudicis laici super person. eccl. reg.* 1. *limitatione* 6. *n.* 14. *in* 16. *to. tract. diuer. car. mihi* 287. *Capra reg.* 94. *nu.* 2. *Rosella in summa in verb. clericus, il* 2. *n.* 2. *Henric Bobic in c. ex litteris, n.* 11. *de vit. & honest. cler. Bertach. in reper. in ver. clerici mimi, vel histriones Cassa. super consuet. Burgun. rub.* 1. *§.* 5. *n.* 55. *car. mihi* 195. *Soc. in c. perpendimus, n.* 36. *de sent. excom. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B, car. mihi* 397. *post const. Regni, Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. nu.* 140. *Nauar. cons.* 25. *n.* 1. *in tit. de priuileg. in* 2. *to. cart. mihi* 434. *Cened. in collect. iuris canon. p.* 1. *collecta.* 37. *nu.* 20. *vbi more suo multos allegat Io. Ant. de Nigr. in repet. clemen. Clementis VII. in verb. solēni, n.* 1. *de vit. & honest. cler. Mars. in tract. de bannit. in verb. iudice, n.* 217. *Diaz in pract. c.* 62. *n.* 1. *&* 2. *Alber. in tract. de statut. q.* 42. *n.* 5. *lib.* 3. *Decia. in tract. crim. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 86. Et rō est, qa
1235 huiusmodi histriones ioculatores, & buffones sunt infames, *c.* 1. 4. *q.* 1. *l.* 2. *§. ait prætor ff. de ijs, qui not. infa. Borell. in d. add. ad Bellug. in lit. H.*

Iste numerus fuit sublatus 1236

1237 Ampliatur primo, vt istud tps anni sufficit vt sit continuum nō autē requiritur, vt sit vtile Rosell. eod. n. 2. Et ratio est, quia oē tēpus
1238 quod præfigitur à lege, vel statuto est continuū, *Ias. in l. cōtra maiores, n.* 6. *C. de inoffi. testam. Pau. de Cast. ī l.* 2. *C. de dilat. Caual. dec.* 17. *n.* 4. *li.* 1

1239 Limitatur 65. quando quis efficitur cleric⁹ post inceptam causam corā iudice sæculari, ex quo tunc clericatus superuenientia non impe
1240 dit quin causa prius incoata prosequatur coram eodem iudice, *l. cum quædā puella, ff. de iurisd. om iud. l. si quis postea vbi Bal. ff. de iud. Bar. in l.* 1. *ff. de pœnis idem Bal. in l. officiales, C. de episc. & cle. Brun. in tract. quod stant. mascul. fem. nō succed. art.* 6. *n.* 49. *Alban. in lucubrat. ad Bar. in d. l. si quis postea, n.* 1. *ff. de iud. Pau. de Cast. in l. fi. n.* 3. *ff. si ex noxal. caus. agatur Abb. in c.* 1. *nu.* 4. *vers. facit ad qōnem de oblig. ad ratioc. Fel. in c. fi. de constit. & in c. proposuisti de foro compet. Io. de Deo in doctrina aduocatorum lib.* 3. *c.* 20. *n.* 5. *Asinius in pract. exequut. §.* ... 12. *n.* 47. *Surd. dec.* 110. *n.* 3. *vbi multos alios allegat Marcel. Cala in tract. de modo artic. & proban. §.* 1. *gl.* 1. *n.* 63. *Alber. in l. milites, ff. de re milit. Marches. in tract. de commis. p.* 2. *c.* 4. *secundi capituli prin. n.* 91. *car. mihi* 363. *ultra alios quos allegaui sup. ampl.* 43

1241 Sublimitatur modo ista limitatio qñ instātia esset perempta ēt si per principem postea insufflaretur spiritus vitæ ipsi instātiæ ꝓut facere pōt, *secundū Rol. à Valle cons.* 4. *per tot lib.* 3. *Tho. Actius in tract. de infirm. p.* 2. *in verb. insufflatio spiritus*, tūc enim clericus debet remitti ad suum iudicē si iterum conuenit super eadem lite, quia instantia perempta perit citatio, & litis contestatio, & quādo reuiuiscit est noua instantia, *Anna sing.* 129. *vbi dicit quod hæc est vera opinio allegat d. per Bar. in l. cum lite mortua, ff. iud. solui & per Dec. in cap. quia Giu. num.* 11. *de iud. Cagnol. in l.* 2. *nu.* 149. *C. de pact. inter emptor. & vend. Masull. in add. ad Capyc. dec.* 109. *n.* 7. *& dec.* 115. *n.* 12. *in fi.* & ad confirmationem præsentis sublimitationis faciunt ea, quæ late scripsi supra d. ampl. 43.

1242 Sublimitat̄ 2. qñ iudiciū esset ex aliquo capite nullū, vt dixi sup. ampl. 43. & in simili di-
1243 cimus de præuētione, q̄ ad hoc vt trāsferat iurisdōnē in iudicē præueniētē dēt esse legitima
1244 valida, & pfecta, *Bero. cōs.* 3. *li.* 3. ꝓ inualidā citationē inducit̄ *Io. And. in c. cū plures de offi. deleg. in* 6. *& in c. proposuisti, & ibi etiam Abb. ī* 5. *notab. & Soc. in* 4. *not. & iterum col.* 7. *vers. quinto quæro de foro compet. Rom. cons.* 412. *n.* 4.

1245 Sublimitat̄ 3. qñ liti fuisset cessum, qā per cessionem litis iudicium iam fuit solutum, *c. ij de lit. contest. in* 6. *Cassador. dec.* 1. *nu.* 2. *in titu. de sentent. & re iud. Moedan. dec.* 2. *alidi* 142. *vt*

lit.

lit.penden. Menoch.in tract.de arbit. casu 202. n. 14. Bursat.cōs.362.nn.10.& seq.lib. 3. Lancellot. in tract.de attent.in præfa.p.2.c.4.num.281. Rim. cons.203.num.2.lib. 2.

1246 Sublimitatur 4. quando lis fuisset iam terminata vt quia fuit sententiatum, in causa, nā si postea oriatur alia controuersia pendens ex eadem causa debet conueniri coram iudice ecclesiastico quia vna semel quod fuit in causa iudicatum lis dicitur finita, *Rot. Rom. dec. 10. n.3. vt lit.pendēt.in nouis Probus in add.ad Io. Monach.in eadem rub.in 6. Afflic.dec.342. Paris. cōs. 30.n.36.vol.4. Bertrand.cons.54.nu.18.lib. 3.& cons.177.n.26.lib.1.Curt.iun.cons.174.nu.5. Crauett.cons.182.n.4.Menoch.d.casu 202.num.15.&*

1247 *16.Lancellot.d.c.4.n.655.* quod tamē limitatur quando ab ipsa sententia fuisset appellatum quia per appellationem omnia redducuntur ad pristinum, & habetur ac si non fuisset sententiatum, & tanquam si essemus in prima instantia, *glos.in l.1.ff.de re iud.l.ita demū vbi Bart. n.1.C.de procurat.Dec.in l.edita,n.54.C.de edendo Velascus dec.91.nu.3.& per tot.* qui dicit quod appellatio redducit litem ad statum in quo erat in prima instantia, *Cornazar.dec.51.nu.2.*

1248 vbi dicit quod per appellationem fingitur nō iudicatum, & omnia redducuntur ad statum in quo erāt post litem contestatam, Surd. dec. 147.n.3. qui dicit quod causa appellationis dicitur eadem cum causa primæ instantiæ.

Sublimitatur 5. quando a principio lis fuisset incepta coram iudice incompetente, tàm ratione rei, quàm causæ vel personæ, vt quia pro causa ciuili fuisset litigatū corā iudice criminali *ad late tradita per Affl.dec.85.per totam.*

1249 Sublimitatur 6. quando lis fuisset mota per eum qui in ea nullum ius habebat in rem vt per falsum procuratorem, quia talis actio intentata non inducit litis pendentiā nec facit rem litigiosam, *Osasc.dec.Pedemon.144.n.8. Lācellot.in tract.de attent.p.1.c.3.n.115.*

1250 Iuxta prædictam limitationem quæro de vtili, & quotidiana quæstione scilicet, quid si clericus se obligasset per publicum instrumētum guarentigiatum tempore quo erat laicus an si postea efficiatur clericus pro exequutione ipsius instrumenti possit conueniri coram iudice laico an vero sit conueniendus coram iudice ecclesiastico hanc quæstionem ponit *Fab.de Anna cons.140. n.2.per tot.lib. 2.* vbi de-

1251 terminat quod potest conueniri coram iudice laico *allegat Soc.in c.pen.n. 47. de foro compet. & Brixiens.in quæst.vener.q. 32. quibus addo Surdum, & alios per eum allegatos cons. 96. n.20.lib. 1* tamen in isto articulo puto quod contraria opinio sit de iure verior quam tenuerunt *Intrigl.cons.23.n.36. vbi allegat Oldrad. cons. 4. in in fin. Mars.in l.statu liber.n.4.ff. de quæst. Clar.in §.fin.q.36.vers.sæpe nu.Couarr.in lib.pract.quæst. c.32.n.4.in 2.& 3.conclus.& vltra prædictos multos alios allegat Claud.Tutius alleg.7.n.12.Imol.in l.nemo n.7.ff.de legat.1.Boer.dec.397.* & ita practicatur in isto regno, & hæc opinio seruatur etiam Neapoli, *vt tradit Praxis Archiepiscopalis Curiæ Neap.c.16.num.2. & seqq.*

1252 Retenta eadem secunda opinione eam limitabis in conductore gabellarum qui si post factam conductionem clericatum assumpserit vel si eo tempore esset clericus, & tanquam laicus conduxerit poterit vtroque casu conueniri coram iudice gabellarum, & sic laico, *Vasquez in tract.de de success.creat.§.10.n. 648.vers. quod autem eo casu.*

Iste numerus fuit sublatus. 1253.

1254 Quando autem causa, & lis dicatur pendere ponit late *Muscatell.in pract.ciuil.p.2. in glos. in verb.tribunali per tot.cart.mihi 48. Lancellot. in tract.de attent.c.4.n.1.& seq.p.2.Scacc.in tract.de iud.p.2.c.2.num.34.*

1255 Limitatur 66. prædictus primus effectus ꝙ clerici non possunt conueniri coram iudice laico vt nō procedat in clerico hæretico quādo in illo loco non adest officium inquisitionis, vel quando iudex ecclesiasticus nō potest illum compescere, quia ipse conueniri potest coram iudice sæculari, nec potest se lætari priuilegio clericali ob tale delictum *Paul. de Cast. in l.omnes qui §.præterea,nu. 2. C.de episc. & cler. Cassan.super consuet.Burgund.rubr.1.§.5. n.57.in add.cart.mihi 196.* vbi dicit quod ex quo committit in legem ecclesiæ propter hæresim non debet lege ecclesiastica iuuari, & quod ita fuit iudicatum per curiam Burgundiȩ cōtra quosdam luteranos, & huius conclusionis, & limitationis ratio est illa vulgata regula, frustra legis auxilium petit qui facit contra legem *l. auxilium de minor.c.quia frustra de vsur.*

1256 Limitatur 67. in clerico qui fortasse non esset baptizatus, quia cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum absque eo non potuit recipere caracter ordinis, c. venies & tot. tit.de presbyt. non baptizat c. 1. de sacra. & & faciunt dicta per *Decian. in tractat. crim.p.2. lib.6.c.34.num.28.*

1257 Primo quæro pro habenda totali intelligentia materiæ istius præsentis primi effectus quis sit iudex competens ad decidendum an quis sit clericus, & an debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum an hoc scilicet spectet ad iudicem laicum an vero ad ipsum iudicem ecclesiasticum, & dico quod hoc spectat omnino ad iudicem ecclesiasticū priuatiue quoad iudicem sæcularem ita vt iudex sæcularis nullo modo potest se intromittere ad talem decisionem ex quo tunc agitur de re spirituali, & ecclesiastica cuius cognitionis iudex sæcularis

ris

ris est omnino incapax *Rot. Ro. dec. 197. in antiq. Doct. in c. si iudex laicus de sentent. excom. in 6. Doctores in c. 1. de cler. coniug. in 6. Fulgos. cons. 8. col. 3. lib. 1. not. Cyn. & Bart. in l. si qua per calumniam, C. de epis. & cler. Alex. de Neuo cōs. 56. n. 6. Ang. de Castr. inter cons. eiusdem Alex. de Neno cons. 61. nu. 5. Soc. in c. peruenit n. 303. de sent. excom. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 6. præsump. 76. n. 30. cum plur. seq. Feruand. Vasques in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 69. vbi multos alios allegat. Rosell. in summa in verb. iudex il 2. n. 1. Lancellot. in tract. de attent. p. 2. c. 20. in præfat. 3. q. n. 80. cart. mihi 374. Maccabr. cons. 44. n. 4. & 56. Camill. de Curte in diuers. seu comprehen. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 116.* vbi dicit quod licet hæc opinio sit verissima de iure de consuetudine tamen nō seruatur in Regno Neapolitano in quo de isto articulo cognoscit iudex laicus, & num. seq. probat quod talis consuetudo est valida *Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. clericus, §. 3. vbi testatur de comm. opin. Farinac. in tract. crim. q. 8. n. 33. Anast. Germon in tract. de sacror. immu. lib. 3. c. 15. n. 56. 57. & sequent.* vbi dicit quod praxis Gallicana, quæ contrarium seruat est omnino improbanda, *Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 110. & c. 12. n. 5. eodem lib. Affl. super. constit. Regni p. 1. rubr. 3. nu. 19. Fulu. Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 2. c. 34. nu. 22. & 23. vbi alios citat. Mart. in tract. de iurisd. p. 2. c. 31. nu. 1. Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontific. c. 35. cart. mihi 98. in princ. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 33. n. 1. vbi alios etiam congerit, & testatur de comm. opin. Intrigl singul. 1. n. 1. lib. 3. Ioan. Franc. Pauinus in tract. de visitat. p. 1. q. 7. n. 67. in 14. tom. tract. diuers. cart. mihi 186. Vincent. de Franch. dec. 329. n. 5. lib. 2. Petr. Aug. Morla in empor. vtriusq. iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. n. 163. Natia cons. 495. n. 16. lib. 3. Cepoll. cons. 10. n. 12. in crim. & cons. 11. n. 2. etiam in crim. Hortens. Caualc. in tract. de brachio regio p. 1. n. 90. Roland. a Valle cons. 4. nu. 21. lib. 1. Alex. Raudens. cons. 17. n. 13. lib. 2. Io. Aloij. de Leo in l. qui sub prætextu, n. 22. C. de sacros. eccles. & in l. officiales, nu. 32. C. de episcop. & cler. Pet. Belluga in Spec. princ. rubr. 11. §. videamus, n. 4. car. mihi 60.* vbi dicit quod dum per iudicem ecclesiasticū cognoscitur talis articulus iudex sæcularis penes quem reperitur clericus captus debet quiescere, & ad nihilum vlterius procedere quia, interim nescit se esse iudicem *Clar. in §. fi. q. 36.*
1258 *vers. regulariter*, qui dicit quod, nihilominus contrarium de facto seruatur in statu Mediol. *Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 88. & 90.* vbi testatur de comm opin. & improbat prædictam obseruantiam dicti status Mediolanensis, *Menoch. cons. 912. n. 16. 17. lib. 10.*

Sed de iure Regni Neapol. totum oppositū est dispositum scilicet, quod iudex sæcularis, & non ecclesiasticus hunc articulum habeat determinare, *Io. de Arnon. different. 85. Vincent. de Franc. d. dec. 189. n. 1. lib. 1.* qui ambo dicūt quo hoc est dispositum per ritum M.C.V. quæ cognitio est summaria non super clericatu, & iudex sæcularis summariè se informet, & cogno
1259 scat ad finem remittendi si constat de clericatu, & qualitatibus requisitis ad hoc vt suo priuilegio gaudeat, *Arcbid. in c. frequenter 54. dist. Anton. de Butr. in c. tuam de ordin. cognit. Belluga in d. §. videamus, n. 5. vers. & hæc videtur*, vbi dicit ex Bald. quod hæc cognitio non fit in mo-
1260 dum probationis, sed instructionis cum vera probatio fiat coram iudice ecclesiastico, *vt dicam inferius, Decia. in pracit. c. 9. n. 111. Vincen. de Franc. d. dec. 198. n. 1. & dec. 329. nu. 9. Cepolla d. cons. 11. n. 3. in crim. Menoch. eod. cons. 912. n. 14. 15 lib. 3. Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negat. p. 2. c. 34. n. 8. & 81.* vbi dicit quod coram
1261 iudice laico potest produci instrumentum ordinationis ad hoc vt iudex sæcularis habeat scientiam clericatus, & per consequens sciat se esse excommunicatum si illum non remittit, & hoc fit absque partis citatione vel transmissione copiæ, *Bald. in d. l. si qua per calumniam, n. 4. vers. sed pone, C. de episcop. & cler. Franc. in c. si iudex, §. nunc sic, n. 4. vers. sed an poterit fieri de sentent. excomm. Aluarez in Specul. iuris pontific. c. 35 vers. & nota quod car. mihi 98. circa finem*, vbi dicit quod ex tali obstentatione iudex sæcularis constituitur in mora, & mala fide si non remittit suo superiori clericum captum Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. n. 156. & an talis cognitio de clericatu dici possit quod sit mixti fori *ponit Mart. de iurisd. d. c. 31. n. 20.* vbi etiam ponit quando præuenit iudex laicus, & clericus fuit captus, & incidebat in habitu laicali, & iudex laicus potest clericum retinere donec fuerit diffinitum per iudicē ecclesiasticū si debet remitti nec ne *ita Mart. d. loco n. 22.*

1262 Et est regulare quod vbi contingit quæstio inter iudicem ecclesiasticum, & sæcularem super iurisdictione iudex ecclesiasticus propter maiorem authoritatem, & præheminentiam semper cognoscere habet an iurisdictio sit sua necne, *Deci. in c. cæterum de iudit. Felin. & Deci. in c. pastoralis in fin. de rescript. Ias. in l. secunda colum. 5. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 35. nu. 1.* vbi dicit quod hæc opinio omnino seruat apud Hispanos, & admonet iudices ecclesiasticos vt hunc articulum non temere tractare, & expedire habeant, sed iuxta Romani Pontificis sanctiones, & zelo
1263 iustitiæ, & nō ampliandæ eius iurisdictionis, & liberandi homines scelestissimos (qui verè sūt pestis, & atra lues Reipublicæ) à iustissima iudicum sæcularium punitione, & (inquit vlterius) quod apud Gallos huius controuersiæ

co-

cognitio pertinet ad iudicem sęcularē à quo hæc lis tractatur, & expeditur non admissa, nec recepta constitutione Bonifacij Papæ Octaui *in c. si iudex laicus de sent. excom. in 6. allegat Guid. Pap. dec.* 138. in isto autem Regno practicatur opinio ipsius Couarru. & ita vidi in casibus contingentibus pluries decisum auditis tamen officialibus sæcularibus, & sicuti iudex ecclesiasticus est iudex ad cognoscendum an quis sit clericus, & an debeat gaudere priuilegio fori ecclesiastici ita pariter est iudex competens quando ex quæstio an quis deferret habitum, & tonsuram an non, & an habitus quem quis portabat, & portat sit clericalis, spectat etiam ad iudicem ecclesiasticum tanquam accessorium ad spiritualem, & non ad iudicem laicum, *ita tenet Dom. de Sancto Gemin. in c. vnico de cler. coniugat. in 6. Cardinal. in clement. 2. de vit. & honest. cler. Aufrer. in tracta. de potesta. iud. ecclesia. num. 19. in 13. tom. tract. diuersor. Mascard. in tract. de probat. concl. 689. num. 9. Ioan. Bapt. Baiard. in add. ad Clar. in §. fin. quæst. 36. num. 17. Farinac. quæst. 8. nu. 34.* vbi dicit quod opinio contraria est falsa, & aduersatur sacris canonibus, & omnino reijciēda, & hæc tanquam communis amplectenda, & multos alios allegat *Socy. seu. cons. 22. num. 3. lib. 1. Cæpoll. cons. 10. num. 6. & 7. in crim. Roland. a Valle cons. 4. num. 33. lib. 1. Alexand. Raudens. cons. 17. num. 14. lib. 2. Intrigl. d. singul. 1. nu. 3. lib. 3.* vbi dicit quod in isto Regno cognitio hæc spectat ad M. R. C. ex quadā consuetudine, quæ consuetudo secundum eum valida est, & ad hoc allegat varios Doctores, & præsertim Couarr. *in lib. pract. qq. c. 31. n. 5. vers. quamobrem*, sed cum ipse Intrigl. asserit quod hoc cognitio spectat ad Magnam Curiam ex quadam consuetudine, dico quod ipse errauit in terminis, nam est verum quod Magna Curia recognoscit pro sua informatione non autem quando est aliqua contentio inter Magnam Curiam, & Curiam Episcopalem, quia tunc de prædictis, & similibus cognoscit ipse iudex Archiepiscopalis, sed si esset solum dubium de tōsura ꝙ statim potest probari, & videri ad oculum deposito pileo, & iudex sæcu-
1264 laris denudato capite contrarium cognouerit poterit tunc denegare remissionem ad iudicem ecclesiasticum tanquam calumniose petitam, *l. 1. & quæ ibi not. Doct. ff. de offic. assessor. Domin. & Franc. in cap. 1. §. 1. colum. 2. de cler. coniugat. in 6. Mascard. in tractat. de probat. conclus. 689. num. 11. Menoch. cons. 922. num. 11. 12. & 13. lib. 10.* vbi loquitur de eo, qui fuit captus, & tempore capturæ fuit repertus sine vestigio tonsuræ quo fit vt inspectio tonsuræ debeat fieri tempore capturæ, *allegat Vincent. de Franc. dec. 189. nu. 11*

. Hæc opinio non est vera, nam potest esse, vt sit clericus peregrinus, qui in itinere non potuit coronam sibi fieri facere, *iuxta gl. in c. si quis ex clericis de vit. & honest. cler. Praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapol. cap. 39. nu. 4.* vel ex alio accidente capilli creuerint, & ideo satis est, vt incidat in habitu, quia pro non delatione tonsuræ poterit puniri a suo ordinario, nam satis est, vt pro maiori parte temporis vtatur habitu, & tonsura, nec vnica dimissio priuat illum beneficio fori, *Capell. Tholos. dec. 104. & alij quos probat Auctor praxis Archiepiscopalis Neap. c. 7. in 2. editione nu. 11. Quarant. in compendio Bull. in verb. habitus clericalis in fi.*

1265 Hinc est quod si vertitur quæstio an quis debeat gaudere immunitate ecclesiastica, vel non eandem quæstionem determinare habet iudex ecclesiasticus, & non sæcularis, *Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 6. n. 21. & 22. Hortens. Cavalc. in tract. de brachio regio, p. 1. n. 90. vbi testatur de comm. opin. allegat Borgni. Cavalc. in reper. in verb. iudex ecclesiasticus.*

1266 . At si quæstio verteretur de loco in quo qs fuit captus an scilicet, sit sacer, vel non, & an sit de membris in quibus consequitur immunitatem ecclesiasticam, vel non tunc secundū aliquos est locus præuentionis hoc est, vt pręueniens possit hunc articulum terminare, *Caualc. eodem n. 90.* quæ tamen opinio non est vera cum isto casu nullus sit locus pręuentionis, sed omnino iudex ecclesiasticus hoc cognoscere debet ita *Couar. in lib. pract. qq. c. 23. ver. primum istud Alex. cons. 149. n. 6. lib. 6. prout eos allegat Alex. Raudens. cons. 17. n. 11. lib. 2*

1267 Sic etiam si est quæstio an quis dimiserit habitū, vel voluerit in clericatu perseuerare hoc dubium remittitur arbitrio iudicis ecclesiastici, *Affl. in c. 1. n. 10. de milit. vassall. qui contumax est in vsib. feud. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 231. num. 14. Camill. Gallin. in tracta. de verb. signific. lib. 5. c. 20. num. 69.*

Et pari modo si vertitur quæstio inter cle-
1268 ricum, & gabellotum de re quam clericus secum portat, & clericus asserit talem rem portare causa proprij vsus, & gabellotus hoc negat, & est dubium an debeat præstare iuramentum tunc est adeundus iudex ecclesiasticus, qui hoc decidere habet, & non procurator Cæsaris licet alias ipse procurator Cæsaris sit iudex in concernentibus pedagia, & gabellas, quia is est laicus, *Bertac. in tract. de gabell. in 7. quæst. princ. colum. 5. vers. nec præterea Ferret. in eodem tract. de gabell. num. 433. Rolan. a Valle cons. 72. num. 25. lib. 4.*

Et eodem modo si esset quæstio an res q̄ in-
1269 troduxit clericus in ciuitatem ceciderit in cōmissum ob non solutum vectigal debet talis quæstio terminari per iudicem ecclesiasticū,

Foller. super constit. Regni in tit. de sacros. eccl. c. item statuimus, n. 9. circa medium car. mihi 34.

1270 Et prout supra etiam est dicendum si verteretur quæstio de inualiditate clericatus, vt qa is qui reperitur clericus erat talis, qui non poterat ordinari, namque cognitio an poterat ordinari, nec ne, & an ita ordinatus gaudeat priuilegio fori spectat ad eumdem iudicē ecclesiasticum, quia hoc est etiam quid spirituale, *c. tuam, de ordin. cognit. c. lator qui filij sint legitimi Ripa in c. decernimus in* 8. *dubio de iudit. Rol. a Valle cons.* 40. *num.* 20. *lib.* 1. *Vinc. de Franch. dec.* 189. *nu.* 3. *lib.* 1.

1271 Et sicuti iudex ecclesiasticus est iudex competens, qui declarare habet an clericus possit vti priuilegio fori ecclesiastici ita pari modo probatio quod quis sit clericus debet fieri in curia ecclesiastica, *glos. in cap. si iudex laicus, in fin. de sentent. excommun. in* 6. *Innocent. in cap. vt famæ, in princ. eodem titu. etiam in* 6. *Alexand. de Neuo cons.* 59. *nu.* 1. *Petr. Belluga in Specul. princip. rubr.* 11. *§. videamus, num.* 5. vbi dicit quod ideo debet fieri coram iudice ecclesiastico, quia est quid spirituale *ad quod allegat Bald. in l. quoties, C. de iud. & vltra eos idem dixerunt Ripa in c. decernimus, nu.* 4. *vers. sed coram quo de iud. Mascard. in tract. de probat. conclu.* 961. *vbi asserit hanc esse commun. opin. & conclus.* 689. *num.* 7. *Capell. Tholos. dec.* 117. *Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 56. *Couarr. in lib. pract. qq. cap.* 33. *num.* 2. vbi testatur de comm. opin. & dicit quod ita seruatur in tribunalibus Hispaniæ nullo contradicente, *Fulu. Patia. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib.* 2. *ca.* 34. *nu.* 21. *&* 80. *Alphons. Aluarez in Specul. iuris pontif. c.* 35. *vers. & talis vera cart. mihi* 98. *circa finem, Iacob. de Grass. in dec. aur. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 18 *num.* 153. qui asserit quod hæc est communis opinio, quod non obstante quòd hæc opinio sit communis contrariam nihilominus seruatur in Regno Neapolitano, *Menoch. cons.* 912 *num.* 7. *lib.* 10. *Cepoll. cons.* 10. *num.* 6. *&* 9. *in crimi. Ortens. Caualc. in tract. de bracchio regio par.* 1. *num.* 90. *vbi testatur etiam de commun. opin. Muta super consuetud. huius Vrbis Panormi, c.* 4. *num.* 7. *Clar. in §. fin. q.* 36. *num.* 18. vbi dicit quod hæc est communis opiuio, & quod ita seruatur in Hispania, & quod in Ducatu Mediolani aliter seruatur in quo clericus contra quem iudex secularis procedit criminaliter exhibet sua iura, & instrumenta clericatus Vulpell. consil. 30. num. *6*.

1272 Quæro secundo an in facienda tali probatione ad hoc vt clericus remittatur suo iudici fit necessaria aliqua partis citatio, & dico quod non, *ita Bald. in l. si qua per calumn. vers. sed pone, C. de episcop. & cler. Port. concl.* 43. *ampl.* 46. *car. mihi* 335. quod secus est in declaratione faciē-da per iudicem ecclesiasticum qñ vult pronūciare an clericus debeat admitti ad forum ec-

1273 clesiasticum an non quia tunc talis declaratio debet fieri citato, & audito ipso iudice sæculari, & eo cuius interest copulatiue, *Cepoll. cons.* 11. *num.* 2. *in crim. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. num.* 151. *&* 155. *Dom. de S. Gemin. in c. si iudex laicus, in fine, de cler. coniug. in* 6. *Farin. in tract. crim. quæst.* 8. *n.* 37. *Intrig. singu.* 1. *nu.* 2. *lib.* 3. *Alex. Rauden. cons.* 17. *n.* 13. *&* 20. *lib.* 2.

Et si iudex ecclesiasticus pronunciauerit illum de quo agitur esse clericum tunc iudex

1274 laicus tenetur illum remittere vna cum processu contra eum compilato, *d. c. si iudex laicus vbi hoc not. Doct. Cepoll. cons.* 10. *nu.* 13. *in crim.* & hoc tām si clericus est captus in habitu laicali,

1275 quando clericali, Cæpoll. consil. 11. num. 2. etiam in crimin.

At in tali remissione facienda iudex laicus

1276 pro sua cautela potest se protestare quod ipsum remittit saluo iure vendicandi, quia si aliter eum remitteret videtur iuri suo renunciare, nec posset amplius eū punire si clericatus non probaretur, & tota cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertineret, *Patian. in tract. cui incumb. onus proban. negatiu. lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 49. *vbi ad hoc allegat Aufrer. in add. ad Capell. Tholos. dec.* 117, *in fin. & Crauett. in tract. de antiqu. temp. p.* 3. *in §. seu sectione incip. videmus, nu.* 34. *versic. sed an sola possessio.*

1277 Quæro tertio an isto casu iudex laicus possit statuere tēpus ipsi clerico infra quod habeat clericatum probare coram iudice ecclesiastico, & respondeo quod non quia hoc non spectat ad suam iurisdictionem, & quia non potest imponere legem superiori, *Ias. in l.* 2. *n.* 12. *&* 15. *ff. de re iud. qui asserit quod hæc est cōm. opi. Mascard. in tract. de probat. concl.* 689. *n.* 1. *qui allegat Bart. in l. pro tribunali vbi etim Doctores, ff. de re iud. & in l. præses, C. de apdell.*

Iste numerus fuit sublatus 1278

1279 Quæro quarto, an iste articulus quod clericus remittatur ad iudicem ecclesiasticum terminetur per iudicem ordinarium ipsius clerici an vero per ordinarium illius loci vbi fuit captus an vero per ordinarium superiorem officialis capientis, & dicas quod est terminandus per ordinarium illius loci vbi clericus reperitur in posse iudicis laici, *Lapus in c. si iudex laicus num.* 1. *de sentent. excommun. in* 6.

1280 Quæro quinto an, pendente articulo an qs sit clericus, & an debeat remitti ad suum forum ecclesiasticū, persona clerici interim sit remittēda ipsi iudici ecclesiastico an vero sit custodienda penes quem reperitur, & aliqui dixerūt quod interim isto casu captus custoditur

ditur in carcerib' laici donec ista quæstio per iudicem ecclesiasticum fuerit terminata, *Caualcan. in tract. de brachio regio p.1.n.9. Farinac. in tract. crim. q.19.n.1. & latius, q.8.n.36. vbi prope infinitos allegat Scacc. in tract. de iud. p.1. c.11. nu. 88.* Alij vero dixerunt quod interim debet remitti ad iudicem ecclesiasticum *ita Anastas. Germo. & alij per eum citati in tractat. de sacror. immun. lib.3. cap.15. num.56.*

Sed re vera in isto articulo est omnino distinguendum, aut clericus fuit captus in habitu laicali, & indistincte procedit prima opinio, aut fuit captus in habitu clericali, & tunc interim est custodiendus apud iudicem ecclesiasticum, quia ex quo reperitur in possessione, vel quasi clericatus est manutenendus in statu in quo reperitur, *c. si iudex laicus de senten. excomm. in 6. vbi hoc not. Ancher. in 3. not. Petr. Bellug. in Specul. princ. in §. videamus de clericis, n.4. vers. occurrit igitur car. mihi 44. Couarr. in lib. pract. q. c.33. n.3. vers. fortassis,* vbi dicit idē esse si captus cōi opinione pro clerico reputaret, vel adesset fama publica, *Franch. dec. 189. n.6.*

1281 Quæro sexto, an quando iudex ecclesiasticus facit inhibitorias iudici sæculari ne se intromittat in ꝓsequutione incepta, & formata contra clericum, & ne illam prosequatur an tunc requiratur citatio ipsius iudicis sæcularis, & dico quod non, *Alex. conf. 149. n.4. lib.6. Lancell. in tract. de attent. p.2. c.20. q.5. nu.223.*

1282 Quæro septimo quo ordine, & solemnitate iudex sęcularis remittat clericum ad suum iudicem ecclesiasticum, & dico quod debet illū remittere cum magna modestia, & vrbanitate alias autem si illum remitteret cum ignominia, & verecundia, vtputa eum transmittendo sine pallio cum manibus ligatis, vel cū tubis, vel capite detecto, vel simili modo in opprobrium remissionis diceretur lædere iurisdictionem ecclesiastica, & per consequens incideret in canonem, si quis suadente *diabolo 17. q.4. c. nuper de sentent. excommun. Carau. super ritu M.C.V. ritu 235. num.6. Iacobus Sbrozz. in tracta. de Vicar. episcop. lib.1. c.132. nu.30. Fulu. Patian. in tracta. cui incumbat onus proban. negat. lib.2. c.34. nu.49. vers. tertium est, Ortens. Caualc. in practica, de testib. p.5. nu.220. Clar. in §. fin. q. 36. num.43.* vbi recenset aliquas prouincias in quibus remissiones prędictæ fiunt cum maxima irrisione populi, & quod in partibus suis absque aliquo dedecore ipsorum clericorum, Gemin. *in c. si iudex laicus, §. fin. nu.11. de sentent. excommun. Belluga in Specul. in princ. rubr.11. §. videamus, num.9.*

1283 Quæro octauo, ad cuius expensas debeat fieri remissio clerici petentis se remitti ad iudicem ecclesiasticum, & dico quod debet fieri ad expensas ipsius clerici petentis se remitti ad suum iudicem, ita vt ipse teneatur soluere satellites, qui ꝑ eius custodia mittuntur, *Bald. & Card. Alexand. in c.1. §. si iudex de pace tenend. in vsib. feud. Boerius decis. 303. num.9. Vrsill. in adnot. ad Afflict. decis. 265. nn.50. Menoch. in tract. de arbitr. casu. 228. nu.8. & seq. Foller. in pract. crim. canon. in verb. miscellan. quædam, nu. 50. car. mihi 330. & super constitu. Regni in tit. de episcop. & cleric. cap. item seruat nu.6. cart. mihi 83.* vbi dicit, quod si talem remissionem peteret iudex ecclesiasticus pro defensione priuilegiorum suæ iurisdictionis tunc debet fieri ad expensas ipsius iudicis, & non prosequuti, *Baiard. in addi. ad Clar. §. fin. q.36. num.27. Anna singul. 271. Masullus in add. ad Capicium decis. 9. & 13. Alexand. Raudens. cons. 17. num.23. lib.2. Couarru. in lib. pract. q. c.33. num.5. vbi dicit quod omnes mouentur ad ita dicendum argum. text. in l. quoniam liberis, C. de testib. & in l. cum sæpe, C. de erogat. milit. anno. lib.12. Fulu. Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negat. lib.2. cap.34. nu.48. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. remissio reorum versic. ad quintum,* vbi dicit, quod tunc debet fieri remissio ad expēsas clerici capti quādo clericus est habilis ad soluendum, si vero est inhabilis tunc fit ad expensas accusatoris, vel instigatoris alias episcopi, qui eum repetit: *& hoc idem dixerunt Couarr. Masullus, & Raudens. in locis proxime citatis.*

1284 Quæro nono, quando clericus dicatur clericaliter viuere, & respondeo quod tunc dicitur clericaliter viuere qnando exercet ea, quæ concernunt statum clericorum, *Rebuff. in trac. de literis obligatorijs art.20. gloss.1. nu.121. in 1. to. comment. constit. Franc. Foller. super constit. Regn in tit. de episcop. & cler. cap. item statuimus, nu.9 cart. mihi 68.*

1285 Quæro decimo, quid si iudici laico constat quod clericus quem pœnes se detinet carceratum est innocens illius delicti pro quo reperitur carceratus, an tūc debeat illum statim dimittere, & relaxare, an vero illum relaxādum tradere suo iudici, & dico quòd debet statim illum liberum dimittere, *ita Carauit. super ritu M.C.V. ritu 235. nu.20. Baiard. in addi. ad Clarum §. fin. q.36. num.19.*

1286 Quæro vndecimo, quid si clericus captus a iudice laico impetrasset inhibitorias a iudice ecclesiastico an possit talibus inhibitorijs renuntiare, & promittere eis non vti, & dico qđ nō quia talis renuntiatio esset inualida, & ea non obstanter semper potest petere se remitti ad suum iudicem competentem, *c. contingit de sentent. excomm. Gemin. in c.1. §. & cum Parisiens. de cleric. coniugat. in 6. Bertrand. cons. 67. n.12. lib. 2. cons. 182. nu.3. in fi. & nu.4. & 5. lib.1. Decian. in tract. crim. p.1. lib.4. c.9. n.116.* & ratio est quia per, talem renunciationem renūtiaret etiā foro

ro ecclesiastico, cui non potest, vt dixi supra in ampliationibus.

1287 Quęro duodecimo, quid si clericus est citatus per iudicem laicum pro delicto ab eo commisso, qui tamen non comparet, & ob id ponitur in banno, & ratione contumaciæ vigore statuti habetur pro confesso, an si postea est captus possit dicere bannum, & confessionem nullam tãquam processum contra clericum, & dico quod sic constito de clericatu, *Ancher. in reg. ea q. 25. de reg. iur. in 6. Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. eccles. reg. 2. limit. 23. in 16. to. tract. diuers. car. mihi* 289. vltra quod etiam confessio expresse facta est ipso iure nulla, vt dixi etiam supra in ampliationibus.

1288 Quęro decimotertio, quid si clericus fuisset condemnatus tanquam laicus, vt quia ita reputabatur, an tunc si appellauerit, & docuerit se esse clericum iudex appellationis laicus poterit pronunciare sentẽtiam nullam, & dico quod sic determinauit Bart. *cons.* 225. & rationem adducit, quia tunc non iudicat de clerico, sed de nullitate sentẽtiæ *hoc idem dixerunt Petr. de Ancher. & Andr. Barbat. num. 102. cum pluribus sequen. in c. 2. de foro compet. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 62.*

1289 Quęro decimoquarto, an in casibus supradictarum limitationũ in quibus iudici laico acquiritur iurisdictio super personis ecclesiasticis illa acquiratur priuatiue quoad iudicẽ ecclesiasticũ, an vero cumulatiue, & respondeo quod cumulatiue, est bene verum quod si iudex ecclesiasticus processerit contra clericum, & eum condemnauerit ad pœnam non condignam delicto ex defectu potestatis, vt quia deberet pro delicto imponi pœna mortis naturalis quod ipse imponere non poterat, & imposuit pęnam perpetui carceris tunc iudex laicus poterit eundem punire pęna a iure statuta, & etiam mortis, *ita Scacc. in tract. de iud. par. 1. cap. 11. nu. 101. vbi allegat Boss. in tit. de foro compet. num.* 133.

1290 Et vt finem imponam præsenti primo effectui, dico quod prælatus, ac iudex ecclesiasticus potest prohibere laicis ne deferant habitum, & tonsuram clericalem, *Domin. & Franc. in cap. vltimo, in fin. de bigam. in sexto, Marc. Ant. Genuens. in pract. Archiepiscop. cap. 53. nu. 3.* vbi dicit quod ita seruatur in Ciuitate Neapolis.

1291 Secundo sciendum est, quod quando clericus priuatur priuilegio clericali non priuatur nisi possessione clericatus, nam dato quod priuetur priuilegio, nihilominus remanet clericus, quia caracter clericalis est indelibilis, & sic vbicunque clericus propter delictum ammittit priuilegium clericale solam possessionem perdit, & non proprietatem, seu ordinẽ, *Alexand. de Neuo cons. 62. num. 6.*

1292 Tertio sciendum est quòd si iudex sæcularis iudicauerit se competentẽ in causa clerici, & postea sententiam tulerit diffinitiuam non obstante tali interlocutoria quocunq; tempore poterit clericus de nullitate dicere, *Paul. de Castr. in l. 2. num. 9. versic. breuiter ff. si quis in ius vocat. non iuer. Prosper. Passett. cons. 23. nu. 7.*

1293 Quarto sciendum est quòd vbi clericus in casibus à iure permissis conuenitur coram laico tunc debet seruari ius canonicum prout econtra si laicus conuenitur coram ecclesiastico debet seruari ius ciuile, *Petr. Nicol. Mozz. in tractat. de feud. in titul. de naturalib. feud. nu. 125. & seq. Dom. Intrigliol. in eodem tract. centur. 2. art. 94. nu. 9. & 10. cum alijs quos referam infra eff. ct. immediate sequent.*

1294 Quinto sciendum est, quòd quantum ad ammissionem priuilegij clericalis nulla est differentia inter clericos existentes in sacris, & in minoribus, vbi delictum est causa ammissionis ipsius priuilegij quia caracter ita est impressus in animam constituti in minoribus quàm in sacris, *Alexandr. de Neuo consil. 59. num. 4. in fin. vbi adhoc allegat cap. vnicum de vit. & honest. cleric.*

1295 Sexto sciendum est, quòd sex erant necessaria de iure canonico antiquo ad hoc, vt clericus ammitteret priuileggium fori. Primum quòd non incedat in habitu. Secundum quòd se immisceat enormitatibus. Tertium quòd in illis frequentauerit. Quartum quód in illis sit depræhensus. Quintum quòd fuerit ter monitus. Sextum, & vltimum, quòd post monitiones fuerit incorrigibilis, *Io. Fran. à Ponte cons. 24. num. 4. & 5.* vbi dicit quod duo vltima sunt disputata, & quod quatuor prima omnino requiritur, *Cæpoll. cons. 11. num. 29. 35. & 37. in crimin. Gramma. voto* 8. *num. 4. & voto 9. nu. 18. & voto 38. num. 15. Roland. à Valle cons. 4. num. 28. & seq. lib. 2. Brun. cons. 64. num. 8. in fin. Decian. in tractat. crimin part. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 103. & 106.* vbi dicit, quòd quatuor prima sufficiunt, *Ruin. cons. 7. num. 6. lib. 5. Capic. decis. 155. nu. 26. & decis. 161. num. 2.* vbi dicit quòd ista sex requisita debent adesse in clericis in sacris constitutis, sed in constitutis in minoribus forte sufficerent quatuor prima circa, quæ est in omnibus multum attendenda consuetudo, *Menoch. cons. 912. num. 33. lib. 3. Fuscus in singul. in lit. C, num. 121. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. clericus* §. 16. vbi dicit quòd quinque sufficiunt, *Sigis. Scaccia in tract. de iudi. p. 1. c. 11. nu. 8.* qui dicit quòd prima quatuor requisita debent adesse si non fuerit ter monitus si vero fuerit ter monitus, & clericus sit in minoribus constitutus ad priuandũ illum priuilegio fori *allegat Rol. a Valle cõs. 31. n. 32. lib. 1.*

1296 Septimo sciendũ est, quòd clericus non solum

lum personaliter, & per seipsum potest petere declinatoriæ fori verũ etiam, & per alium, & hoc procedit tã si is qui petit hanc declinatoriam habet speciale mandatũ, & ad hoc serio sit procurator constitutus, quàm non, & etiã non obstante statuto (prout est in ritu M. C. V. Regni Neapolis) quod declinatoria fori non admictitur nisi reo cõparente, *Guido Pap. dec. 338. Campan. super c. Regni Neapol. c. 94. nu. 8. Marf. in l. vnica nu. 165. de rapt. virgin. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 5. c. 181. n. 6. & 7. vbi dicit qd̃ ita seruatur de cõsuetudine Franc. dec. 329. Muta super cõsuetud. huius vrbis c. 4. n. 5. Tho. Zerola in d. verbo clericus §. 3. circa medium.*

SECVNDVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ligari, & forum sortiri paria sunt.*

2 *Materia de statutis ligantibus clericos est maximum pelagus.*

3 *Clerici regulariter non ligantur statutis laicorum amplia nu. 8. & seq. lim. nu. 112. & seq.*

4 *Statuta regulantur a potestate, & iurisdictione statuentium.*

5 *Lex nulla potest ligare non subditum.*

6 *Laicis deficit potestas ligandi clericos per eorum statuta.*

7 *Superior non ligatur lege sui inferioris.*

8 *Laici omnes sunt inferiores Clericis.*

9 *Clerici etiam in minoribus constituti non ligantur statutis laicorum.*

10 *Statutum loquens per verba quantumuis generalia, & vniuersalia non comprahendit clericos.*

11 *Statuentes non præsumitur quod noluissent in generali statuto comprahendere eos de quibus in spetie disponere non potuissent.* (tos

12 *Verba generalia nũquã cõprahendunt priuilegia-*

13 *Verba generalia restringuntur secundum subiectam materiam.*

14 *Statutum laicorum non valet quo ad clericos etiã si eis tollat id quod fuit eis semel acquisitum per longissimã consuetudinem, vel per aliud statutum quod intelligas, vt nu. 18. & seq. & nu. 23. & 24.*

15 *Statutum factum in fauorem non subditi transit in contractum.*

16 *Statutum tollens clericis id quod est eis aliàs acquisitum per aliud statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, nu. 23.*

17 *Statutum non potest reuocari in præiuditium iuris quod fuit quæsitum non subdito.*

19 *Statuentes possunt prohibere ne clericis fruantur benefitijs ab eorum statutis inductis.*

20 *Statutum denegans eius fauorem clericis non dicitur contra libertatem ecclesiasticam, & de ratione vide num. 21. & 22.*

25 *Statutum disponens quòd clerici non possint, vti aliquo statuto laicorum in eius fauorem nisi illud acceptent contra se, vel nisi episcopus per suam constitutionem sinodalem approbet statuta prædicta, est validum.*

26 *Statutum quòd non subditi statuentibus nullo potiantur beneficio statutorum est validum, & comprahendit clericos quod intelligas, nu. 28.*

27 *Statutum quod forensis non possit, vti benefitio statutorum non compræhendit clericos.*

28 *Pactum usurarium positum in contractibus licitis annullatur licèt ipsa dispositio licete substineatur.*

30 *Conditio inhonesta, vel impossibilis vitiatur, & non vitiat institutionem vel legatum.*

30 *Vtile perinutile non vitiatur in separabilibus.*

31 *Papa non potest statuere, vt omnes clerici subijciantur statutis laicorum.*

33 *Statuta laicorum sicut non compræhendunt personas ita nec bona clericorũ nu. 35. distinguen. n. seq.*

34 *Bona dicuntur esse accessoria personarum.*

38 *Bona clericorum tam diu sunt exempta a statutis laicorum quam diu pænes ipsos clericos sunt.*

39 *Ecclesia non supponitur statutis laicorum.*

40 *Propter quòd illud quodq; tale, & illud magis.*

41 *Statutum laicorum non compræhendit clericos ét quod disponat super quocunq; inmani delicto, & etiã crimine lesæ maiestatis.*

42 *Statuta laicorum non compræhendunt clericos etiam si disponant super materia honesta, & fauorabili nisi ipsi hoc velint.*

43 *Clerici quando possint vti statutis laicorum eis fauorabilibus num. 46.*

44 *Statutum faciens expressam mentionem de clericis nõ valet nec eos ligat etiam qd̃ sit eis fauorabile, & priuilegiatiuum nisi sit à summo Pontifice acceptatum, & confirmatum, & de ratione vide nu. 45.*

47 *Principes non recognoscentes superiorem in eorũ statu habentur loco Imperatoris, & potiuntur omnibus iurisdictionibus quibus Imperator.*

48 *Dispositio quælibet loquens de Imperatore habet locum etiam in principibus non recognoscentibus superiorem.*

49 *Ciuitates liberæ, & republicæ habẽt iura Imperij.*

50 *Imperator dicitur dominus totius orbis.*

51 *Statutum non extenditur vltra iurisdictionem statuentis.*

52 *Statutum disponens simpliciter priuilegiando clericos est validum.*

53 *Clerici etiam cum iuramento non possunt se submittere statutis laicorum sed contra num. 54.*

55 *Laici respectu iuris induidui quod habent cum clericis non ligantur statutis laicorum.*

56 *Consors litis potitur omnibus priuilegijs competentibus suo consorti.*

57 *Restitutio in integrum concessa minoribus competit etiam maioribus litis consortibus.*

57 *Priuatus si habet ius cõmune cum ecclesia iuuabitur priuilegio ne contra eũ præscribatur nisi spatio*

 cen-

centum annorum prout contra ecclesiam.

59 *Praescriptio si est interrupta per unum ex socijs talis interruptio prodest consocijs.*

60 *Appellatio interposita ab uno ex consortibus litis prodest alteri consorti.*

61 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam est nullius momenti ampl. nu. 62. & seq.*

62 *Statuentes & scribentes statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati.*

63 *Mandantes obseruari statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati.*

64 *Officialis qui potest & non tollit statuta contra libertatem ecclesiasticam compilata incidit in sententiam excommunicationis prout ipsi statuentes.*

65 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam non solum si illud directe offendat verum etiam si indirecte.*

66 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam dicitur septem modis.*

67 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam quando disponat contra priuilegia concessa clericis & ecclesijs a Summo Potefice, vel alio principe saeculari.*

68 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam quotiescunq; facit deteriorem conditionem clericorum, vel ecclesiarum quam sit de iure canonico, vel ciuili amplia num. 69. & 70.*

71 *Statutum dicitur contra ecclesiasticam libertatem si infert iniuriam uni ecclesiae tantum, & n. 72.*

73 *Statutum dicitur cōtra libertatem ecclesiasticam si tollit clericis id quod per longam consuetudinem fuit eis quaesitum.*

74 *Consuetudo habet vim priuilegij, & tamen operatur quantum priuilegium.*
75 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam si reddit clericos timidiores ad operandum id quod libere operarentur si statutum non adesset intellige nu. 76.*

77 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam etiam si de clericis, vel ecclesijs nihil disponat sed de illis qui cum clericis contrahunt.*

78 *Statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam si clericis tollit facultatem libere disponendi de rebus suis.*

79 *Clerici non ligantur laicorum statutis etiam factis a quantumuis supremo Principe.*

80 *Statuta laicorum quo ad personas ecclesiasticas sunt nullius momenti etiam si adesset consuetudo ita statuendi.*

81 *Laici non possunt statuere super re spirituali, vt est super matrimonio, & similibus.*

82 *Statutum per quod cohartatur libera facultas matrimonij contrahendi non valet lim. 82.*

83 *Statutum puniens contrahentes matrimonium cū hominibus alterius factionis seu ciuitatis non valet.*

84 *Statutum quod mulier quae nubit extra territoriū vel cum extero non possit succedere non valet.*

85 *Statutum disponens quod filij nati ex tali matrimonio, vt ex matrimonio contracto cum extera, vel ignobili, ammittant nobilitatem in est validum.*

86 *Statutum disponens ne pupillus, vel filius familias possint contrahere matrimonium nisi cum consensu alicuius non valet.*

88 *Celsus Vgo cons. 38. nu. 5. in fin. reprobatur.*

89 *Consensus patris non est necessarius, vbi filius vult contrahere matrimonium licet de vrbanitate, & honestate requiratur.*

90 *Statutum principis saecularis disponens in materia excommunicationis est omnino nullum.*

91 *Statutum tollens penam excommunicationis, vel prohibens aliquem posse excommunicare non valet.*

92 *Statutum directe tollens vires iuramenti est inualidum secus si indirecte.*

93 *Statutum disponens de decimis non valet.*

94 *Statutum laicorum loquens in materia vsurarum est nullius momenti.*

95 *Statutum disponens quod mutuans pecuniam vniuersitati non possit collectari non valet.*

96 *Statutum laicorum permittens vsuras licet non excuset quo ad paenas spirituales excusabit tamen quoad paenas temporales.*

97 *Principes saeculares possunt statuere circa spiritualia corroborando Ius canonicum.*

98 *Statutum laicorum disponēs de persona laicorum respectu clericorum est inualidum.*

99 *Statutum dictans quod concubinae clericorum non possint stare in connicinio, uel imponens aliquam paenam concubinis clericorum non valet.*

100 *Statutū dicitur conditum contra clericos ēt si in consequentiam, & non principaliter de eis disponat.*

101 *Principes laici non possunt statuere in materia concernente seu permittente peccatum.*

102 *Statutum permittens praescriptionem cum mala fide non valet.*

103 *Statutum quod filius spurius, vel aliter illegitimus succedat in bonis paternis non valet.*

104 *Clericus qui succedit laico non ligatur statutis quibus ligabatur laicus eius author.*

105 *Statutum praeiudicans alicui piae causae non valet.*

106 *Statutum puniens consanguineum clerici respectu ipsius clerici non valet.*

107 *Clerici coniugati quando non supponantur statutis laicorum.*

108 *Statuentes licet habeant liberam statuendi facultatem non propterea possunt aliquid statuere contra, vel supra clericos.*

109 *Statutum laicorum non ligat clericos etiam ad fauorem alterius clerici, vel ecclesiae.*

110 *Clerici praesumuntur ignorare statuta laicorum.*

111 *Statutum laicorum est nullum tam si directe, quā si indirecte disponat de clericis.*

112 *Statutum laicorum continens aliquid quod est diuino, naturali, vel canonico iuri conforme ligat etiam clericos.*

113 *Statutum fundatum super naturali equitate ligat clericos.*

114 *Iudex ecclesiasticus non tenetur seruare statutum conforme iuri naturali, diuino, vel canonico, vti*

statu-

Sta-

181 *Statutum laicorum dirigens eius verba in laicum si tamen affert praeiudicium clericis, vel ecclesiae est inualidum.*

182 *Statutum principis laici disponens super possessorijs ligat ecclesiasticas personas.*

183 *Statutum editum ad petitionem, & instantiam clericorum ligabit ipsos clericos.*

184 *Statutum laicorum disponens super rebus cōprehendit clericos dominos ipsarū rerum limita n. 186*

185 *Statutum quando dicatur loqui in rem & quando in personam vide remissiue.*

187 *Statutum laicorum ligat clericos si clerici ex eorum libera voluntate illud acceptauerunt.*

188 *Statutum disponens in acquirendis ligabit etiam clericos.*

189 *Statutum laicorum si non principaliter, sed in consequentiam affert damnum clericis est inualidum, sed contra n. 190.*

191 *Statutum dans certam formam contractibus, & vltimis voluntatibus ad hoc ut valeat comprehendit etiam clericos nu. 192. sed contra num. 193. concor. 194. & 195.*

196 *Tertiarij S. Francisci, & ceterarum religionū ligantur statutis laicorum.*

197 *Statutum laicorum respiciens publicam, & cōem vtilitatem comprehendit tàm laicos, quàm clericos, sed contra n. 199. & 200.*

198 *Prohibitū fit permissum ratione publicae vtilitatis.*

201 *Consuetudines ex quo sunt mistae, tàm clericorum, quàm laicorum comprehendunt clericos secus si consuetudo esset laicorum tamen limit. n. 203. 204. 205*

206 *Statutū disponens idem quod ius commune ligat clericos in illis casibus in quibus ius commune ligat ipsos clericos.*

207 *Consuetudines feudales ligāt clericos feudatarios ampl. nu. 208*

208 *Ecclesia si est feudataria ligatur consuetudinibus, & constitutionibus feudalibus.*

209 *Clerici vassalli possunt feudo priuari ex illismet causis ex quibus priuantur laici vassalli.*

210 *Vassallus, qui vult inuestiri de feudo tenetur praestare instrumentum fidelitatis.*

211 *Clericus vassallus tenetur iurare fidelitatem prout seruant vassalli laici.*

212 *Ecclesia si est feudataria non tenetur praestare iuramentum fidelitatis prout alij vassalli.*

213 *Praelati si habent feudū tenentur praestare fidelitatē.*

214 *Clerici vassalli licet teneantur praestare iuramentum fidelitatis adhuc non tenentur praestare iuramentum assecurationis si sunt familiares domini.*

215 *Vassallus tenetur reuelare domino delictum, quod in eius persona machinatum sub pena ammissionis feudi quod ampliatur etiamsi vassallus esset clericus, nume. 216.*

217 *Sacerdos quo casu teneatur reuelare id quod scit in confessione.*

218 *Vassallus etiam quod sit clericus non potest alienare feudum sine consensu Domini.*

219 *Vassallus clericus osculans vxorem domini feudi priuatur feudo, vt laicus.*

220 *Clericus vassallus ratione feudi tenentur ad ea ad quae tenentur caeteri vassalli laici.*

221 *Clericus vassallus potest priuari feudo ex omnibus illis causis ex quibus potest priuari vassallus laicus.*

222 *Ecclesia an priuetur feudo ob delictum commissum per praelatum.*

223 *Clerici licet non ligentur statutis laicorum ligantur tamen iure ciuili Romanorum quatenus non aduersatur iuri canonico.*

224 *Ius ciuile quatenus non est correptum per ius canonicum censetur ab eo approbatum*

225 *Patientia operatur consensum in eo, qui cōtradicendo actum impedire potest.*

226 *Leges ciuiles sunt diuinitus per ora principum promulgatae.*

227 *Ecclesia legum saecularium non respicit famulatū.*

228 *Lex ciuilis loquens expresse de clericis non valet amplia nu. 229.*

230 *Lex ciuilis fauens clericis statim censetur per canones approbata etsi est nociua reprobata.*

231 *Lex ciuilis ligat etiam in consciētia sub reatu mortalis peccati, sed contra n. 232*

233 *Lex ciuilis continens, vel permittens peccatū non valet amplia, n. 234*

235 *Dispositio l. patris, C. ad l. Cornel. de sicar. non habet locum in foro conscientiae*

236 *Contrahentes possunt ad inuicem se decipere secundum ius ciuile.*

237 *Contrahentes non possunt se decipere etiam infra dimidium iusti pretij in foro conscientiae.*

238 *Ius ciuile vbi contradicit iuri canonico non est seruandum inter clericos, nec in foro ecclesiastico.*

239 *Ius ciuile inferens aliquod grauamen ecclesiae nō valet.*

240 *Lex quando dicatur praeiudiciale, & afferre grauamen ecclesiae.*

241 *Venientes ab intestato si non petunt tutorem pupillo priuantur eius successione etiam quod sint clerici, num. 242*

243 *Condemnatus ad mortem non potest testari etiam ad pias causas.*

244 *Clericus condemnatus ad mortem perdit testamēti factionem prout laicus.*

245 *Clerici arctantur praescriptione à iure ciuili introducta.*

246 *Ecclesia non ligatur nisi praescriptione 40. annor.*

247 *Instantia biennalis, vel triennalis inducta de iure ciuili currit etiam clericis, tam si litigant in curijs ecclesiasticis, quàm saecularibus.*

248 *Instantia de iure canonico nunquam perit.*

249 *Instantia in causis ecclesiasticis, & spiritualibus est perpetua.*

250 *Clericis succeditur, & ipsi alijs succedunt secundum dispositionem iuris ciuilis quando tractatur de successione ab intestato.*

251 *Ius ciuile loquens in materia tutorum, & curatorum*

rum seruatur etiam inter clericos.

252 Clericus qui adiuit hæreditatē non facto inuentario tenetur vltra vires hæreditarias prout laici.

253 Ecclesia quæ adiuit hæreditatē non facto inuentario non tenebitur vltra vires hæreditarias.

254 Clerici tenentur instituere suos parentes titulo honorabili ad hoc vt valeat testamentum.

255 Infames de iure ciuili sunt etiam infames de iure canonico nisi in casibus expressis ī ipso iure canonico.

256 Litigiosi vitium exstans apud resignantem transit in resignatarium.

256 Litigiosi vitium ita consideratur, & procedit inter clericos sicut inter laicos.

257 Litigiosi vitium habet locum etiam in materia beneficiali.

258 Litigiosi vitium exstans apud resignantem transit in resignatarium.

259 Remedium recuperandæ possessionis introductum a iure ciuili procedit etiam inter clericos.

260 Ius ciuile imponens pœnas contra contumaces vel temere appellantes habet locum ēt si contumax esset clericus vel si clericus temere appellauerit.

261 Clericus litigans coram sæculari potest appellare ante sententiam.

262 Testamentum annullatur propter præteritionem filij testatoris ēt si instituatur hæres clericus, ecclesia, vel locus pius.

263 Dispositio l. fi. C. de iur. deliberan. & authen. hoc amplius, C. de fideicom. habet locū etiā inter clericos.

264 Causa clericorum, & ecclesiarum semper sunt decidenda, & terminandæ secundum ius ciuile in defectu iuris canonici.

265 Clerici in foro conscientiæ tenentur seruare statuta laicorum quando sunt iusta.

266 Statutum taxans, & limitans prætium rerum comestibilium vendendorum ligat etiam clericos.

266 Clerici tenentur ad restitutionem si vendunt rem comestibilem plusquam est taxatum per statutum laicorum.

267 Statutum disponens quòd quicumque declinauerit iurisditionem iudicis laici incidat in aliquam pœnam non ligat clericos.

268 Statutum prohibens delationem armorum non cōprehendit clericos.

269 Statutum ꝙ extantibus masculis femina non succedant: excludit etiam feminas moniales contra nu. 270. de ratione vide 271. distingue 272. limita 273.

274 Statutum excludens feminas propter masculos excludit etiam eas ab hæreditate clerici sed contra nu. 275. limita primam opinionem 276.

277 Statutum excludens feminas propter masculos hēt locum ēt si masculus esset clericus contra num. 278.

279 Masculus clericus præfertur femina in successione feudi casu quo in feudis potest succedere.

280 Statutum quod frater primogenitus excludat secundogenitos an excludat secundogenitos clericos n. 281. limita secundam opinionem n. 282.

283 Statutum excludens monachos vel clericos a successione parentum vel agnatorum non valet limita vt num. 284.

285 Fratres capuccinorum, & de obseruantia S. Francisci, & clerici regulares vocati Theatini sunt penitus incapaces bonorū tā in cōmuni quā in particulari.

286 Statutum quod filia dotata, & maritata vel ingressa monasterium non succedat patri vel agnatis est validum.

287 Statutum quod officialis anni præsentis non possit se intromittere nec cognoscere de gestis per suum prædecessorem etiam si essent nulla non habet locum vbi officialis præteritus condemnasset clericum quia tunc posset de tali condemnatione cognoscere.

288 Statutum quod post annum non possit dici de nullitate non ligat clericos actiue sed tantum passiue.

289 Statutum quod bona donata possit confiscari si donans infra certum tempus deliquerit non habet locum vbi bona fuissent donata clerico.

290 Statum prohibens vt aliqua res) vtpura vinum vel granum, non possit extrahi extra territorium comprehendit etiam clericos extrahentes eius fructus sed contra nu. 291. 292. 293.

294 Coloni ecclesiæ, & clericorum subiacent statutis laicorum prout cæteri laici.

295 Statutum quod habens prædium vel domum magnam possit capere minorem pro amplianda sua soluto prætio compræhendit etiam clericos.

296 Statutum puniens euntes de nocte sine lumine non compræhendit clericos.

297 Statutum quod qui vult agere teneatur satisdare de soluendis expensis in casu succumbentiæ an compræhendat clericos.

298 Statutum quod quilibet possit ducere aquam per alienum fundum inuito domino compræhendit clericos tam actiuè quam passiuè.

299 Aqua vbi per statutum potest conduci per alienum fundum semper debet duci per locū minus damnosum, & minus incommodum domino fundi.

300 Statutum quod filius familias non possit contrahere sine consensu patris habet locum etiam in filio familias clerico sed contra ibidem.

301 Statutum disponens super instantia an, & quando comprehendit clericos.

302 Statutum dans executionem paratā instrumentis an, & quādo ligat clericos. n. 303. 304. 305. & 306.

309 Statutum puniens ludentes non afficit clericos.

308 Clericus lusor quomodo puniatur remissiue.

307 Statutum quod forensibus non possint vendi arma arctat etiam clericos.

310 Statutum imponens pænam vel gabellam contra euntes ad molendum in alio molendino quam principis vel vniuersitatis non comprahendit euntes ad molendum in molendino ecclesiæ, vel clerici.

311 Statutum imponens pænam vel gabellam contra euntes ad molendum in alieno molendino non restringit clericos.

312 Statutum quod vir non possit alienare bona dotalia habet locum ēt si alienatio fieret in clericum secus

sista-

si statutum dictaret quod nemo possit emere rem dotalem num. 313.

314 *Statutum tollens appellationem ab interlocutorijs ligat etiam clericos.*

315 *Statutum prohibens introduci in ciuitatem vinum vel alium recollectum extra ciuitatem an, & quando comprehendat ecclesiasticas personas n.* 316.

317 *Stante statuto quod non possit introduci in ciuitatem vinum vel aliud recollectum extra territorium an potest introduci tale quid recollectum in prædijs ecclesiasticis positis extra territorium.*

318 *Statutum quod quilibet teneatur introducere in ciuitatem blada recollecta in territorio an afficiat clericos.*

319 *Statutum prohibens, ne pater, vel mater possint disponere de certis bonis, vel de quota bonorum habet locum etiam si dispositio sit in fauorem clerici, vel ecclesiæ.*

320 *Statutum prohibens venationem ligat clericos.*

321 *Statutum requirens certam sollemnitatem in alienationem bonorum minoris procedit etiam si minor esset clericus.*

322 *Statutum imponens certam penam pro delicto an is qui commisit tale delictum possit puniri ea pæna si post delictum fuit factus clericus.*

323 *Statutum disponens quòd extantibus agnatis cognati non possint succedere an excludat etiam cognatos clericos.*

324 *Statutum quod clericus deponens falsum coram iudice laico possit ab eo puniri quando sit validum.*

325 *Stante statuto quòd vicini teneantur resarcire damnum domorum combustarum clerici non possunt agere ad talem emendam quia ipsi ad id compelli non possunt.*

326 *Clerici qui non ligantur statutis laicorum non possunt frui eorum priuilegijs.*

327 *Clerici, & ecclesia semper vtuntur dispositione iuris communis nisi in casibus expressis.*

328 *Statutum minuens legitimam quam sit de iure communi habet locum etiam si filius esset clericus.*

329 *Statutum augens legitimam filiorum super bonis paternis an si pater instituat hæredem ecclesiam, vel clericum filij possunt deducere legitimam iusta formam statuti.*

330 *Filij sunt præferendi, & magis priuilegiati quam pia causa.*

331 *Statutum prohibens ne offitialis vel nobilis recipiat cessionem contra plebeum habebit locum etiam si cessio fuit contra ecclesiam.*

332 *Statutum disponens quod bona, quæ transeunt in ecclesiam vel ecclesiasticam personam transeant cũ onere tributi prout erãt apud laicos vel quod semper possint collectari an sit validum, & n.* 333. & 335.

334 *Res ad hoc vt propria sit tributaria debet esse expressa qualitas, & quantitas tributi.*

336 *Pactum initum inter ciues vt omnes obligent eius bona pro tributis, & collectis futuris est validum etiam in præiuditium ecclesiarum, & clericorum.*

337 *Statutum quod nemo possit alienare bona stabilia existentia in territorio an tale statutum arctet clericos ita ut ipsi non possint alienare n.* 338. & 339.

340 *Statutũ quod nemo possit alienare in forensem bona stabilia sub pæna non habet locum in eo qui alienat clerico vel ecclesiæ non subditis sed contra n.* 341. *Amplia secundam opinionem num.* 342. *limita.* 342. & 344.

345 *Statutum quod immobilia non possint alienari in non subditum absq; licentia principis habet locum etiam si alienatio fuerit facta clerico.*

346 *Statutum disponens quod alienans in non subditum soluat tot pro libera habet locum etiam si alienatio fieret in clericum.*

347 *Statutum mandans vt non possit fieri alienatio in non subditum præhabitis certis proclamationibus habebit locum etiam si alienatio fieret in clericum.*

348 *Statutum quocumq; modo prohibens alienationem in non subditum numq. comprahendit clericum alienantem alio clerico non subdito.*

349 *Statutum mandans quod ingressurus religionem censeatur statim priuatus successione est validum contra* 350. *amplia num.* 352.

351 *Facere aliquid tempore prohibito vel facere tempore permisso, & effectum conferre in tempore perhibito paria sunt.*

353 *Statutum disponens quod volens ingredi monasterium possit testari de bonis presentibus, & futuris aliàs non testando censeantur instituti venientes ab intestato valet.*

354 *Statutum disponens quod mulier vel minor non possint contrahere vel testari siue certa sollemnitate & quod aliàs contrahendo contractus sit nullus. an habeat locum vbi contractus fieret in fauorem clerici vel ecclesiæ nu.* 355. 356. & 357.

358 *Statutum prohibens aliquid vendi clericis vel ab eis aliquid emi vel prohibens aliqua seruitia clericis præstari non valet, nu.* 359.

360 *Statutum mandans quod vendens aliquam rem clericis teneatur soluere gabellam vel aliquid simile facere non valet.*

361 *Statutum prohibens ne possit contrahi cum clerici est nullum.*

362 *Stautum quod clericis non possint vendi bona feudalia est validum.*

363 *Statutum mandans quod non soluens onera non gaudeat benefitijs statutorũ non cõprahẽdit clericos.*

364 *Clerici dicuntur legati apud Deum pro populo, & effundunt orationes ad placandam iram Dei.*

365 *Clerici sunt qui assidue orant pro populo.*

366 *Statutum quod existentibus agnatis vsq; ad certum gradum excludantur cognati habet locum etiam in hæreditate clerici.*

367 *Priuilegium personale extinguitur cum persona.*

368 *Statutum quod obtinens benefitium non possit capere possessionem sine licentia principis secularis vel alterius offitialis laici non valet.*

369 *Statutum quod bannitus possit impune occidi an com-*

comprehendat clericum bannitum num. 370. 371. 372. & 373.

371 *Statutum permittens bannitum posse occidi intelligitur de ritè, & rectè bannito non autem de nulliter bannito.*

375 *Stante statuto quod bannitus possit impune offendi nihilominus occidens sit inregularis, & peccat mortaliter.*

376 *Clericus bannitus si occiderit alium bannitum laicum an possit indultari a Iudice laico.*

377 *Clerici an possint indultari vigore indulti generalis editi a principe laico.*

378 *Statutũ puniens receptantem bannitũ nõ comprehendit receptantem clericum bannitũ à Iudice laico.*

379 *Statutum puniens receptantem bannitum non comprehendit receptantem nulliter bannitum.*

380 *Statutum disponens quod dominus prædij non possit locare suum prædium alteri quã primo colono vel quod teneatur stare primæ locationi vel aliud simile non ligabit personas ecclesiasticas.*

381 *Statutum quod vendens rem clerico vel ecclesiæ ipse teneatur soluere collectã pro emptore an valeat*

381 *Statutum excludens omnes exceptiones aduersus executionem instrumenti comprehendit clericos.*

383 *Statutum retractus an comprehendat clericos nu. 385. 386. 388. & plur. seq.*

384 *Statutum de retractu est secundum dispositionem iuris canonici.*

287 *Statuta laicorũ prosunt clericis licet eis nõ noceãt.*

396 *Statutum de retractu nunquam habebit locũ quando clericus vendidit alteri clerico vel ecclesiæ.*

397 *Retractus non habet locum vbi laicus vendidit clerico si retrahere volens est clericus.*

398 *Ecclesia nullo casu est supposita statutis disponentibus de retractu.*

399 *Emens ab ecclesia est subiectus statuto tractante de retractu.*

400 *Statutum quod ecclesia vel clerici nunquam possint retrahere est validum.*

401 *Statutum reseruans certam partem bonorũ agnatis an illam reseruet etiam agnatis clericis.*

402 *Statutum excludens feminas propter masculos an illas excludat etiam a bonis feudalibus, & emphiteuticis ecclesiæ num. 403.*

404 *Statutũ quod emphiteuta non soluens canonem nõ cadat a iure suo an locũ habeat in emphiteusi ecclesię.*

405 *Emphiteuta ecclesiæ qui per biennium cessat a solutione canonis cadit a iure suo, & emphiteuta laici per triennium.*

406 *Statutum inducens præscriptionem super debito non petito non comprehendit clericum ẽtsi esset heres laici contra quem fuit incepta, & non perfecta præscriptio, & hoc procedit tam actiue quam passiue & num. 407.*

408 *Statutũ mãdãs q̃ vniuersitas teneatur capere malefactorẽ an habeat locũ quãdo malefactor est clericus.*

409 *Dispositio qualibet semper reducitur ad terminos habiles ad actum.*

410 *Statutum quod debitor possit personaliter capi, & carcerari intelligitur si est talis qui de iure possit capi, & carcerari.*

411 *Statutum mandans quod vniuersitas teneatur capere malefactores non habet locum vbi malefactores sunt in tanto numero quibus vniuersitas ipsa resistere non potest.*

412 *Statutum de compromissis faciendis inter affines an liget clericos tam actiue quam passiue, & num. 413. 414. 415. & 416.*

417 *Statutum de consilio sapientis non ligabit clericos intellige n. 418. & 419.*

420 *Statutum prouidens pro aeris salubritate ligat etiam clericos.*

421 *Statutum quod credatur libris mercatorum non ligabit clericos.*

422 *Statutum disponens circa conseruationem pontium ita comprehendit clericos sicut laicos intelligas vt ibidem.*

423 *Statutum quod disponit circa formam rei localiter facienda, & circa edifitia astringit etiam clericos.*

424 *Statutum disponens de immunditijs non eiciendis de fango vel de cloachis ligat clericos.*

425 *Statutum disponens quod testamenta debeant insinuari infra certum tempus aliàs non valeant non censetur annullare testamentum in quo clericus vel ecclesia instituitur hæres.*

426 *Statutum dictans quod instrumentum vel testamentum non insinuatum præsumatur falsum habet locum etiam si fiat in fauorem ecclesiæ, & clerici.*

427 *Statutum disponens quod testamenta debeant insinuari an comprehendat testamentum clerici in quo laicus est hæres institutus num 428.*

429 *Statutum quocumq; modo loquens si annullat testamenta non insinuata non habebit locum vbi esset instituta ecclesia vel causa pia.*

430 *Statutum mandans quod non valeat venditio nisi publicetur certo tempore, & loco, habebit locum etiam si ipsa venditio fiat clerico.*

431 *Statutum dictans quod venditio seu testamentum seu donatio non valeat nisi donans vendens vel testans sit annorum tot vel nisi adsint duo ex consanguineis habet locum etiam si actus prædicti fierent in fauorem clerici.*

432 *Statutum de laudimijs soluendis vel non soluendis certo casu vel de quãtitate laudimij an habeat locum in clericis vel ecclesia.*

433 *Statutum quod conducens molendinum aptum ad molendum teneatur soluere certum quid non procedit in eo qui conduxit ab ecclesia.*

434 *Statutum excludens clericos a collegio doctorum non valet.*

435 *Statutis duobus stantibus vno quod mater non possit succedere nisi in certa parte si extant agnati vsq; ad certum gradum, & alio quod clerici non potiantur priuilegijs statutorum an tunc agnati religiosi excludant matrem num. 437.*

436 *Statutis existentibus duobus vno quod masculi*

 exclu-

excludant feminas, & alio quod religiosus non possit excludere feminas, tunc succeditur secundum dispositionem iuris communis n. 437.

437 Statutum disponens quod colonus ecclesiæ vel clerici tenentur soluere collectam pro domino non valet

439 Statutum excludens filias dotatas vel mandans quod filia exclusa dotetur an habeat locum in ea quæ fecit se monialem.

440 Argumentum de matrimonio spirituali ad carnale est validum.

441 Statutum prohibens alienationem rei litigiosæ an comprehendat clericos.

442 Statutum quod si venditor non apprehenderit possessionem rei venditæ contractus præsumatur simulatus non comprehendit clericos.

443 Statutum mandans quod qui vult agere teneatur præstare de soluendo talem summam si succumbuerit non ligat clericos.

444 Statutum minuens pœnam offendenti clericum quam sit dispositum de iure ciuili, vel canonico non est validum.

445 Statutum quod non possit appellari ad sedem Apostolicam ommisso medio non valet.

446 Statutum prohibens ne testator decedens sine filijs possit de certis bonis, vel de quota bonorum testari non compehendit clericos.

447 Statutũ abreuians præscriptionẽ nõ ligat clericos.

448 Statutum loquens in materia damni dati an habeat locum in clericis, tam actiue, quàm passiue.

449 Statutum imponens pœnam custodibus animalium damnum dantium habet locum etiam in custodibus animalium clericorum.

450 Animalia clericorum quando possint retineri pro damnis ab illis illatis.

451 Statutum quod solutio debiti non possit probari per testes non ligat clericos.

452 Statutum loquens de probationibus faciendis nunquam ligabit clericos, & num. 454. 455.

453 Probatio respicit decisoria a qua causa dependet victoria.

456 Statutum tollens ferias introductas in honorem Dei non valet.

457 Statutum quod pater non possit meliorare vnum filium in præiudicium aliorum habet locum etiam si vellet meliorare filium clericum, vel alium in præiudicium clerici.

458 Statutum quod coloni possint renuntiare suæ conductioni non procedit in colonis ecclesiæ.

459 Statutum quod ecclesia vel clerici nunquam possint præscribere an valeat, & num. 460.

461 Præscriptio cum mala fide nunquam permittitur de iure canonico.

462 Statutum requirens consensum agnatorum in contractibus mulierum vel minorum sufficit vt consentiat agnatus clericus.

463 Monachi, & cæteri regulariter dicuntur mortui mundo.

464 Statutum quod contractus nõ possit aliter probari quam per instrumentum non habet locum in contractibus clericorum.

465 Statutum quod filij positi in conditione non censeantur vel censeantur posui in dispositione vel q̃ testator præsumatur tollere vel non tollere falcidiã vel trebellianicã nõ habet locũ in testamentis clericorũ.

466 Statutum quod donatio rei de qua non est capta possessio in vita donantis præsumatur nulla an habeat locum vbi donatio esset facta clerico.

467 Statutum quod pro funere, & exequijs non possit expendi nisi vsq. ad tantam summam non valet limita vt num. 468.

469 Pompæ funerales magis sunt viuorum sollatia quam mortuorum suffragia.

470 Statutum annullans donationem aliquo casu non annullat donationem factam per clericum etiam in fauorem laici.

471 Statutum prohibens ne possit fieri inuestitura extraneis existentibus hæredibus emphiteutæ an habeat locum in bonis emphiteuticis ecclesiasticis.

472 Statutum quod nemo possit inuestiri nisi vocato possessore an habeat locum vbi inuestitura est facienda per ecclesiam vel clericum.

473 Statutũ quod nemo possit inuestiri nisi citato possessore non habet locum ubi inuestiendus esset clericus.

474 Statutum quod certa bona non possint alienari extra familiam hẽt locum ẽt si vellet alienare clericus.

475 Statutum imponens gabellam pro quocumque actu nunquam ligabit clericos lim. num. 476. 477.

478 Statutum dictans quod pater uel mater non possint disponere ultra certã partẽ etiã pro anima est ualidũ.

479 Statutum quod res immobiles quæ perueniunt ad clericos vel ecclesiasticas personas non possint per eos retineri sed teneantur illas vendere infra certum tempus non valet.

480 Statutum de soluendis sportulis iudicibus non cõprehendit clericos.

481 Statutum quod emptor teneatur ad gabellam etiã pro parte venditoris non habet locum vbi quis emisset ab ecclesia vel clerico.

482 Statutum quod de omnibus legatis soluatur gabella an habeat locum in legatis pijs.

483 Statutum quod in sepultura non possit expendi nisi tantum an valeat.

483 Clericus casu quo supponitur statutis laicorum non potest compelli ad eorum obseruantiam per officiales laicos sed per suos superiores ecclesiasticos.

484 Statuta omnia fauorabilia a laicis condita prosunt etiam clericis num. 485.

486 In dubio non præsumitur quod quis fecerit se clericum ne scilicet non supponatur statutis laicorum.

487 Statutum in quo sit expressa mentio de personis ecclesiasticis vel de eorum bonis est omnino nullum amplia num. 488. lim. 489.

490 Clericus, & ecclesia si volunt vti statutis laicorum debent seruare eorum formam, & nu. 492.

491 Statutum dans executionẽ instrumentis infra tantum tẽpus, clericus nõ poterit agere executiue elapso

eo

eo tempore, & num. 493.

495 *Statutum quod creditor qui vult agere executiue teneatur praestare desoluendo certam partem si debitum reperitur solutum comprahendit etiam clericos.*

496 *Statutum quod possit creditor carcerari facere suum debitorem cui debeat praestare certa alimenta, clericus tenetur etiam talia alimenta praestare si ipse carcerari fecit suum debitorem.*

497 *Clerici praesumuntur contraxisse iuxta locorum statuta, & consuetudines.*

498 *Clericus vbi non ligatur statutis laicorum non potitur eorum priuilegijs sed contra nu. 499. concordia vt nu. 500. 501. 502 & 503.*

504 *Clerici contraueniendo statutis laicorum peccant mortaliter in casibus in quibus talibus statutis ligantur, & tenentur ad restitutionem.*

505 *Laici contraueniendo statutis peccant mortaliter.*

506 *Lex siue statutum quando dicatur iustum ad hoc vt illi contrauenicns peccet mortaliter.*

507 *Contraueniens legi paenali licet peccet mortaliter non tamen tenetur ad restitutionem paenae.*

508 *Statutum quod non arctat clericos nec ipsorum clericorum rerum conductores obligare potest respectu ipsarum rerum.*

509 *Statutum dirigens eius verba ad iudicem nunquã comprahendit clericos.*

510 *Clericus vtitur omnibus statutis contra laicus vbi laici vsi fuissent alijs statutis contra clericos.*

511 *Clericus qui recusauit se summittere statutis laicorum non potest amplius se letari beneficijs ipsorum vel aliorum statutorum.*

512 *Statuentes cogi possunt ad declarandum statutum obscurum, & dicendum quod non comprehendit personas ecclesiasticas.*

513 *Episcopus quibus remedijs possit uti ad compellendum statuentes ut declarent quod statutum per eos editum non comprehendat clericos & n. 515.*

514 *Episcopus solus, & ex officio potest statuendo per suum edictum declarare ut statutum à laicis conditum non comprehendat clericos.*

SECVNDVS EFFECTVS.

1 ET quia paria sunt forum sortiri, & statu-
tis ligari, *vt not. gl. & DD. in c. quod cle-*
ricis, de foro compet. Innocen. & cęteri scri-
bentes in rub. de Consuetud. Rimi. sen. cons.
487. n. 7. lib 3. & cons. 268. n. 13. lib. 2. Surd. cons.
2. n. 14. in fin. Alciat. cons. 30. n. 1. & per tot. to. 1.
lib. 2. Crot. cons. 335. n. 11. lib. 3. Soc. sen. cons. 71 n.
2 ***1. lib. 4. Bero. cons. 65. nu. 99 lib. 1.*** Ideo post pri-
mum effectum in quo de foro clericali loquu-
tus fui subnectam secundum; & in eo quando
statuta laicorum comprehendant clericos, &
cæteras personas ecclesiasticas pro viribus tra-
ctabo; Est enim regulare q clerici non ligãtur
statutis laicorum, ***c. benè quidem, 96. dist. c. at si***
clerici, c. clerici, & c. qualiter de iud. cap. 2. de foro
compet. c. continua. 11. q. 1. c. non minus, & c. aduer-
sus de immun. eccles. c. quamquam de censib. in 6. c.
1. c. clericis, & c. fin. de immun. eccles. in 6. Authen.
cassa, & irrita, C. de sacros. eccles. c. quę in ecclesiarũ,
3 *& c. ecclesia S. Mariae de constit. & vtrobique omnes*
scribentes Innocen. in c. postulasti, in fin. de foro com-
pet. Ancher cons 258. n. 2. Guid. Papa cons. 221.
n. 3. Plot. cons. 30. n. 11. Alber. in tracta. de statut.
lib. 2. q. 2. n. 18. Abb. in c. constitutus in 5. not. de re-
stit. in integr. Roland. Cauagn. in obseruat. ad decret.
saband. in prohem. §. 3. n. 1. Lapus allegat. 101. n. 22
Maluas cons 87. n. 50. Anastas Germ. in tract. de sa-
cror. immun. lib. 3. c. 15. n. 100 Panzerol. cons. 104.
n. 17 Passet. cons. 22. n. 8. Benincasa in tract. de pau-
pertate q. 8. special. 4. n. 49. vbi multos alios allegat
Marches. in tract. de commissionib. p. 2. c. 3. 4. c. prin
cipalis, n. 311. car. mihi 489. Maccabr. cons. 26.
n. 163 Surd. in tract. de alimentis tit. 2. q. 15. n. 62.
Albanus in lucubration. ad Bart. in l. 1. nu. 8. C. de
Summa Trin. & fide Catho. Ianlongus in racemat. iu-
ris racemat. 101. n. 1. Bott. cons. 8. n. 22. Rimin. iun.
cons. 449. n. 22. lib. 3. Hondod. cons. 3. nu. 10. lib. 1.
vbi alios citat Francisc. Marc. dec. 652. n. 7. lib. 1.
Marant. disput. 8. n. 2. Bursat. cons. 93. n. 20. lib.
1. vbi asserit hanc esse magis comm. opi. & alios al-
legat Soc. sen. cons. 56. n. 1. lib. 1. Nicolaus Loseus in
tract. de iure vniuersitatis p. 3. c. 15. n. 175. Chiof-
fus, cons. 107. n. 1. lib. 1. Feder. Prignanus. qui mul
tos etiam allegat cons. 12. n. 28. lib. 1. Rebuf. super
constit. Regni in prohemio gl. 1. nu. 57. & seqq. vbi
multa circa hoc adducit Guido Papa cons. 149. n. 1.
& cons. 221. n. 3. Pappon. cons. 29. n. 14. Carpan. su
per statutis Mediolanens. in praeludio, num. 553. vbi
multos alios allegat, & testatur de magis comm. opi.
Serafin. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 77. nu. 24.
Surd. cons. 2. n. 14. lib. 1. vbi multa ad hoc cumulat,
Morla in empor. vtriusq. iur. p. 1. tit. 1. q. 16. n. 1. Bo
rell. super Pragm. Odia litiũ §. 1. gl. 3. n. 257. Cened.
in collect. iur. Canon. collect. 2. n. 1. p. 2. & ratio hu
4 ius secundi effectus est, quia statuta regulãtur
à iurisdictione, & potestate statuentium, *Bart.*
in l. omnes populi in 1. q. 1. q. principal. ff. de iust. &
iur. Bald. in l. fi. C. de iurisd. omniũ. iud. Benincas.
in tract. de paup. q. 8. speciali 4. nu. 74. & vt valeat
5 statutum, & vt aliquos comprehedat requirit
omninò potestas statuendi super illos, *Bald. in*
c. Ecclesia S. Mariae, n. 2. de consti. vbi dicit q alias
statutum est ipso iure nullum, huius rei ea est
ratio qa nulla lex potest ligare, & comprehen-
dere non subditum, *c. 1. iunct. gl. de constit. c. 2.*
eodem tit. 1. in 6. c. à nobis de sent. excom. cum alijs
iurib. quae allegat Rebuff. in prohemio const. Galliae
6 *gl. 1. n. 59.* Sed in seculari Principe quo ad cleri-
cos deficit potestas, & consequenter eos non
comprehendit *DD. in d. c. Ecclesia S. Mariae, &*
in d. c. quod clericis, Corn. cõs. 145. n. 4. lib. 4. Paul.
de Cast. cons. 157. n. 1. lib. 2. vbi testatur de comm.
opi. Surd. cõs. 301. n. 46. Hondod. cõs. 20. n. 6. lib. 2.

7 Alia est ratio quia maior nõ põt abstringi, &
ligari lege sui inferioris, c cum inferior de maior.
& obediens, & nihilominus omnes Principes,
cæteris homines Episcopis obedire tenent, &
sunt inferiores clericis, c. omnes, & c. solitæ de ma
8 ioritate, & obedient. c. nouit de iud. c. per venerabi-
lem; qui filij sunt legitimi Rebuf. in consuet. Galliæ in
prohemio gl. 1 num. 60.

9 Ampliatur modo iste secundus effectus vt
nõ solum pcedat in Clericis ordinibus sacris
insignitis, verum ẽt, & in habẽtibus solum or
dines minores, vel primam tonsuram, qa nec
ipsi ligant statutis Principis secularis, c. 2. de
foro compet. c. Clerici de iudicijs DD. omnes in l. cũ-
ctos populos, C. de summ. Trin. & fide Cathol. & in
c. Ecclesia S. Mariæ de constit. Abbas in c. fi. de vi-
ta, & honest. cler. Ias. cons. 121. n. 1. & 2. vol. 1. &
Marsil. sing. 295. Gramma. dec. 29. n. 2. Plotus cõs.
30. n. 8. 11. & 13. cum sequentib. & n. 73. Decia. in
tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 59. & lib. 2. c. 35. nu 6.
vbi quam plurimos allegat Remig. de Gon. in tract.
de Charitat. subsidio q. 65. n. 3. in 15. to. tract. diuers.
p. 2. car. 192. Soc. sen. cõs. 57. n 12. lib. 3. Albertus
Brunus cons. 183. col. fin. vers. quinto, & vlt. car. mi
hi 56. in suis consilijs feudalib. lib. 2. Carpan. super
statut. Mediolan. in præludio, num. 568. in 1. par. de
Curt. de consuet. sect. 8. num. 57.

10 Ampliatur 2. vt prædictus secũdus effectus
procedat etiam si statutũ loqueret per verba
quantumuis generalia, & vniuersalia, vt si vte
ret verbis, quicunq; quilibet, & omnes, & simi
libus, vel si diceret quæuis persona cuiuscun-
que status, & conditionis existat adhuc non
comprehendit clericos, & Ecclesiasticas per-
sonas ex quo talia verba non extenduntur ad
personas exemptas, & nõ subiectas iurisditio-
ni statuentium, Bal. in l. omnes Populi, ff. de inst.
& iur. Soc. sen. cons. 74. n. 11. lib. 1. & cons. 56. n. 1.
lib. eodem, & cons. 241. n. 3. vol. 2. & cons. 57. nu.
11. vol. 3. & cons. 14. n. 1. vol. 4. Gozad. cons. 76. n.
12. Ias. in l. filius familias §. Diui in prima lectura
n. 83. ff. de leg. 1. Hondod. cons. 3. n. 26. lib. 1. & cõs.
20. n. 7. lib. 2. Roland. a Vall. cons. 4. n. 37. lib. 1. Se-
raf. de Serafi. in tract. de priuil. iuram. priuil. 77. nu.
24. vbi testatur de comm. opin. Boss. in tract. crim. in
tit. de principibus nu. 339. Lamberteng. in tract. de
contract. in fi. oper. n. 131. in fi. Feder. Pragman. cõs.
17. num. 30 lib. 1. Maluas. cons. 3. nu. 24.

11 Et ratio istius cõclusionis est, qa dispositio
statuentium limitat secundũ eorum potesta-
tem, & non credit voluisse illas psonas in gene
rali dispositione statuti cõprehendere de qbus
in specie disponere non potuissent, Abb. in c.
nobis, il 1. n. 4. & 5. de sentent. excom. Alex. cons.
210. n. 1. lib. 2. Soc. sen. cons. 40. n. 9. vers. sed in ca-
su modo lib. 4. Crot. cõs. 75. nu. 13. & seqq. lib. 1. &
cons. 370. n. 13. & 14. li. 3. Hondod. cõs. 3. n. 17. & 18
lib. 1. & cons. 20. n. 7. lib. 2. Alb. Mand. cõs. 8. n. 10.

12 Alia põt esse ratio qa verba genelia cõpre-
hendũt omnes pter priuilegiatos, Siluan. cons.
73. n. 4. Rim. sen. cons. 313. n. 12. lib. 2. Bursat. cons.
186. n. 33. lib. 2. Dec. in c. Ecclesiæ S. Mariæ n. 198
de constit. Ias. in d. l. filius familias §. diui in prima
lectura n. 182. ff. de leg. 1. Surd. cõs. 47. n. 24. Hõd.
d. cons. 20. n. 17. lib. 2. & cons. 101. n. 20. eodem lib.

13 Tertia põt esse ratio, qa verba quantumuis ge-
neralia intelligunt secũdum subiectã materiã,
& restringnntur ne odiosa compræhendant
Zuccard. cons. 75. num. 293.

14 Ampliatur 3. pdictus secũdus effectus vt sta-
tutũ laicorũ non valeat, neq; cõprehendat cle-
ricos ẽt si eis tollat illud qđ semel eis p longis-
simũ tempus, vel p aliud statutum fuit quæsi-
tũ, Bart. in l. priuil. in fin. C. de sacr. san. eccles. vbi
ait qđ statutũ quo cauet qđ singulis annis de
beat certa elemosyna ecclesiæ, nõ põt reuocari
p aliud statutum, Rom. sing. 438. vbi ẽt adducit
exẽplum prędictũ, idem dixerunt Domin. in c.
quæ in ecclesiarum col. 3. vers. venio ad tertium de
constit. & in c. 1. in vlt. opposit. eod. tit. in 6. Innoc.
in c. nouit. in verb. Theodosius de iudic. vbi eum cõ-
muniter sequuntur DD. Archid. in c. quicunq; 11. q.
1. Soc. sen. cons. 241. n. 2. vers. prima est lib. 2. vbi
testatur de cõi. opin. Alb. Mand. cons. 8. n. 18. lib. 1.
Fel. in c. ecclesia S. Mariæ de Constit. & in c. ad Apo-
stolicam n. 2. de simon. Landrec. cons. 103. n. 11. Osa-
rius in instit. moralib. 5. c. 13. vers. quinto quæritur
car. mihi 314. Vgolin. in tract. de simon. c. 9. §. 10.
n. 5. tabul. 10. annot. Franc. in add. ad Alex. in l. non
amplius ff. de legat. 1. vbi testatur ita fuisse iudica-
tũ per Collegiũ Patauin. Ant. Piag. in tract. de Cõ-
15 suetud. q. 3. n. 52. quia talis lex vel statutũ factũ
in fauorẽ non subditi videt transire in cõtra-
ctum. Alia erit ratio qa huiusmodi statutũ di-
16 ceret cõtra libertatẽ ecclesiasticã Vgol. in tract.
de simon. tab. 1. c. 9. §. 10. n. 4. vbi allegat in argu-
mentũ c. ecclesiarũ mater, & c. ecclesia S. Mariæ de
cõstit. Alia est ratio qa statutũ reuocari nõ põt
17 in præiuditiũ iuris qđ fuit quæsitum non sub-
dito prout sunt clerici Innoc. Abb. & alij oẽs. prę
cipuè Dec. n. 13. circa fin. vers. 3. ampliatur in c. no-
uit de iud. Natt. cons. 431. nu. 18. lib. 2. Surd cons.
262. num. 60. lib. 2.

Licèt contra præsentẽ ampliationẽ in hoc
contrarium tenuerint aliqui relati à Piag. in
d. q. 3. n. 11. Marsil. in tract. de Bannit. in verb. ec-
clesia n. 80. Bal. per illũ text. in l. si quis curialis C. de
Episc. & cler. & in auth. cassa vers. sed quæritur C.
de sacr. san. Eccles. & in l. de quibus vers. 6. quæritur
ff. de legib. Rim. iun cõs. 341. nu. 19. lib. 3. & cons.
619. n. 7. 8. & 9. lib. 6. & hij oẽs mouent ea ra-
tione ad ita dicendũ quia statuentes possunt
priuari clericos benefitijs ab ipsis statuentib.
inductis Fel. in d. c. ecclesia S. Mariæ. n. 27. de con-
stit. Bald. in tract. de statut. in verb. clericus nu. 7.
Surd. cons. 2. n. 43. lib 1. & cons. 386. nu. 22. lib. 3.

&

1 SExtus decimus effectus clericatus est, vt clericus nõ possit dari tutor ĩ testõ, neq. per Curiam, & dans peccaret, *c. Cyprianus, & ibi gl. 21. q. 3. c. peruenit vbi ẽt gl. 86. dist. l. generaliter, iuncta authent. sed hodie, C. de episc & cler. vbi DD. §. Deo amabilis vbi Bar. n. 1. in auth. de sanctiss. Episc. Spec. in tit. de tutor. §. generaliter, n. 10. glos. & comm. DD. in §. idem, & in milite instit. de excus. tutor. Franc. Aret. cons. 26. n. 3. vers. circa secundũ dubium Abb. in c. non eo minus, n. 15. de immu. eccl. Io. Honotom. in §. idem in milite, n. 3. instit. de excus. tut. Addent. ad Bal. in l. & post, n. 12. ff. de transact. Moli. de iust. & iur. tract. 2. disput. 121. vers. religiosus tutor car. mihi 889. & vers. clerici in sacris eadem carta Viui. dec. 151. nu. 7. Caualc. decis. 19. n. 15. lib. 3. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 65. car. mihi 203. Caroc. dec. 17. n. 20. Simon Maiol. in tract. de irregul. li. 3. c. 25. n. 2. Io. Pels in process. iud. tit. 5. nu. 9. Io. de Deo in doctrin. Aduocat. lib. 3. c. 10. n. 11. Caualc. in tract. de tutor. & curator. n. 288. Thomat. in trac. de muner. in §. seu sect. si quispiã, n. 10. car. mihi 276. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 18. Bertrand. cons. 116. p. 2. lib. 2. Ant. Piag. in trac. de tutor. & curat. q. 3. nu. 1. 2. & 3. Scrader in tract. de feud. p. 10. sess. 20. n. 27. Nicol. de Neapol. in l. sedet miles, in fi. princ. ff. de excusat. tutor. Maccabr. cons. 37. n. 81. Mõta. in trac. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 195.* vbi ponit rõnem ne scilicet clerici, qui sunt ministerijs ecclesiasticis ascripti, & in eis semper debẽt vacare, occupenẽ alijs negotijs ꝓfanis, quam rõnem ad hoc propositum adduxerunt ẽt *Cuiatius Nouell. 123. & in tit. de præscrip. c. 16. in fi. Germõ. in trac. de sacror. imm. li. 2. c. 15. n. 13.*

2 Ampliaẽ 1. iste effectus 16. vt in tantum sit verus, quòd clericus agens vti tutor datiuus, vel testamentarius, põt ei opponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci a limine iudicij *Io. de Deo in doctrin. aduoc. lib. 3. cap. 10. num. 11. Caualc. dec. 19. num. 15. lib. 3.*

3 Ampliatur 2. vt nec ẽt volentes pñt suscipere tutelam testamentariam, vel datiuã *Authẽ. presbyteros, & ibi DD. C. de episc. & cler. c. fi. dist. 86. c. Cyprianus 21. q. 3. gl. in l. generaliter in verb. ipso iure vbi ẽt Sal. & cæteri scribentes, C. de sacros. eccl. gl. in c. peruenit dist. 86. Spec. in tit. de tutor. §. generaliter, n. 10. Bart. cons. 143. lib. 1. Frãc. Aret. cons. 26. n. 3. Stefan. Bertrard. cons. 116. lib. 2. p. 2. Alciat. in tract. de præsũpt. reg. 3. præsump. 18. Caualc. in trac. de tutor. & curat. n. 288. Piagg. in eod. tract. q. 3. n. 1.* quos oẽs refert, & sequiẽ *Scrader. ĩ trac. de feud. p. 10. sect. 20. n. 27. ver. qnimo clerici.*

4 Ampliat 3. vt hic effectus procedat ẽt si clerico sit aliqd legatum cũ ista condõne, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia ea nõ obstante poterit legatum conseq. & à tutela se excusare *Alber. in Auth. presbyteros, num. 2. C. de*

5 *epis. & cler. Caroc. dec. 17. n. 18. & 19.* dicit idem esse in milite terrestris militiæ, *l. ab administratione, C. de legat. Bald. cons. 356. in princ. lib. 4. Angel. cons. 166. post princ. Grat. cons. 84. in fi. lib. 2.*

6 Ampliatur 4. vt hoc idem procedat in Episcopis, ac cæteris in dignitate constitutis, qui nec poterunt esse tutores, nisi miserabiliũ pſonarum, quarum bona perirent, nisi sint ab eis subleuati *Moli. in tract. de iust. & iur. tract. 2. disp. 221. vers. episcopus etiam tutor car. mihi 889.*

7 Ampliatur 5. vt clerici non solum excusenẽ à tutela, quæ eis defertur tpe quo sunt clerici, verum etiam ab illa, quã iã inceperunt administrare, namq. si volunt clericari, vel monacari pñt ab ea se excusare, *c. 1. iuncta gl. de oblig. ad ratiocin. Io. Pelss. in tract. process. iudiciar. tit. de tut. & curat. tit. 5. n. 9. f. 85. Vint. Mancin. de tutel. q. 7. prin. n. 28. f. 58. Borgin. dec. 19. nu. 15. Caroc. d. dec. 17. n. 20. Burg. de tutor. n. 288. Spec. in tit. de tutel. §. generaliter, n. 11. Mõtan. de tutel. c. 35. n. 199 f. 168.* & ratio vr̃ esse, qa dignitas superueniẽs soluit vinculũ obligationis præcedentis ẽt voluntariæ contractæ, *l. interdum, ff. de oper. liber.*

8 *Marsil. de fideiussor. n. 137.* ꝙ corroboratur ex eo ꝙ in simili dicimus de tutore cui supuenit infirmitas, quia, & is ꝓ infirmitatem superuenientem excusatur à tutela, quam prius administrare inceperat, *l. & nõ tãtũ, & l. post susceptã,*

ff. de

ff.de tute.l.2.§.his illud,C.quando mulier tutelæ mun.fungi possit,l.non solum,§.fi.ff. de excusat. tutor.& tot.tit.C.qui morbo se excus. Magoni. in Rot. Flor.dec.43.n.6.Aetius de infirm.p.2. in verb.tutela,n.2.Monta in tract.de tutel.c.35.reg.1.n.152 Siluester in §.item ppn.1. instit. de excusat. tut. &
9 idem dicimus de eo cui superuenit militia, qa propter militiam superuenientem excusatur à tutela,*l.milites vbi DD.C.q dari tutor possũt Ang. in §.item maior n.5.instit.de excusat.tutor.*nec admittunt *Monta.de tut.c.35.n.184.Caroc.d.dec.n.*18.& tñ clerici habent oĩa priuilegia concessa militibus armatæ militiæ,vt dicam *infra eff.19.n.1.*& voluerunt *gl. Bar. & Ang. in l. milites,ff. de iud. Euerard. in loco à milite armatæ militiæ, Caroc.d.decis.17.num.19.*
10 Et prædictorum oĩum rõ est, qa priuilegiũ superueniens non solum excusat à muneribus futuris,sed etiam à præsentibus *l. Spadonem,§. si autem quis,& l.iurisperiti in princ.ff.de excus.tutor.Mars.in repet.rub.ff.de fideiuss.n.136.Velasc.*
11 *dec.58.n.10.*& dignitas superueniẽs soluit vinculũ obligationis pręcedẽtis ẽt volũtariè contractę,*l.interdũ.ff.de oper.libe.Mars.d.rub.n.137.*
12 Nec obstat q̃ dici forrasse posset q̃ scilicet ex quo hoc impedimentũ est procuratũ, & pueneerat facto ipsius tutoris, ideo excusari non debet,*l.2.§.simili modo, ff. si quis cautio. vbi Bar. Siluest.in §.item tria onera,n.9.13.& seq. de excus. tut.clem.2.§.illis,& ibi gl.de pen.vbi Cardinal.Bertach.in ver.impedimentum vers.9.& 19.Surd.dec.189.n.28.& dec.203.n.15.& in tract. de alimẽt. tit.7.q.36.n.8.Io.Bapt. à Cost. in tract. de iur. & fact.ignor.inspect.20.n.3.f.42.idẽ Surd.cons 371.n.96.Serafi.de priuil.iuram.priuil.4.nu.102.cum*
13 *plur.seq.*vbi hoc multis medijs corroborat, & in terminis affectati impedimenti, vt quis se excuset à tutela, q̃ affectanti non prosit, latè *Sylueſt.in d.§.item tria onera, n.9. cum multis seq. instit.de excus.tut.*quia rñdeo q̃ prædicta nõ pcedunt in hoc impedimẽto, q̃ licet perueniat ex facto ipsius excusãdi, nihilominus non est pręsumendũ q̃ illud affectauerit malo animo, & vt oĩno se excusaret à tutela, sed vt Deo se dicaret, & transiret in famulatum dñi,quia qualia sunt principia,talia præsumunt principiata,vt dixi *sup.eff.1.lim.61.nu.*1098. vbi examinaui materiam de eo, q se facit clericum post patratũ delictum,quę oĩa ibi dicta multo ma-
14 gis militant in casu præsenti, & ne eadem repetã,ad ibi scripta me remitto. Est bene verũ q̃ si quis fecerit se clericum,& ppea fuit excusatus à tutela, non remanebit perpetuo excusat⁹,sed donec,& quousq; clericus permãserit, *§.itẽ q Reipublicæ,insti.de excus.tut.l.i oẽm rẽ,ff.de t it.et cur.datis ab hijs.*Et p hoc facit q̃ dixi *sup.*
15 *eff.3.lim.15.n.292.* vbi dixi q̃ clericus fruitur immunitate dum est clericus, & statim quod desinit esse clericus, deficit immunitas, sic ẽt dicimus de eo,qui est absens cã Reipublicæ,q post quam reuertit potest cogi recipere onus tutelæ,*l.non solum in princ.de excus.tut. Siluest.in §.item ij,qui num.9. instit.cod. tit.*
16 Et non solum clericus non potest esse tutor, vt dixi principio hui⁹ effect.& excusatur à tutela,q̃ de præsenti regit,vt dixi *in hac ampliatione*,verum ẽt si reperit esse de præsenti, vel fuisset de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum,nisi deposita tutela, & reddita ratione prærteritæ administrationis, *c. vnico de obligat.ad ratiocin.vbi omnes scribentes Paul. Mõtan.in tract.de tut.c.31.regul.1.n.199.*
17 Limitatur modo prędicta conclusio,siue effectus,vt non habeat locũ qñ pupilli sunt pauperes,vel miserabiles personæ,tunc.n. clerici, accedente authoritate superioris,non tantum pñt sed etiã cogunt tutelam suscipere, & agnoscere,*c.1.dist.88.c.peruenit 86.dist. l. & orfanotropos,C.de epis.& cler.gl.fi.inc.fi.dist.86.c.1.ne cler.vel mon.Isidor.Moscon.de maiest.militan.eccl. lib.1.p.2.c.2.vers.tutelas autẽ car. mihi* 411. *Honotom.in §.idẽ,& in milite n.3 instit. de excus.Molin.de iust.& iur.tract.disput.221.vers. religiosus Tutor,& vers.clerici in sacris car.mihi* 889. *Faber. in Authen.præsbyteros,C. de episc. & cler. Rebuff. super const.Galliæ in tit.de sent. prouis.art.3.gl.vlt. n.24.*vbi dicit,q̃ ad hoc pñt compelli *Foller. in add.ad pract.Maran.p.4.dist.11.nu.65.car. mihi 203.Graff.in dec.aur.p.2.lib.3.c.2.nu.12.Fusc.in sing.lit.C.n.113.* qui dicit q̃ isto casu potest dari ẽt monacus *Specul.in tit.de tutor.§. generaliter n.17.Piagg.in d.tract.de tutor.& curat.q.3.n.4.5. 6.& 7.Aret.in §.item maior.nu.6.instit.de excus. tu.Monta.in tract.de tutel.c.35.reg.1.n.197.Scrader.in tract.de feud.p.10.sect.20.n.23.ver. prætere-*
18 *rea,*Quæ limitatio sublimitat,vt tantum procedat qñ alius tutor non posset inueniri ita aptus,vt possit bona pupilli gubernare, & sic in subsidium *Io.Faber in Auth.presbyteros,C.de epis.& cler.& in §. minores instit. de excusat. tut. Aret.in §.item maior,num.3. circa fi.instit.eod.tit. Mont.& Scrader.in locis proximè allegatis.*
19 Limitatur 2.vt licet clericus non possit dari tutor per testatorem,neq. per iudicẽ compelli ad suscipiendum tutelam,nihilominus si vult poterit legitimam tutelam subire,*l.generaliter & Auth.presbyteros ibi posita,C.de episc.& cler.& ibidem gl.& Paul.de Cast. Bar. cons.143.lib.1.& in §.Deo amabilis,n.1. in Authen. de sanctiss. epis. & in l.legitimas,§.si legitimus,nu.1.ff.de legit. tut. glos.in c.peruenit 86.dist.& in l.generaliter in ver. ipso iure,& ibi Sal.& Io.Faber,C.de sacros.eccl.gl. in §.idẽ,& in milite in ver.nec volens, & ibi Ang. Aret.Io.Faber,& Siluester Aldob.instit. de excus. tut.Bald.in l.generaliter,n.13.& 14.C. de epis.& cler.& cons.45.n.1.vol.2.Spec.in tit.de tutor. §.genera-*

neraliter,n.10.Io.Ant.de Nig. ĩ clem. vnica,n.92. de vit.& honest.cler.Bertrand.conf.116.nu.1.lib. 2.p.2.Aret.in §.item maior,n.3.& 6.insti. de excusat.tut.& in §.sed hoc iure nu.3.& 6. de actilian. tut.Abb.in c.non minus,n.15.de immun.eccl. Frãc. Aret.conf.76.n.3.Caual.in tract.de tutor. & cur.n. 288.Viu.dec.151.n.7.Foller.in addit. ad pract.Marant.p.4.dist.11.n.65.car.mibi 203.Graff. in dec. aur.p.2.lib.3.c.2.n.13.Nicas. in §.& qui n.20.instit.de excusat.Io.de Deo in Doctr.aduoc.lib.3.c.10. n.11.Artman.in lib.2.pract.Forens.in miscellan.c. 2.obseru.8.n.8.Caroc.d.dec.17.n.20.Ant.Piagg. in tract.de tut.& curat.q.3.n.1.2.& 3.Molin.de iust.& iur.disput.221.ver.clerici in sacris car.mibi 889.Scrader in tract.de feud.p.10.sect.20. nu.27. vers.legitimã vero Thomat. in tract. de muner.in §. seu sect.incipien.si quispiam, nu. 10.car. mibi 276. vbi dicit, ꝙ ad hoc suadent ratione charitatis, & ꝙ ad Christianũ,ac religiosũ spectat suis sãguine cõiunctis opem ferre, & vlterius addit, quod vt possit suscipere huiusmodi tutelã requiritř licẽtia superiorũ, ex quo tutela est officium distrahens à diuinis, quod dixerunt etiã *Alciat.in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.18.n.*

20 *2. Caroc. & Caualc. in locis proximè allegatis.* Primo intelligas hanc limitationem, vt procedat tantum in clericis secularibus, secus in monachis,ac cæteris regularibus, & Episcopis, q̃ ad nullam tutelam admittuntur ẽt legitimã *Spec. in tit.de tutor.§.generaliter,nu.10.Io.Pelf. in process.iud.tit.5.n.9.Maccabr.conf.37.n.82.Molin.de iustit.& iur.tract.2.disp.221.ver. religiosus tutor.*

21 *car.mibi* 889. Secundo intelligas, vt clerici seculares vnã tãtũ, & nõ plures pñt suscipere legitimã tutelã *Monta.in trac.de tutel.c.35.reg.1.*

22 Tertio intelligas, vt admittanř ad tutelam coniunctorum vsq; ad quartum gradũ tantũ, & non vltra *Manci.in tract.de tutel.in 7.q. princ. n.2.n.28.Maccabr.conf.37.nu. 83. 84.& 85.* vbi rñdet *Io.de Plat.& Ang.& Aret.* tenẽtibus cõtrariã opinionẽ,& adducunt rationem.s.quia cum tutela reguletur à successione,& hæreditate,*l.1.in princ.ff.de legit.tut.l.fi.C.eod. tit. Auth. sicut hæreditas,C.eod. tit.* dicendũ est ꝙ sicut hodie clerici admittuntur ad succedẽdum vsque ad quartũ gradũ,§.*interdicimus in Auth. de ecclesia.titu.collat.9.* ita debent admitti ad tutelã,

23 *l.1.§.1.ff.de legit.tutor.Thom.d.nu.10.* vbi dicit, ꝙ tunc admittiř quando est ꝓximior pupillo, & eidem ab intestato successurus. Quarto intelligas,vt licet admittař ad prædictã legitimam tutelã si vult nihilominus non põt cogi ad eã subeundã,& acceptandam *Viui.dec.151.n.7.q̃* dicit ꝙ neque à iudice laico,neq. ab ecclesiastico põt ad hoc compelli *Bald.in l.presbyteros,nu. 1.C.de episc.& cler.multos allegat Bertach. in ver. clericus etiam in minoribus,Monta.in tract.de tutel. c.35.reg.1.n.196.* quidquid in contrarium tenuerit *Foller. in add.ad Marant.in pract. p.4.dist. 11.num.65. cart. mibi 203.*

24 Limitatur 2. & vlt. vbi clericus daret tutor pupillo,cuius tutela legitima testamento nõ facto ad istos clericos delata fuisset *Thomat. in tract.de muner.in §.seu sect.si quispiam,nu.10.car. mibi 276.Scrader in trac.de feud.par.10.sect.20. num.27. vers. & illud quòd.*

25 Quæro 1.an clericus tutor legitimus,qui noluit suscipere tutelam, priueř successione pupilli iuxta *tex.in l.sicut hæreditas,C.de legit. tutor.* & dico ꝙ non quia clericus põt succedere pupillo ẽt quod noluerit subire tale onus, *c. peruenit 86.dist.Graff.in dec.aur.p.2.lib.3.c.2.n.13.in fi.*

26 Quæro 2.an clericus ob non petitum tutorẽ pupillo, cui ad intestato erat successurꝰ ammittat ipsius pupilli successionẽ,& dico quod non,prout de hac quæstione fui latè loquutus *sup.eff.2.lim.31.num.241.& 242.*

27 Quæro 3.an filij religiosi prosint patri ad se excusandum ab onere tutelæ pp numerum filiorum,& dico quod sic *Monta.in tract.de tutel. c.35.reg.1.n.68.* sicut in simili dicimus ꝙ tales filij religiosi ẽt naturales parentibus prosit ad obtinẽdã immunitatẽ ob numerũ duodecim filiorum,& numerũ faciunt ita *Apont.cõs.16. n.21.vbi testatur de cõ. Gasp. Tesaur. in aureis addit.ad dec.sui patris dec.267.ver.ampl.nono.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici tenẽtur quotidie recitare horas canonicas iuxta Rit.S.Romanæ Ecclesiæ aliàs peccant mortaliter,& afficiuntur varijs pœnis nu.2.3.4.5.& 6. & an propter studium,nu.15.& 16.& quid in religiosis,qui non sunt in sacris,& monacis,nu.18. & 19.limit.in clericis in minoribus,nu.33.*

7 *Clericus beneficiatus ommittens dicere totum officiũ tenetur restituere ratam illius diei, & si matutinum, perdit dimidium ratæ.*

8 *Extrauagantes super recitatione officij procedunt in beneficijs simplicibus,& quid sub in beneficijs habentibus seruitium annexum.*

9 *Fructus in beneficijs cõputantur pro toto anno,& nõ pro vna die,qua forsan nõ percipiuntur fructus.*

10 *Restitutio fienda ex fructibus beneficij ob non recitationem officij,cui sit facienda.*

11 *Pauper an possit sibi applicare eleemosinam si est distribuiturus eleemosinam inter pauperes.*

12 *Clericus beneficiatus priuatur beneficio, si ter monitus per duos dies infra terminum quindecim dierum prætermiserit totum offitium.*

13 *Clericus potest facere compositionem cum Papa, vel Episcopo, vt aliqua pars fructuum beneficij applicetur fabricæ Ecclesiæ, quando non recitauerit officium,lim.num.14.*

17 *Milites Hierosolimitani tenentur recitare horas canonicas,prout alij religiosi.*

Con-

20 *Conuersi alicuius monasterij non tenentur dicere horas canonicas, sed certas orationes.*

21 *Clerici excommunicati, degradati, suspensi, & interdicti non excusantur à recitatione officij, sed non publice, num. 22.*

23 *Monialis quæ scit legere tenetur recitare officium.*

24 *Clericus itinerarius, & peregrinus an teneatur recitare officium, & quid in eo, qui est impeditus pro administrandis bonis temporalibus ecclesię, n. 25. & quid propter litem, nu. 28.*

26 *Consuetudo quòd impeditus non teneatur recitare officium non valet, secus si consuetudo esset circa modum recitandi, nu. 27.*

29 *Papa an possit statuere ꝙ clerici in sacris constituti non sint obligati quotidie recitare horas canonicas, lim. num. 30. & 32. (cas.*

31 *Clerici de iure diuino tenentur ad septẽ horas canoni-*

34 *Clerici in minoribus, licet non teneantur recitare officium magnum, tenentur tamen recitare officium B. Mariæ, secus quando sunt beneficiati, quia tenentur ad officium magnum, num. 35.*

36 *Clericus in minoribus, qui habet pensionem, tenetur recitare officium quotidie, sicut sacerdotes.*

37 *Clericus beneficiatus, si fructus beneficij sũt per Papam alteri reseruati, tenetur recitare officium, ẽt si seruiret per substitutũ in beneficio, nu. 38 ẽt si beneficium esset parui momenti, nu. 39. & 40.*

38 *Beneficiatus tenetur recitare officiũ ẽt si seruiret per substitutũ, aut esset parui momenti, nu. 39. & 40.*

41 *Clericus beneficiatus an teneatur recitare officium si non possidet beneficium, licet fuerit ad illud promotus, & alius reperiatur intrusus.*

42 *Clericus resignans beneficium statim quòd illud transtulit in alium est liberatus.*

43 *Clericus ĩ minoribus, qui ratione beneficij tenetur recitare officiũ, si illud non recitat tenetur restituere ratam fructuum, & peccat mortaliter, & nu. 44.*

45 *Infirmitas grauis excusat clericũ à recitatione officij, & nu. 46. nec ẽt tenetur audire illud, nu. 47. 48.*

49 *Clericus qui propter infirmitatem nõ tenetur recitare officium non cogitur aliquid dicere eius loco, nec post reconualescentiam reiterare, nu. 58.*

50 *Iustum impedimentum quod euitari non potest sine scandalo excusat à recitatione officij.*

51 *Clericus qui ob paupertatem non habet breuiarium an excusetur à recitatione officij.*

52 *Clericus non satisfacit recitando officium cum labijs, sed requiritur attentio.*

53 *Horæ Canonicæ debent recitari continuè quantum fieri potest, & non sunt interrumpendæ.*

54 *Ommittens per errorem, vel aliã causam dicere vnã horã, & dixit sequentem non tenetur ambas iterũ recitare, sed ommissam tantũ, ita in salmis, nu. 55.*

56 *Clericus obligatus recitare officium tenetur illud recitare secundum consuetudinem diœcesis in qua est beneficiatus.*

57 *Clericus existens in peccato mortali recitando officiũ non meretur.*

59 *Clericus habens plura beneficia non tenetur pluries recitare officium, & quid si beneficia essent in diuersis diœcesibus differentibus, nu. 60.*

61 *Clericus secularibus potest recitare officium in quacumque hora diei.*

62 *Matutinum cum laudibus potest dici de sero pro die sequenti.*

63 *Religiosus assumptus ad Episcopatum, vel ad aliam curam ecclesiæ secularis non tenetur dicere officiũ secundum ordinem religionis.*

64 *Recitans officiũ deglutiendo uersus salmorũ smorzando verba non satisfacit præcepto recitandi officiũ.*

65 *Recitans officium priuatè non tenetur stare genuflexu, nec capite denudato.*

DECIMVSSEPTIMVS EFFECTVS.

1 Decimus septimus effect. clericatus est, vt clerici teneantur quotidie ricitare horas canonicas iuxta determinationem, & Ritum S. Romanę Ecclesiæ præter aliquos religiosos, qui habent officium propriũ, alias illud non recitãdo peccat mortaliter, & licet de materia pñtis effect. integros tractatus fecerint *Nauarr. in comment. de oratione, & horis canonicis, & Marcell. Francol. in tract. de tpe horarum canonicarũ,* nihilominus circa eum breuiori methodo ꝓcedendo ea solum referã, q̃ mihi vñr magis vtilia, & vsu frequentia, dico ergo quod clerici tenent recitare psalterium quotidie, vt dixi, ita habet *in c. dolentes de celebr. Missarũ. gl. in c. si. 91. dist. Abb. in c. 1. n. 4. de celebrar. Missar. & in c. tuis, n. 7. de præbend. Turrecr. in c. presbyter, nu. 8. 91. dist. Nauarr. in manual. confess. c. 25. n. 97. & 98. Iacobus de Carolis in gẽmato pauone colore 6. nu. 28. & 32. vers. hinc legitur in exodo car. mihi 273. Lancell. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Pontifice Maximo nu. 20. cart. mihi 167. Cabbell. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. glos. vnica cart. mihi 174. Nauarr. de horis canonicis, cap. 6. num. 1. & 2. summ. Rosell. in ver. horæ canonicæ, in princ. Riminald. iun. consil. 672. nu. 63. lib. 6.* in tantum ꝙ clerici non recitantes
2 diuinum officium singulo die, variis pęnis afficiunt, quarum prima est, quod peccant mortaliter, & hoc, tã si dimittunt totum officium, q̃ si aliquã partem notabilẽ ipsius; qa semper cõmittunt vnum peccatum, licet dimittãt totum officiũ sic ẽt si dimittunt tres, vel duas horas, vnum tñ cõmittunt; qa habet rõ ad vnum officium, & non ad plura *Hẽric. de Gandau. quolibet. 29. q. 30. Ang. in summ. in verb. hora, §. 10. Palud. in 4. dist. 15. q. 5. Turrecrem. in c. Eleuterius, nu. 1. & 5. dist. 91. Flam. Parisi. in tract. de confiden. q. 9. n. 49. Zerol. in prax. episc. in verb. horæ canonicę, §. 9. Nauar. in d. encher. de horis canonicis, c. 25. n. 97. c. 7. nu. 5. 6. & 9.* vbi dicit, ꝙ idẽ est in proponente, & deliberante non recitare per illam

 diem,

diẽ, vel illã horã; quia si pęnitentia ductus horas recitauerit non ꝑpea euitabit peccatũ mortale, quod iã cõmiserat per illã deliberationẽ.

3 Secunda est pęna suspensionis, vt not. oẽs, & præcipuè *Anch. in 6. not. nu. 6. in c. volentes de celebr. Missar.* quã pęnã incurrunt postquã fuerit ter moniti, vt ibi habeẽ. Tertia pęna est, vt

4 possint puniri arbitrio sui iudicis *Scribent. super cõsuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 35. Diaz in pract. canon. c. 49. Ripa in repet. l. fi. q. 66. C. de reuocan. donat. Fel. in c. postulasti de rescript. nu. 7. Menoch. in tract. de arbit. iudi. cas. 428. nu. 3. Gaspar Cabbell. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. glos. 1. nu. 6. cart. mihi 174.*

5 Quarta, & vlti. (quæ multis vr̃ cæteris grauior, & durior) pęna est, vt teneantur restituere ratã fructuum bñficii (si qđ habent) illius diei, vel horæ, quã prætermittunt *Calder. in c. 1. de celebrat. Miss. Gemin. in c. 1. dist. 42. & in c. fin. col. 1. de rescript. in 6. c. si canonici. §. scripturi, vbi oẽs scribentes de offic. ordinar. in 6. Nauar. in encherid. de orat. & horis cano. c. 7. n. 32. Fel. in c. postulasti, nu. 6. vers. & scias quod, de rescript. Abb. in c. 1. nu. 8. de celebrat. Miss. & in c. diuersis, nu. 2. de cler. coniug. Anch. in c. & si Christus, nu. 16. de iureiur. Flam. Paris. in tract de confid. q. 9. n. 50. Brun. à Sol. q. 40. n. 13. Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6. Couarr. in lib. 3. variar. resolut. c. 13. n. 10. Dec. in c. cũ oẽs in 2. lect. n. 2. de const. Gãbar. in tract. de offic. legat. lib. 6. n. 328. Marquat. in tract. de celibat. p. 1. c. 3. n. 6. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. sacrosanctæ, nu. 13. C. de episcop. & cler. Fernand. Vasq. in tract. de succes. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. n. 56.* vbi alios allegat *Menoch. in tract. de arbitr. iud. cas. 429. nu. 4.* vbi dicit, ꝙ hæc pœna est introducta per quãdam *constĩonem editam in Concilio Lateranensi sub Leone X. in sess. 9. §. itẽ statuimus* prout eamdem *constĩonem* refert *Nauarr. d. n. 32.* vbi ẽt simul cũ *Menoch. in add. ad cas. præd. n. 1.* recenset quãdam *extrauagant. Pij Papæ V.* per quam disponitur, & datur modus restõnis. s. ꝙ si dimittit totum officium tenetur restituere ratam illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tantum, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cęteras horas, perdit ẽt dimidium, & si ꝑmittit vnã horã, vtputa cõpletorium, vel primã, perdit tm̃ sextã partẽ ꝓuentus illius diei, ex qua *constĩone Concilij Lateranẽsis, & extrauagant. Pij V.* abrogatur opinio illorum, q dixerunt ꝙ non amittit fructus, sed tm̃ peccat mortaliter clericus bñficiatus non recitans horas canonicas, quos referunt *Menoc. Nauar. & Vasq. in locis sup. allegatis*, sed si clericus, tã ex er-

6 rore, q̃ ex negligentia ꝑtermiserit aliquã particulã, vel aliquos versus, vel male recitauerit, & pronuntiauerit, non propterea tenebitur ad restitutionem Sotus *d. art. 6. col. 4. vers. subtexitur nihilominus quarta conclusio Menoc. d. cas. 429. n. 5. Card. Tolet. lib. 2. instruct. sacerd. c. 12. n. 5. & 6.*

7 Modus aũt restõnis faciendæ ex dispositione ꝑdictarum extrauagantiũ Leonis Decimi, & Pii V. est ꝙ si clericus bñficiatus dimittit totum officium teneẽ restituere ratã illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tm̃, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cęteras horas ꝑdit ẽt dimidium, at si ꝑtermittit vnã horã tm̃, vtputa completorium, vel primã, perdit solum sextã partem ꝓuentus illius diei, q̃ tñ extrauagãtes ꝓcedunt in bñficijs simplicibus, & non habentib. aliqđ serui-

8 tium annexum, at si hęret seruitium, tũc puto ꝙ restõ dẽt fieri ꝑ modum, vt sup. deducto tñ id qđ bñficiatus mereẽ rõne seruitii ꝑstiti, vt si in bñficio teneẽ quotidie dicere Missã, nãq; si eo die, quo recitauit Missã dimisit officium, teneẽ restituere id, qđ supest deducta parte, quã mereẽ ꝓ missa, & fruct⁹ dẽnt cõputari ꝓ toto anno, & non ꝓ vna die, & ꝑsertim vbi ꝓuent⁹

9 sunt incerti, ex quo si vna die perueniunt decẽ & ĩ alia duo, & ĩ alia nihil & dimittit officium illa die, qua nihil ꝑcepit non põt dicere ꝙ nihil teneẽ restituere, ex quo illa die nihil ꝑcepit, nec si die, quo non dicit officium, recipit decẽ, teneẽ restituere illa decẽ, sed tm̃ ꝓ ratha iuxta ꝓuentus totius anni, ad tradita ꝑ *DD. ĩ c. 1. ĩ tit. hic finitur lex ĩ vsib. feud. & Boer. cõs. 23. & ꝑ Thes. dec. 56. Ioseph Lud. Perus. dec. 79. Caroc. de locat. in tit. de vsufr. q. 23. nu. 3. & seq. & q. 24. Viu. dec. 8. Surd. de alim. tit. 1. q. 33. n. 25. Alba. cõs. 639. lib. 4. Anch. iun. q. 13. n. 11. lib. 1.* q oẽs ponunt quo ordine, & q̃o sunt diuidẽdi fructus, & dicunt ꝙ considerant ꝓuentus toti⁹ anni, & sic sunt di-

10 uidendi. Et ꝑdicta restitutio non ẽ opus, vt fiat fabricæ ecclesiæ, ĩ qua ẽ constitutum bñficiũ, sed satis ẽ, vt distribuaẽ inter pauperes, ideo si is q restituere teneẽ esset pauper, poterit illud sibi applicare de cõsilio confessarii, qa q teneẽ aliqđ distribuere pauperibus, põt illud sibi ad-

11 dicere, ita *Nauar. ĩ Encherid. de orat. & hor. can. c. 7. nu. 33. & 34.* & qđ possit qs sibi applicare qđ teneẽ distribuere inter pauperes, si ipse est pauper, dixerunt *Paul. Alilazar. ĩ clem. vnic. de testa. & ibi Card. q. 22. Rip. ĩ trac. de reme. ad cõser. vber. n. 164. Soc. cõs. 11. n. 6. lib. 1. Paris. cõs. 29. n. 22. lib. 4 Mant. de interpret. vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 9. Surd. de ali. tit. 1. q. 94. n. 4.* sicut ẽt electus ad distribuendũ inter pauperes põt eligere, & distribuere in consanguineos pauperes, q̃ in extraneos, *c. ceterũ 86. dist. c. peruenit 1. q. 3. Abb. in c. vt supra col. fi. de reb. eccl. non alien. & in c. peruenit, nu. 1. de arbitr. Affl. dec. 200. quidã, nu. 10. Bart. & Ang. & Imol. in l. illa institutio ff. de hæred. instit. Alex. in l. dictus, nu. 5. ff. ad l. Falc. Beniucas. de paupert. tit. de iudic. q. 7. in 5. special. nu. 23. f. 86. Tiraqu. in tractat. piæ causæ in præfation. colum. 7. vers. & facit pro prima parte, fol. 2. Fideric. de Sen. cons. 33. nu. 3. vers. item pone Surd. de alim. tit. 1. q. 93. nu. 5.*

Et

Et clericus beneficiatus monitus ter, si moni-
12 tionibus non obstātibus p duas vices, vel dies prætermiserit totum officium infra spatiū 15. dierum, poterit beneficio priuari *Diaz. in prac. in verb. officiū*, prout cum allegat *Corrad. in tēpl. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. n. 21. cart. mihi 167. Menoch. in tract. de arbit. in add. ad cas. 429. nu. 2. & 4.* vbi ex
13 Soto dicit, qd clericus pōt facere cōpositionē cū Sūmo Pontifice, vel Epo, vt aliqua fructuū quātitas p eius volūtate, & arbitrio, fabricę ecclesiæ applicet, & qd dum alias dixit q̃ cleric⁹ ommittēs recitare officiū, debeat puniri pœna arbitrio iudici dēt intelligi de hac pœna, vt cōponat se cū supiore q̃ dixit ēt *Mars. colū. de red-*
14 *dit. eub. p. 3. c. 33. n. 10.* vbi alios allegat, at si qs sub hac spe se cōponendi non fuerit ita sollicitus recitare officiū, & illud dimiserit, ei nullatenus proderit cōpositio hmōi, nisi id explanauerit Pontifici, vel Epo cōpetenti, per ea, q̃ latè scripsi *in meo trac. de excep. excep. 17. n. 40.* vbi dixi q̃ peccās sub spe indulgētię ad hoc vt legitime sit absolut⁹ debet hāc qualitatē exprimere.
15 Ampliat 1. pdictus 17. eff. clericatus, vt nec & pp studiū clericus excuset à recitatione officij, qa occupatio studij, vel lectionis nō excusat ab isto præcepto *Archid. in c. eleuterius 91. dist.* vbi ēt *Turrecre. n. 7. gl. in c. licet 8. q. 1. Card. in clem. 1. in fi. prin. de magist. Bertac. in reper. in ver. clericus studēs, & in ver. clericus nō excusatur S. Raimund. in sum. in tit. de offi. cler. Plou. in trac. de horis canonicis p. 1. q. 6. Rosel. in sum. in ver. horæ canonicæ, n. 4. Albert. Ferrar. in tract. de horis canonicis, n. 22. Trot. in tract. de profecto clerico, c. 42. Horat. Laicus in trac. de priuil. secularium priuil. 100. Menoc. in tract. de arbitr. in add. ad cas. 429. n. 20. ver. verum à prædictis,* vbi *n. seq.* respondet iuribus adductis p contraria opin. *Nauarr. in præd. enche-rid. de orat. & horis can. c. 11. n. 32.* vbi dicit q̃ me-
16 lius est orare, q̃ studere, vel legere, & quod maledictū est studiū pp quod relinquit diuinū officium, q̃ ampliatio limitat vbi studium esset oīno necessarium, vt pro liberando aliquem a morte, vel pro fide defendenda, vel pro ea prędicanda, & propaganda *Turrecr. d. nu. 7.*
17 Ampliat 2. in militib. Hierosolimitanis, q & ipsi tenent recitare horas canonicas, put alij religiosi *Alc. cōs. 29. n. 6. Meno. cōs. 54. n. 17. lib. 1.*
18 Ampliat 3. in monacis, ac cęteris religiosis q tenentur dicere quotidie officium iuxta ordinē suæ religionis *Turrecr. in c. 1. n. 13. 91. dist.*
19 Subampliat hæc ampliatio ēt si religiosi nō essent in sacris constituti *Turrecrem. in loco proximè cit. n. 14. Rosell. in sum. in ver. horæ canon. circa prin.* vbi dicit q̃ hæc conclusio procedit ēt si ita pfessus non hēret aliquem ordinem, nec ēt primā tonsuram, quia sufficit, vt sit professus.
20 Limitatur tñ præsens ampliatio in religiosis conuersis alicuius monasterij, q non tenentur dicere horas canonicas, prout in psalterio, sed tātum dicere certas orationes secundum modum sibi taxatum iuxta statuta, & constōnes sui ordinis *Turrecrem. & Rosell. in loc. sup. alleg.*
21 Ampliatur 4. in clericis excōicatis, degradatis, suspensis, vel interdictis, qui pp talem pęnā non excusātur à recitatione officij *Arch. Card. Alexandr. & Turrecrem. n. 4. & cōiter scribentes in c. præsbyterum 28. dist.* idē *Turrecr. in c. 1. n. 11. & 12. 91. dist. Vital. in clem. graui nu. 18. de celebr. Missar. Rosell. in sum. in ver. horæ canonicæ, nu. 21. & 22. Brun. à Sol. q. 40. n. 4. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 82. n. 17. Nauar. in comment. de horis can. c. 7. n. 17. & 18. Marian. Soc. iun. in c. sacris, n. 134. &*
22 *seq. de sent. excom.* vbi adducit diuersas rationes p ista ampliatione. Et licet clericus excōicat⁹ suspēsus, interdictus, vel degradatus teneatur recitare officiū, non ppea poterit illud recitare publicè, & cum alijs in Choro; sed dēt illud priuatim, & separatim recitare, *Turrecre. Vital. & Soc. in locis proximè allegatis S. Raimund. in sum. lib. 3. in tit. de præcept. diffin. excomm. §. 42. vers. ad quartū car. mihi 422.* vbi *Io. Frigburg. in add. in lit. Z, Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. c. 21. nu. 10.*
23 Ampliatur 5. in monialibus, quæ sciunt legere *Turrecrem. in c. 1. n. 15. 91. dist.* vbi dicit, q̃ de istis est dicendū, put de religiosis *Nauarr. in d. comment. de orat. & hor. can. c. 21. n. 19.* qui dicit q̃ debent esse professæ tantum *Tolet. lib. 2. Instr. sacerd. c. 12. nu. 7.*
24 Ampliatur 6. in clerico itinerante, vel peregrinante *Card. in clem. 1. §. 1. not. 5. in 4. q. de celebrat. missar. Bertach. in reper. in verb. clericus itinerans, Nauarr. in comment. præd. c. 11. nu. 33.* vbi loquitur de clerico peregrinante ad Vrbem.
25 Ampliat 7. in eo, q est impeditus p administrādis bonis tēporalibus ecclesiæ; qa tale impedimentū non pbat iustā cām excusādi clericū à recitatione horarum, licet excuset, vt illas non teneat recitare in Choro; sed possit satisfacere in quocumq; loco, vt in domo, in itinere, equitādo, vel peditādo *Anch. in c. psbyter, n. 17. de celebr. Missar. Vital. in clem. graui, nu. 76. eo. tit.*
26 Ampliat 8. vt nec valeat cōsuetudo in cōtrariū; qa talis diceret potius corruptela, q̃ cōsuetudo, ideo ea non obstāte clericus sēper tenet recitare officiū, alias cōmittit peccatū mortale, & tenet ad restōnem fructuū bñficij si quod hēt *Bertac. in reper. in verb. clericus non excusatur.*
27 Est bene verum q̃ si cōsuetudo esset circa modum recitādi officium, vt quia permitteret, & esset obseruatum, vt statim post meridiem possit dici matutinum pro die sequenti, vel quod de sero possit dici prima, vel aliæ horæ pro die sequenti, talis consuetudo fortasse posset substineri per ea, quæ dixi *supra effect. 1. ampliat. 62. limit. 1. num. 388.* prout puto quod sit valida consuetudo quod sacerdos possit celebra-

re antequã recitauerit matutinum cum laudibus, licet in cõtrariũ sint oẽs fere antiqui DD. tñ, vt recensiores dñt, non peccant mortaliter sacerdotes celebrantes ante dictũ matutinũ, at hoc non sine saltim aliqua cã faciendũ est, ita *Tolet.d.lib.2.instrum.sacerd.c.1.n.7.* ꝙ cõiter ab oĩbus modo est recepta opinio modernorum, quod sine labe peccati potest sacerdos celebrare Missam antequam matutinum recitauerit.

28 Ampliatur 9. vt nec etiam propter litem clericus excusetur à recitatione officij *Bercach. in d. verb. clericus non excusatur.*

29 Ampliatur 10. ſm aliquos, vt nec Papa posset statuere ꝙ clerici in sacris constituti non essent obligati quotidie recitare horas canonicas, quia esset disponere, & statuere contra ius diuinum, vt in *Psal.118. septies in die laudẽ dixi tibi*, ꝙ est relatum *in c.1.de celebrat.Missar.* & voluit *Borgas. de irregul.p.3.concl.1.nu.12.car.mihi*

30 44. qui dicit ꝙ licet Papa non posset gñraliter statuendo hoc facere, poterit tñ dispensare cũ vno clerico, si non super toto, saltim super tanto, & hoc ex cã, *Io.de Lignan.& Vitalin.in clem.1. de celebr.Miss.Turrecrem. in c.eleuterius, nu.8.91. dist.Albert.Ferrar.in tract.de horis, can.nu.9.Cardin.in d.clem.1. in 6.not. de celebr.Missar.Abb. in c.fi.in 3.col.eod.tit.Fel.in c.fin.nu.8.de maiorit.& obed.Nauar.in cõment.prędicto c.11.n.24.Corrad. in templ.iud.lib.1.c.1.de Pontif.Maxi.§.4.nu.22. f.167.Param. in d.tract. lib.3.q.1.nu.44.Menoc. d.add.n.17.Rosell.in summ.in verb.horæ canonicæ,*

31 qui dicit ꝙ de iure diuino clerici tenentur ad septẽ horas canonicas, sed quò ad determinationem non est de iure diuino, ita vt dicto iure sit determinatũ tale officium qa talis determinatio est de iure positiuo, ex quo sequitur ꝙ Papa põt dispensare circa modum, & sic vt dicatur vnum officium ꝓ alio, quod clericus dixit *Alfon.Aluar.in Spec.iur.Pontif.c.33.in princ.*

32 *Corrad. d.nu.22.* Et licet hæc dispensatio possit fieri per Sũmum Pontificem, non tñ poterit ꝑ Epm *Nauarr.eod.n.24.Turrecrem.& Arch. in d. c.eleuterius, Menoc. in d.add.ad cas.429.n.18.* Sed cõtraria opinio est verior.s. quod Papa potest dispensare ꝙ clerici in sacris non teneant recitare officiũ, seu horas canonicas *Siluest.in sum. in verb. hora q.8.* nec ratio primæ opinionis est vera, nã non oĩa, quæ legunt̃ in scriptura, sunt de iure diuino, alioquin teneremur pugnare cum Golia, & besĳs, vt fecit Dauid, sunt.n. de iure diuino, quæ præcepto morali præcipiunt̃ in scriptura, non aũt ea, q̃ ceremoniali, vel legali, de qua re vide *D.Th.1.2.q.103.* põt igitur Papa dispensare quod clerici in sacris non teneant̃ ad recitandũ horas canonicas, sed non põt facere quin teneant̃ ad regratiãdum Deo per aliquid indeterminatum, & voluntarium.

33 Limitatur Primo prædictus 17. effectus in clericicis in minoribus constitutis *Abb ĩ clem. graui, nu.1.de celebr.Missar.& ibi ẽt Vital.nu.14. Turrecre.in c.1.n.4.dist.91.Rosell.in sum. in verb. horæ canonicæ, nu.2.in fin.Corrad.in tẽpl. iud.lib.1. c.1.de Pontifice Maximo, §.4.n.20.car. mihi 167.* vbi dicit, ꝙ hoc est introductũ de consuetudine, ꝙ secus est de mente iuris diuini, quo iure ẽt constituti in minoribus vñr teneri ad recitationem officij, *Nauar.in cõment. de horis cano. c.7.num.12.* & vltra prædictos idem quasi sentiunt omnes allegati in ipso effectu.

34 Sublimitatur Primo hæc limitatio secundũ aliquos, vt licet clerici in minoribus non teneantur recitare officium diuinum magnum siue salterium, ꝑut in sacris constituti, tenetur nihilominus dicere, & recitare officium B.Virginis Mariæ *Abb.in d.c.1.n.6.de celebr.Miss.vbi nu.7.* dicit ꝙ ex quo hodie consuetudo hoc nõ obseruat, ideo illud non recitantes excusantur ab omni peccato quod dixerunt ẽt *Turrecrem. in c.1.nu.5.91.dist.& latius, Nauar.d.c.7.n.13. & 14.* vbi dicit, ꝙ si extat consuetudo, vt insigniti tantum minoribus ordinibus recitent prædictum officium B. Virginis, vel aliud, vel aliquod psalmum, tunc tenentur illud recitare, prout constituti in ordinibus sacris.

35 Sublimitatur 2. qñ clericus in minoribus constitutus esset beneficiatus, quia is tenetur officium quotidie dicere, ꝑut constituti in sacris *Abb.in c.1.n.3.& 4.de celebr.Missar.Turrecr. in c.1.n.4.dist.91.Corrad.in tẽpl.iud.lib.1.c.1.§.4. n.20.car.mihi 167.Vital.in clem.graui, n.12.de celebr.Miss.Paris.in trac.de cõfid.q.9.n.49.Bal.in l. Neſcẽnius, n.3.et ĩ l.si duas, n.8.ff.de excus.Marqu. in trac.de celebr.p.1.c.3.n.5.Brun.à Sole q.40.n.9.*

36 Primo ampliatur hęc sublimitatio ſm aliquos, vt non solũ ꝓcedat in bñficiato, verũ ẽt in eo, q h̃et aliq̃ pensionẽ, *Gãbar.in trac.de offic. legat.lib.6.nu.326.cũ plurib.seqq.* vbi ad hoc adducit multas rõnes, *Nauar.in cõme. de horis can. c.21.n.10.* vbi dicit, ꝙ hoc est expeditũ per *Bullã Pĳ V.* q̃ obligat pẽsionarios ad recitandũ quotidie officiũ B. Mariæ, *& cõs.22.n.2.in tit.de celebr.Miss.in 1.to.car.mihi 763.à Sole d.q.40.n.12.*

37 Secundo ampliat̃, vt hoc idẽ ꝓcedat in clerico bñficiato, cuius bñficij fructus sunt ꝑ Papã alteri reseruati, *Nauar.in cõmen.de horis can.c.21 n.12.* q adducit rõnẽ, qa Papa non reseruat fructus sine consensu bñficiarij, & per consequẽs per eum stat, quo minus fructus consequatur, & quia obligatio recitandi, principalius ex titulo beneficij, quam ex pęceptione fructuum peruenit, & respondet etiam argumentis allegatis per tenentes opinionem contrariam.

38 Tertio ampliat̃ ẽt si is clericus bñficiatus seruiret per substitutũ in bñficio *Abb.in c.1.n.3. de celebrat.Missar. in sũma in verb. hora canonicæ, n.1.& 2.Nauarr.in cõmen.præd.c.11.n.32.in fi.* vbi

vbi dicit, ꝙ licet diſputãdo poſſit defendi contraria opinio, non eſt tñ hoc cõſulendũ, eo qđ ei repugnat communis teorica, & praxis qdquid in contrarium tenuerit *Turrecrem. in cap. Eleuterius, num. 11. diſt. 91.*

39 Quarto ampliatur etiam ſi beneficiũ eſſet tenue, & parui prouentus *gl. fi. in c. 1. de celebr. Miſſ. & in c. clericus victũ 91. diſt. & ibi cõiter ſcribentes Cardi. in c. clem. 1. de celebr. Miſſ. Alber. de Ferrarijs in tract. de horis canonicis q. 8. Nauar. in repet. c. quando diſt. 1. not. 7. n. 27. & conſ. 3. n. 1. in fi. in tit. ne cler. vel mon. in 1. to. car. mihi 780. Turrecr. in c. 1. n. 8. 91. diſt. Couarr. in lib. 3. variar. reſol. c. 19. n. 8. Silueſter in ſum. in verb. hora §. 2. ver. ſecundum Marquat. in tract. de celebr. p. 1. c. 3. n. 7. Brunor. à Sole q. 40. nu. 1. & 11.* qui dicit, ꝙ hæc ampliatio hẽt locum ẽt ſi bñficium ſit ita exiguum, vt inde non percipiat neceſſaria alimẽ-

40 ta *Zerol. in praxi Epiſcop. in ver. beneficia, §. 4. ver. quartum dubium, & verſ. ſextum dubium,* vbi dicit idem procedere ſi beneficium eſſet penitus ſine redditibus, ſed ſolum haberet titulum, & *in ver. horæ canon. §. 2.*

41 Sublimitaẽ tamẽ hæc ſecunda ſublimitatio ita ſuperius ampliata, vt non ꝓcedat qñ clericus ad huc re ipſa non poſſidet beneficiũ, licet ad illum fuerit promotus, vt qa alius reperiẽ intruſus in eo beneficio, & litigaẽ de illius illegitima inſtitutione, & poſſeſſione, qa dũ pendet talis lis non teneẽ dicere officium *Nauar. conſ. 14. in tit. de celebr. Miſſ. lib. 3. Menoc. in tract. de arbitr. iud. in add. ad caſum 429. nu. 24. Zerol. in verb. beneficia, §. 4. ver. quartum dubium, & ver. octauum dubium,* vbi certo modo diſtinguit.

42 Sublimitaẽ 2. qñ iã reſignauiſſet beneficiũ, quia ſtatim ꝙ illud in alium tranſtulit, ſi alio reſpectu, vt ordinis, vel voti, non tenebaẽ, erit liberatus ab obligatione recitandi *Nauarr. in commentar. de hor. can. c. 7. & 19. & 30. & in repet. c. accepta, oppoſit. 5. num. 21. de reſtit. ſpol. Pariſ. in tract. de reſign. benefic. lib. 1. q. 9. n. 1. & ſeq.* vbi adducit rationem pro iſta ſublimitatione.

43 Et nota ꝙ clericus in minoribus, q rõne beneficij tenet recitare officiũ, ſi illud nõ recitat non ſolum dẽt reſtituere fructus pro ratha per modum vt ſupra, verũ ẽt peccat mortaliter ſicut conſtitutus in ſacris, *Nauar. de horis cano. c. 5. n. 18. Tho. Zerola in praxi Epiſcop. in verb. beneficia. §. 4. ver. ſecundum dubium car. mihi 32. & in*

44 *verſ. 3. dubium, & in ver. 5. dubium,* dicit ꝙ clericus in minorib. tenetur dicere officium à die collationis nõ poſſeſſionis qñ ab illo die incipiunt currere fructus ꝓmoto, ſi vero incipiũt currere à die poſſeſſionis ẽt ab illo die tenetur dicere officiũ, ad quod alios allegat, ꝙ tñ intelligo ꝓcedere, vt à tali die incipiant currere ſex menſes, nõ aũt vt ſtatim teneatur recitare officium, iuxta ea, quę dixit ipſemet *Zerol. in ver. octauum dubiũ,* an autem cleric᷒ ommittens recitationem officij debitã rõne ordinis, & bñficij, peccet duplici malitia, *vid. Sanchez in tract. de matrim. lib. 9. diſput. 15. n. 5. & 6. 10. 3.*

45 Limitaẽ 2. qñ clericus eſſet aliqua graui infirmitate oppreſſus, quia pp eã excuſabiẽ à recitatione officij, *c. ad audientiam de cler. non reſident: c. clericus victum 91. diſt. Turrecr. in c. 1. nu. 2. & in c. Eleuterius etiam n. 2. d. diſt. 91. Vital. in clem. graui, n. 74. de celebr. Miſſ. Cabell. ſuper conſtit. Egid. lib. 3. c. 18. gl. vnica n. 4. car. mihi 174. Zerol. in praxi epiſc. in verb. horæ canonicæ §. 7. Brun.*

46 *à Sole d. q. 40. n. 17.* vbi dicit ꝙ clericus tunc excſatur à recitatione officij pp infirmitatem qñ ex ipſa recitatione ipſi infirmo poſſet ſuccedere graue dãnum, *Nauar. in repet. c. ſi quãdo de cõſecr. diſt. 1. not. 11. n. 1. & in Manual. confeſſ. c. 25. n. 100. Roſſell. in ſumm. in verb. horæ canonicę, n. 5. Menoc. in add. ad prædictum caſ. 429. n. 8. & 9.* qui dicit, ꝙ hęc limitatio ꝓcedit quando infirmitas eſt grauis, non aũt leuis, quæ excuſare non ſolet eum, qui tenetur aliquid facere *Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 65. num. 47. cart. mihi 158.*

47 Ampliatur iſta limitatio, vt ita infirmus nõ ſolum non teneaẽ recitare, verum nec audire officium *Roſell. in d. verb. horæ canonicæ, nu. 6. Menoc. in add. prædict. nu. 12. Actius de infirm. p. 2. in verb. hora canonica, n. 6.* q oẽs cõcludũt, ꝙ licet hoc nõ ſit neceſſariũ eſt tñ pium, & laudabile.

48 Ampliatur 2. vt non ſolũ hoc ꝓcedat in febricitante, vel aliter corpore infirmo, ſed ẽt in eo, qui laborat aliquo graui morbo in oculis *Nauar. in commẽt. de horis can. c. 21. nu. 14.* qui tñ hãc ampliationem non intelligit ita ſimpliciter, ſed tantum qñ non poſſet illas recitare ẽt cum ſocio, caſu quo ſocium amicitia, vel pretio poſſet inuenire, & hr̃e; item pp cecitatem, vel infirmitatẽ oculorum nõ excuſatur, is qui totum officium, vel eius maiorem partem memorialiter ſcit, qa tunc teneẽ illud, qđ memoriæ ſcit, recitare ita *Nauar. ibidem in fi. & c. 19. nu. 81.* vbi dicit, ꝙ non excuſaẽ quin teneaẽ ire ad Chorum alijs de Capitulo, & ibi recitare illam partem quam põt, & nu. 80. ponit qd in ſurdo, & n. 82. cõcludit ꝙ neq. cecitas, neq. ſurditas eſt infirmitas ſufficiẽs, vt quis excuſetur ire ad Chorum, ſed quod iſti debent ad chorũ accedere, vt conſequantur quotidianas diſtributiones *Alex. Monet. in tract. de diſtrib. quotid.*

49 Tertio ampliatur, vt nec cogatur infirmus, qui non põt horas recitare, eius loco aliquid dicere, nec mente Deũ præcari *Nauarr. in manual. confeſſ. c. 25. n. 100. Actius in d. verb. horæ canonicæ, n. 7.* & licet ad hoc non teneatur ſub pęna peccati, & reſtitutionis, tenetur tamen vt ita orando conſequatur ſanitatem mentis, & corporis, & eſſet impiũ in neceſſitatibus non recur-

recurrere ad diuinum auxilium.

50 Limitatur 3. qñ superuenit aliqđ iustũ impedimentum, qđ euitari non põt sine scandalo, & peccato mortali, vt si populus moueret ad arma, vel ad aliud scandalũ, qbus esset occurrendũ, vel si clericus esset sollẽnis, vel insignis Prædicator, qui non posset desistere à prędicatione sine aliquo scandalo *Siluest. in sum. in verb. hora in fi. Nauarr. in d. comment. de hor. can. c. 11. n. 34. vbi alios allegat Menoc. in tract. de arbit. in add. ad cas. 429. num. 16. Zerola in praxi episc. in verb. horæ canonicæ, §. 12.* quia Papa ex causa potest dispensare cum vno clerico.

51 Limitatur 4. in clerico, qui pp paupertatẽ caret breuiario, nec põt hr̃e cõmoditatem aliquam, nec sociare secum alio habẽte illud, nec põt officiũ memoriæ comẽdare *Turrecr. in d. c. eleuterius, n. 4. 91. dist.* vbi dicit, q̃ nihilominus tenet illud recõpensare cum alijs orationibus *Nauar. d. c. 1. n. 39. & c. 23. nu. 13. Rosel. in d. verb. horæ canonicæ, n. 13. Menoc. in ead. add. nu. 19. Zerol. in praxi episcop. in verb. horæ canonicæ, §. 12.* qui omnes alios allegat.

52 Et circa pręsentem materiã sciendũ est. Primò q̃ non sufficit labijs tantũ recitare officiũ ad hoc, vt qs satisfaciat, sed reqritur oĩno attẽtio orandi *Naua. late in cõmẽt. de oration. & hor. c. 13. n. 1. 18. 20. & 47. & c. 16. n. 1. Anch. in c. dolentes, n. 8. de celebr. Miss.* vbi dicit quod dũ clericus recitat diuinum officium nõ dẽt alibi cogitare, sed oĩno dẽt esse intentus officio, qđ recitat *Thom. Zerol. in praxi episc. in ver. horę canonicæ, §. 4.* vbi dicit quod non est opus, vt habeat attentionẽ ad literã, vel ad sensũ, sed ad finẽ, qđ est diuinã Maestatẽ exorare, & illi placere.

53 Secundo sciendum est, q̃ horæ dum recitantur non sunt interrumpendæ, sed continuo dicendæ quantum fieri potest, *Nauarr. in comment. præd. c. 10. num. 1. & 70.*

54 Tertio sciendũ est quod clericus, q per errorem, vel aliam cãm omisit dicere vnã horam, & dixit sequentẽ, vt qa omisit primam, & dixit tertiã, non tenebit ambas iterum recitare, sed sufficit dicere illã, q̃ omisit, & sic ordinem postergãdo non cõmittit aliquod peccatum, quod succedere põt in eo, qui venit ad chorũ post primã, & sequit cum alijs cæteras horas, vel q per errorem dixit vnã horam ꝓ alia, vel qui memoriæ habens vnam horã, & aliam, nõ opportunitate ductus dicit illam, quã memoriæ hẽt *Turrecr. in c. præsbyter, n. 7. dist. 91. S. Ant. in sum. in 3. p. tit. 13. c. 4. §. 4. Suma Ang. in ver. hora, §. 18. Summ. Siluest. in eod. verb. q. 9. vers. 3. Zerol. in praxi episc. in verb. horæ canonicæ, §. 6. Sũ. Rosel. in verb. horæ canonicæ, n. 20. Nauar. in comment. de horis can. c. 21. n. 30. & c. 3. n. 65. cũ plur.

55 seqq.* qui dicit, q̃ hæc conclusio ꝓcedit ẽt si per negligentia, aut iniuriam, aut sciẽter id faceret, non peccaret, nisi venialiter, nec esset obligatus horas iterum recitare. Et q̃ dictũ est de postergatione horæ, habet locum ẽt in postergatione alicuius psalmi ita *Turrecr. d. nu. 7. Anch. in c. dolentes, n. 10. de celebr. Miss.* q dicit q̃ si clericus in recitatione diuini officij omisit aliquẽ versum, nõ peccat mortaliter, sed tantum venialiter, nec tenet totum psalmum iterum dicere, sed solũ illũ rursum *Nauar. in d. comment. c. 16. n. 6.* q propterea dicit quod si ex aliqua cã discedit à choro, & interim alij recitant, si postea reuertit poterit cum alijs dicere, & canere restãs, & inde priuatim dicere id, quod omisit.

56 Quarto sciendũ est, q̃ clericus, qui est obligatus recitare officium tenet illud recitare secundũ morẽ, & consuetudinẽ diœcesis, in qua est beneficiatus, aut prouinciæ, in qua residet, aut religionis, in qua est ꝓfessus, & non excusatur dicendo illud iuxta consuetudinem Curiæ Romanæ, & iuxta breuiarium Romanum *Turrecr. in c. 1. nu. 17. 91. dist.*

57 Quinto sciendum est, q̃ clericus existens cũ peccato mortali recitãdo diuinũ officium nõ meret quo ad cõsequendã vitam æternã; quia dẽt esse in statu gratiæ is, qui vult conseq vitã æternã pp bonas operas; sed benè meret quo ad euitandã pœnã, in q̃, si non diceret officiũ, incurreret *Abb. in c. qđ quidã, n. 3. de pœnitent. & remiss.* vbi dicit idẽ esse in oĩbus alijs præceptis affirmatiuis, & ibi *addent. latè in lit. A, Vital. in clem. graui, n. 17. de celebr. Miss. Cabel. super cõstit. Egid. lib. 3. c. 18. gl. vnica, nu. 7. car. mihi 174. Soc. iun. in d. c. quod quidam, nu. 10. de pœnit. & remiss.* & clericus existẽs in peccato mortali debet recitare officium ad instar laicorum, hoc est sine (Dominus vobiscum) *Bertac. in repert. in verb. clericus etiam existens.*

1 Vigesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici debeant oĩno esse alieni à ludis *Concil. Trid. sess. 22. c. 1. tit. de reform. taxillorum, ac alearum, c. pen. de vit. & honest. cler. c. Epũs 35. dist. & ibi glos. & Docto. c. inter dilectos de excess. Prælat. Abb. in c. vt clerici, n. 4. de vit. & honest. cler. Bart. in §. interdicimus, n. 3. in Auth. de sanctiss. Epis. Siluest. in sum. in ver. ludus, n. 2. Th. Actius ĩ trac. de lud. scaccorum q. 9. n. 1.* q adducit rõnes, ob quas clericis interdicit̃ ludus ꝓut eas adducit ẽt *S. Raimũd. in sum. lib. 2. in tit. de negot. secul. §. 11. in princ. fol. 254. Paul. Fusc. ĩ suis singul. in lit. C. n. 116. Cagnol. in l. singularia, n. 142. ff. si cert. pet. Iac. Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 8. &* 10. q dicit, ꝙ nõ põt ludere ẽt ludis, q alijs essent honesti *Farin. q. 109. n. 92.* vbi dicit, quòd hoc est interdictũ clericis de præcepto non aũt de consilio, ꝓut aliq voluerunt *Ignat. Lopez in add. ad pract. Diaz c. 70. in lit. A, Armill. in sum. in verb. ludus, n. 2. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. n. 1. & 2. Capr. reg. 86. n. 36. Ancher. in d. c. clerici, nu. 4. de vit. & honest.*
2 *cler.* & huius effectus põt esse rõ, qa ludus ex se est detestabilis pp plura, & infinita mala, quæ inde ꝓueniunt, & ideo hoc attendens *Hierem. Profet. c. 15. dixit Non Sedi cum Consilio Ludentiũ, & Tobias c. 5. Nunquã cũ Ludentibus memiscui, & Chrisostom. super genesi. Non dat Deus ludere, sed*
3 *diabolus*, in tantũ quòd venit appellatione criminis, *§. illud vero in prohem. ff. ibi, ludos exercere, & alia crimina vbi Bart. n. 1. Paris. de Put. in trac. de synd. in verb. inquisitio, c. 1. n. 12. Marq. d. nu. 2.*
4 *& seq.* vbi dicit, quòd fuit inuentus à diabolo tãquã esca oĩum malorum, *c. deniq. 4. dist.* & ꝙ est cã ammissiõis tẽporis, blaspemię, furti, falsitatis, homicidij, depauperationis, & ꝓpriorũ vestimẽtorũ expolitatiõis, iuxta illud Horatij.

Quem dãnosam Venus quẽ præceps alea nudat.

5 Intãtum ꝙ lusor p̃sumit̃ dilapidare sua bona, & male vti substantia sua, vt dicit *Bal. in Auth. quod locum, circa finem, C. de collat.* & quod lusor
6 ducat malã vitã, & propterea repellat̃ à testimonio dixit *Roland. à Valle cons. 63. n. 18. vol. 2. & Hostiens. in sum. tit. de excess. Prælat.* dixit qđ lu-
7 sor in ludẽdo dr̃ agere turpem vitã, imò in tãtum iura detestant̃ ludos p̃dictos, vt imponãt pœnam confiscationis domus, in qua ludit̃, vt habet̃ *in d. Auth. alearum vsus*, & sic tpe quo lu-
8 dit̃ committit̃ furtum in ipsa domo p quemcumq; minime domino competeret actio furti, *l. 1. §. prætor ait, ff. de aleator. & Card. Zabar. in clemen. 1. in ver. sed, & tales in fi. de vit. & honest. cler.* prout eum refert *Marquat. à Susaun. in tract.*
9 *de celibat. q. 1. in 6. p. 3.* q dicit, quòd clerici ludentes peccant octo rõnibus, quas ibi recẽset, & quod ludus sit pernitiosus in Reipublica, &
10 oĩno detestãdus, dixit *Couar. in c. peccatum p. 2. §. 4. & est tex. in l. fi. & ibi DD. C. de relig. & sũpt. funer.* Et multa contra ludum, & ludentes scri-
11 bunt *Alber. in l. 1. §. idem notãdum, ff. de aleæ vsu, & alictor. Addent. ad eũd. Alber. in d. l. 1. §. fi. in lit. A, DD. in c. clerici, il 2. de vit. & honest. cler.* cũ multis alijs, quos latè congerit *Fariu. q. 109. n. 2.* Qui oẽs cum loquant̃ in laicis, quanto ma-
12 gis eorũ dicta ꝓcedere habent in clericis, qui ludendo magis peccant, q̃ laici *Stefa. Cost. in tract. de lud. art. 1. §. 1. n. 6. & seq. in 2. & 3. concl. Diaz in pract. cri. cano. c. 70. alias 64. in verb. aliatores post nu. 2. & ibi Ign. Lopez in add. in lit. A, pract. Corrad. in tit. de lusor. nu. 1. vers. subijcere etiã possumus, Summa Armill. in verb. ludus num. 1. & seq.* quos omnes refert, & sequitur *Fariu. d. q. 9. n. 4. & 5.* vbi etiam alios allegat.

13 Clerici vero lusores diuersis pœnis plectunt̃, quatum Prima est, vt nõ possint obtinere beneficia ecclesiastica, in tantum ꝙ si illis conferant, collatio erit nulla, *c. 1. 34. dist. DD. in c. inter dilectos de excess. Prælat. Molin. in tract. de contract. disp. 521. n. 6. Menoc. in trac. de arbi. iud. cas. 399. n. 3. Abb. in c. inter dilectos, n. 6. de exceß. Prælat. Bonifat. de Vital. in tract. de malef. in tit. de ludo azardi, & alearum, n. 9. post tract. Angel. de malef. car. mihi 459. Pet. de Greg. Tholos. in cõmẽt. decret. in explicat. de elect. c. 9. n. 22. Ant. a Sola super decret. Subaudiæ, lib. 3. in gl. in ver. ludus n. 5. car. mihi 182. Lambert. in trac. de iure patro. lib. 3. art. 9. q. 2.*

q.2.princ.nu.10.D.Flam.Parif.in tract. de resign. benefic. lib.4.q.3.nu.65.Marquat. in tract. de celi-
14 *bat. par.3.q.11.nu.7.* vbi dicit, ꝙ hanc pœnam incurrit etiam si non fuerit monitus, vt à ludo desistat, & licet non possit beneficium obtinere clericus lusor, non tñ priuabitur ab obtento *Molin. & Menoc. in locis proximè citatis*, nisi post-
15 quã fuerit ter monitus, & ipsis monitionibus non obstantibus ludere, q͞a tunc ẽt posset priuari beneficio prius iã obtento *Abb. in c. vt clerici n.11. de vit. & honest. cler. & in c. inter dilectos de excess. Prælat. Molin. d. disp.521. nu.6. Graff. in*
16 *dec. aur. lib.3.c.8.nu.8.* Nec est ommittendum dicere qͩ si clericus est publicus aleator, tunc collatio beneficij ei facta erit ipso iure nulla, si vero est occultus erit irritanda *D. Parif. d.q.3. n.66. & 67.* Secunda pęna de iure ciuili intro-
17 ducta, quo iure clericus lusor, aut ludi inspector per trienniũ est detrudendus in monasteriũ, & per eũdem tẽpus à diuinis suspenditur, & si penituit poterit tñ ante triennium ad pristinum statum restitui *Auth. interdicimus, & ibi gl.1. & cõiter Scribẽtes, C. de episc. & cler. Caccialup. in tract. de lud. nu.61. Diaz. in pract. Capic.70.n.5. vbi Ignat. Lopez in add. in lit. C, glo. in c. clerici, il 2. in verb. ad alias de vit. & honest. cler. vbi ẽt Butri. nu.13. Menoc. in tract. de arbitr. cas.399.nu.3. Mollin. in tract. de contr. disp.512.nu.7. Farin. in tract. crim. q.109.nu.93. & 94. vbi cum Menoch. loc. cit.*
18 dicit ꝙ hæc pęna non est approbata de iure canonico. Tertia pęna clerici ludentis est, vt incidat in peccatũ mortale secundum *Hugonẽ in c. Epũs 35. dist.* quẽ refert, & sequit *Iac. de Graff. in dec. aur. p.2. lib.3.c.8.nu.9. Molin. d. disput.521. n.6.* q dicit, ꝙ tali pęna non sunt condẽnandi clerici, q sine aliorum scandalo recitationis cã cartis ludunt modicas quantitates, & conditione, ac illorũ statu considerato, eorũq; redditibus, ac bonis, non dedeceat, *Nauar. in manual. c.19.n.9. S. Raimũd. in sum. lib.2. in tit. de neg. secul. §.11. in princ. cart. mihi* 254. Quarta pęna
19 clericorũ ludentiũ est, (& hęc pęna est imposita de iure canonico,) vt Epũs præsbyter, vel Diaconus in ludo alearũ perseuerantes deponantᷣ, Subdiaconi, ac cæteris ordinibus minoribus insigniti sunt excõicandi *c. Epũs, & quod ibi not. Præpos. Alex.35. dist. Zabbarel. in clem.2. §. sed, & tales nu.10. de vit. & honest. cler. Paris. de Put. in tract. de ludo, n.94. Diaz. d.c.70 nu.2. vers. si añt monitus Sylnest. in summ. in ver. ludus nu.10.* quos oẽs refert, & sequitur *Farin. d.q.109. nu.9.* & vltra eos idẽ dixerunt *Io. de Amic. cons.127. nu.21. Marquat. de Susan. in tract. de libat. p.3.q.11. nu.7.* qui oẽs pęnæ sunt confirmatæ *per Sacrum Concil. Trid.* vt habetur *in c.1. in fi. sess.22. de refor. & sess.24. c.2. ẽt in fi. de reform.* Sed hodie verior
20 opinio, & magis practicabilis est, vt pęna clerici ludentes sit pœna extraordinaria, arbitrio iudicis imponenda *Diaz in pract. crim. c.70. nu.2. vers. ego vero*, vbi ponit, ex quibus iudex in imponenda illa pœna debeat moueri ad temperandam, vel augendam pœnam ipsam, & ibidem *Ignat. Lopez in lit. C, Menocch. in tract. de*
21 *arbitr. iud. cas.399. in fin. Farin. q.109. nu.97.*

Ampliatur 1. iste effectus, vt in tm̃ sit verũ quod clerici ludentes non pñt excusari contraria consuetudine, q͞a talis consuetudo est damnata, & diceretur potius corruptela, *c. inter dilectos, & ibi scribent. de excess. Prælat. Abb. in c. clerici de vit. & honest. cler. Aufrer. in addit. de appel. Tholos. dec.192. Thom. Vzit. in trac. de lud. scaccor. in 4. qõ. princip. nu.16. & in tract. de infirm. lib.2. in verb. alearum ludus, Capr. reg.86. nu.37.*

22 Ampliaᷣ 2. vt clerici non solũ non possint ludere, verũ ẽt nec assistere, & cõmorare in loco vbi luditur *Marian. Soc. in d.c. inter dilectos, n.11. Capr. reg. præd. nu.36. Graf. in dec. aur. p.2. lib.3.c.8.n.10. Marquat. in tract. de celibat. c.11.n.3.p.3.*

23 Ampliaᷣ 3. vt præsens effectus multo magis ꝓcedat, & habeat locum in oĩbus religiosis, ac regularibus, q nõ possũt ludere, ẽt ludo alias licito, & honesto clericis, nec cũ alijs, nec inter se; q͞a cũ sint mortui quoad mundũ, & dẽant stare in monasterio soli, & tristes, iuxta *text. in c. placuit, il 2, 16.q.1. & in l. Deo nobis, C. de episco. & cler.* non debent se ludis immiscere, ex q͞bus vt plurimũ deueniunt multa mala, ita *Henric. Bobic in c. clerici, il 2.n.6. de vit. & honest. cler. Præpos. in c. Episcopus ẽt nu.6. ver. ex qualitate personarũ, c.35. Stefan. Cost. in tract. de ludo, nu.14. & 15. vers. rõ differẽtiæ in secundo articulo, Troil. Macuzzan in tract. de fort. p.2.n.18. vers. aut loquimur de religiosis. Ignat. Lopez in add. ad prac. Diaz c.70. in lit. A, corrad. in rub. de lusoribus, nu.2. vers. multo magis in monacis, & nu.19. summ. Ang. in verb. ludus, nu.2. ver. tertio prohibetur rõne personæ, Siluest. ẽt in summa in eod. ver. ludus, nu.2. vers. quarto est aliquando, Viu. in com. opin. opi.467. nu.3. ver. tertia circunstantia, Farin. in q. crim. q.109. nu.98.*

24 Ampliaᷣ 4. vt clerici non solũ non pñt ludere, verum ẽt nec cũ ludentibus habere partem, quod apud Neapolitanos, & Siculos dr̃ facere vaccam *Capr. reg.86. nu.37. alleg. tex. in c. clerici, il 2. de vit. & honest. cler. & in Auth. interdicimus de sanctiss. Epis.* & ratio est vulgata, quia qui per aliũ facit, per seipsum facere vr̃, *l. qui per aliũ de regul. iur. c.1. de sent. excomm. Henric Bobic in c. qͩ non nullis, nu.3. de priuil. & excess. priuil. Dec. cons. 463. nu.3.* Et ratio auaritiæ, & cupiditatis, quæ præsumitur, & viget in ludente, militat, & viget etiam in eo, qui ponit ad partem, & vbi militat eadem ratio, idem ius militare habet, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de verb. oblig. l. fin. C. de const. pecun. Nicol. Euerard. cons.31. nu.13. Cristof. Torniol. cons.6. nu.129. & cons.52. nu.6.*

25 Limitatur modo prædictus 22. clericatus

 effe-

effectus, per quem clerici prohibentur ludere, vt non pcedat qñ clericus luderet in conuiuio cã vescendi, vtputa ꝙ ex pecunia lucrata is, qui lucratus fuerit, teneat emere aliquid p edendo cõiter, *l. quod in conuiuio, & ibi glos. ff. de aliat.* sed qđ ludere pro cã prædicta clericis non permittatur, quia clericis est interdictũ celebrare conuiuia, dixerunt *Iac. de Graff. in dec. in aur. p. 2 lib. 3. c. 8. n. 8. ver. sed aduerte, Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. in vltimis verbis*, q dicit quod licet hoc sit permissum laicis, attñ clericis prohibetur, ego tñ distinguendum puto, aut id qđ ludit clericus est in parua quantitate, & tunc qa cessat oĩs præsũptio auaritiæ, pcedit prima opinio, aut vero est in magna quantitate, & procedit secunda ꝙ primum caput distinctionis limitarem qñ illam paruam quantitatem clericus sæpius, & assidue luderet, ita vt fieret consuetudo, per ea, quæ scribit *S. Raimund. in sum. in d. tit. de regul. secul. §. 11. in vltimis verbis*.

26 Limitatur 2. vbi luderet gratis absq; pecunia, vel in tam minima summa, quæ reputetur nihil, quia tunc cessat ratio ob quam clericis interdicitur ludus *glos. in cap. inter dilectos de excess. Prælat. Capr. reg. 86. nu. 41.*

27 Limitatur 3. vbi clericus luderet cã recreationis, & sine alterius scandalo, & aliqñ non sẽper, vt est certis temporibus, vt puta tẽpore carnisptiuij, vel cùm essent in villa, & luderent in modica quantitate, quæ conditionẽ, ac statũ ludentis inspectis eius bonis non dedeceret *Nauarr. in manual. c. 19. n. 9. Capr. reg. 86. nu. 40. Tho. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. aleatum ludus, nu. 2. Molin. tract. de contract. disp. 521. nu. 6. vers. cæterum Fla. Parif. in tract. de resignat. benefi. lib. 4. q. 3. n. 68. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. nu. 9. Parif. de Put. in tract. de ludo, nu. 12. Caccialup. in eod. tract. nu: 17. Stefan. Cost. in ipsomet tract. nu. 15. in 2. art. Farin. d. q. 109. nu. 104.* vbi alios allegat, & est versus (*Interpone tuis interdum gaudia curis,*) ad quod bene conferunt dicta per *Arist. in 4. Ethicor.* dum ponit quãdam virtutem quã ipse nomine græco vacat, *eutrapeliã* quæ est, vt quis non debeat esse ita durus, & inciuilis, vt omni tempore, & oẽm ludũ fugiat, *& Marc. Tullius in 1. officior.* circa hoc dixit ꝙ debent vti in ludis honestis sicut somno, & quiete, postea qnã grauioribus curis, & negotijs iã sit satisfactũ, qa sicut corp⁹ defessum, & lapsum pp labores corporales indiget refectione, ita pariter aĩus agitatus, & oppressus cogitationibus, & curis, ac speculationibus, debet aliqua exhalatione, & refocillatione frui.

28 Limitatur 4. ubi ludus ex se esset licitus, & permissus, vt puta in ludo scaccorũ, quia in eo clerici ludere nõ prohibẽtur *Farin. d. q. 109. nu. 114.* & vltra ibi allegatos idẽ dixerunt *Clar. in §. ludus, n. 3. Abb. in c. decorẽ de vit. & bon. cler. & in c. vt clerici, n. 4. eod. tit. Moscon. in tract. de maest. milit. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. ludus autẽ cart. mihi 410. Bar. in §. interdicimus, n. 3. ĩ Auth. de sanctis. Episc. Sal. in Auth. interdicimus, n. 2. C. de episc. & cler. Ang. in tract. de malef. in verb. mettitore di mali dadi, n. 3. car. mihi 147. Capr. d. reg. 86. n. 10.*

29 Sed prędictæ limitationes non ita passim, & indistinctè sunt veræ, sed sunt intelligendæ cũ grano salis, & cũ certo tẽperamento, & regula, ac cũ certis sublimitationibus, quarum Prima est, qñ adesset auaritia, qa tunc nunq̃ esset permissum clericis ludere *DD. ĩ c. Episcopis 35. dist. Ang. in trac. de malefi. in verb. mettitore di mali dadi, nu. 3. car. mihi 147. Capr. d. reg. 96. n. 18. & seq.*

30 vbi ponit an tunc teneat ad restõnem. Secunda sublimitatio est, qñ in casib⁹ alias sibi permissis luderet cũ eo, qui non hr̃et rerũ suarum liberam administrationem, vt cũ monaco, vel minore, vel furioso, vel filiofamilias, vel simili *Io. Andr. in c. clerici de vit. & honest. cler. vbi Henric Bobic nu. 6. & 13. Capr. reg. præd. nu. 15.* vbi vlterius dicit ꝙ is, qui lucrat à pdictis, & similibus

31 personis, tenet ad restõnem, quod ẽt dixerunt *Siluester in sum. in vers. ludus, n. 11. de Graff. in dec. aur. lib. 2. c. 122. nu. 4. Henr. Bobic in c. inter dilectos, n. 7. de excessib. Prælat. Io. Paul. Fusc. in lit. A, n. 7. Molin. de cõtractibus disp. 513. n. 1. & disp. 516. Guttier. de contractibus iur. c. 53. nu. 1. p. 1.*

32 Tertio sublimitantur prędictæ limitationes qñ luderent de bonis ecclesiæ *Imol. in d. c. clerici de vit. & hone. cleric. Capr. reg. præd. nu. 16.* qui dicit ꝙ hæc sublimitatio procedit qñ luderet in magna quantitate, quia clericus beneficiatus dr̃ potius administrator q̃ dñus, *c. 2. de donat. c. nulli, & c. si quis, de rebus eccl. non alien. D. Flam. Parif. in tract. de confiden. benef. q. 35. nu. 39. Gigans cons. 24. latè Ferrett. cons. 256. latissimè Card. Tusch. in suis concl. conclus. 79. in verb. beneficiatus per tot.* ideo tanquam administrator non debet ludendo bona ecclesiæ dissipare, prout si esset dominus; est beneuerum quòd licet cle-

34 ricus beneficiatus non possit immoderatè, & vltra congruam mensuram ludere de bonis ecclesię, attamen si de facto hoc faceret, is qui lucratur non tenetur ad restitutionem *Capr. d. regul. 96. nu. 17. Molin. disputat. 52. & per tot.*

35 Quarto sublimitantur quando luderet in ecclesia, nam ratione loci fit prohibitum id quod aliàs ex se esset permissum *Capr. ead. regul. nu. 24.* qui allegat in argumen. *tex. in c. dicerent de vit. & honest. cler, & in c. decet de immun. eccl.*

36 & quod ratione loci quid prohibetur quod alias esset permissum *Authen. vt liceat matri, & auiæ, §. si vero l. quod ait ff. de adulter. faciunt dicta per Vgolin. de interdict. tab. 5. §. 7. fol. 735.* sicut etiam ratione loci pœna duplicatur *Bald. in l. cum à nullis, C. de incept. nupt. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 60. nu. 75. Caball. resolut. crim. cas. 18. nu. 8.*

Quin-

37 Quinto sublimitantur qñ luderent in publico,& coram oĩbus hominibus *Capr. vbi supra nu.25.Troil.Maluet.in tract.de sortibus p.2.nu.27.Corrad. in pract. in tit.de lusor.nu.18. circa fin. sũ. Angel.in verb.ludus,n.2.uers.quarto ꝓhibetur, Viui.in com.opi.opi.467.n.3. Farin.q.109.n.99.*

38 Sexto sublimitantur oẽs prædictæ limitationes, qñ propter ludum, qui aliàs esset permissus, prætermitterentur diuina officia, nec diuino cultui incumberet, prout est obligatus *Capra ead.regul.86.nu.27.*

39 Septimo sublimitantur ratione temporis, vt si luderent in diebus festiuis, vel quadragesimę, in quibus non solum clerici, sed etiã laici debent esse sanctiores, & omninò diuinis vacare, *l.fi.C.de ferijs,Capr.vbi sup.nu.28.*& ꝓ hoc hoc facit ꝙ dicam *infra eff.34.n.16.*vbi ponam ꝙ licet alias clerico sit permissa venatio,& piscatio, attamen tempore quadragesimæ, & in diebus festiuis omninò prohibetur.

40 Octauo sublimitantur, vt non possint ludere cũ mulieribus,& pręcipuè si essent iuuenes, ex quibus possit oriri aliquod scãdalum *Capr. d. reg.96.nu.30.Farina.d.q.509.nu.101.Viui. d. com.opin.opp.467.nu.3.ver.quinta circunstantia.*

41 Nono sublimitantur vbi luderent cum laicis, ex quibus possit oriri scandalum *Tho.Act. in tract.de ludo scacorum in 9.quæst.princ.nu.11. Marian.Soc.iun. in c.continebatur, nu.5. de homic. Henric.Bobic in c.clerici de vit.& hone.cler.Grass. in dec.aur.p.2.lib.3.c.8.nu.11.& 12.* vbi dicit, ꝙ hæc conclusio probatur *gl.in d.c.continebatur Farin.* qui multos allegat *d. q.109.nu.100.* vbi dicit, quòd nullo modo clerici possunt ludere cum laicis.

42 Decimo,& vltimo sublimitantur in Episcopis, qui nunquam debent ludere *Th.Act. d.q. 9.nu.12.* Et temporibus nostris non nulli clerici ita assiduè ludis vacant, quòd in illis bona tàm propria, quàm ecclesiastica dissipant, & tempus, quod debent honestioribus operibus applicare, pessimè conterunt, diuina prætermittunt, ecclesias negligunt, & multa alia scãdala laicis præbent, ita vt non solum possint dici lusores, verum etiam ludentium duces, & magistri, ac ludorum substentatores.

43 Quarto modo, vt ad rem meam reuertatur, an sit necessaria aliqua monitio ad hoc, vt clericus incurrat pęnas impositas contra clericos ludentes? circa hanc qõnem vide quæ latè scribunt *Farin.d.q.109.nu.96.& Franc.Monald.cõs. 137.nu.7.lib.2.* qui distingnunt, aut est publicus lusor,& non est necessaria aliqua monitio, aut non est publicus, & tunc requiritur, & si post monitionem obtulerit se paratũ ad emendam, nullam incurrit pœnam, qui duo alios concordantes allegant.

44 Quarto secundo, an clericus teneatur restituere id, quod lucratus est in ludo sibi interdicto, & dico quod sic *c. clerici vbi hoc not. omnes Scribent.de vit.& honest.cler.& in c.inter dilectos de excess.Prælat.Paris.in tract.de ludo,n.27.Capic. in eod.tract.n.38.Menoc.de arb.iud.cas.399.n.27.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt capi pro represalijs.*
2 *Represaliæ non possunt fieri contra clericos, aut religiosos etiam minores.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest procedere contra capientes clericos pro represalijs.*
4 *Doctores qui tractant materiam represaliarum, vide remissiuè.*

VIGESIMVSTERTIVS EFFECTVS.

1 Vigesimus tertius effect.est, vt clerici non possint capi pro repræsalijs, *c.& si pignorationes de iniurijs, & damn. dat.in 6.Auth.statuimus,C.de episc.& cler.c.1.de cler.coniugat.c.2. de foro compet.Io.Iacob.Canib.in tract.de repræsal.Port.nu.1.in 12.to. tract.diuers.car.mihi 278.Bart.in tract.de represal. in 7.q.nu.6.& 7.in tract.de process.exequut.p.2.c. 3.nu.151.Matth.Brun.in tract.de cession.bonor. in 3.quæst.princip.nu.3. Gaetan. in summula in verb. excommunicatio, cap.32. Bertach. in suo repert. in verb. clerici pro represalijs.*

2 Ampliatur primo hæc conclusio, vt procedat in quibuscumq; religiosis, ac tàm in minoribus, q̃ maioribus ordinibus constitutis *Io.Iac.à Canibus d.p.2.nu.2.cũ pluribus sequentib.* vbi enumerat omnes, qui ratione clericalis dignitatis non possunt capi pro represalijs.

3 Ampliatur 2.vt contra illos, qui clericos capiunt pro represalijs iudex ecclesiasticus procedere possit eos puniendo *Aufrer.in tractat. de potest.iud.ecclesf.super laicis,n.43.vers.octuagesimo sexto in 13.tom.tract.diuers.p.1.car. mihi 129.*

4 Cæterum de materia represaliorum vltra *Bart.& Io.Iac.à Canibus*, qui de hoc faciunt peculiares tractatus vide *Menoch.in tract.de arbitr. cent.6.cas.527.per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus cum litigat tenetur iurare de calumnia.*
2 *Clericus nõ tenetur iurare de calũnia, sed de ueritate.*

VIGESIMVSQVARTVS EFFECTVS.

1 Vigesimus quartus effectus clericatus est, vt licet laicus cũ litigat teneatur iurare de calũnia *tot. tit. ff. & C. de iura.calum.* hoc tñ non hẽt locũ in
2 clericis, qui non tenentur tale iurm̃ præstare, sed solum iurm̃ de veritate dicenda vt *in c.1.&*

quod ibi not. DD. de iuram. calum. Arnon. comment. 95. Albert. Galeott. in Margarita iur. c. 15. nu. 10. Lel. Zanc. in trac. de priuil. eccl. priuil. 92. n. 2. & per tot. Spec. in tit. de iuram. calum. §. restat, nu. 7. Ant. Scap. in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 15. nu. 4. quidquid in contrariũ tenuerit *Ant. del Re in suo tract. de iuram. calum c. 15. nu. 308.* cuius opinio posset esse vera attẽta dispositione iuris ciuilis, sed de iure canonico opinio contraria est vera, & ẽt est tutior, qa in iudicijs facillimè perieratur pp affectionem vincendi, *l. in rõne. §. quidam, ff. ad l. Falc.* & clerici ex periurio deponuntur, vt dicam *in meo tract. de effect. periurij*, ideo ne se exponant periculo, arcentur quantum potest à iurando, & habita pro vera hac opinione, qđ clerici non tenẽtur iurare de calumnia, sequit vt non sit opus tractare, an teneantur iurare per se, vel per alium, & quid qñ agunt pro bonis ecclesię, & qñ pro proprijs, de quibus, & similib. qõnibus longa serie loquitur *Ant. del Re. d. c. 15. nu. 109. cum plur. seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt peregrinari, neq; discedere absque licentia suorum Prælatorum maximè beneficiati, nu. 2. & an causa vtilitatis, nu. 3. & quid causa studij, nu. 5. limita nu. 6.*

4 *Clerici non possunt emittere votum peregrinationis absq; licentia sui Prælati.*

VIGESIMVSQVINTVS EFFECTVS.

1 Vigesimusquintus effectus clericatus est, vt clerici nõ possint peregrinari, neq; ab eorum diœcesi discedere absque licentia suorum Prælatorũ ẽt si vellent discedere causa deuotionis, *c. non oportet de consecrat. distinct. 5. Capr. in trac. de prærogat. nu. 25. qui tract. est positus post reg. 53. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priu. 72. nu. 9. Borgos. in tract. de irregul. p. 5. in tit. de peregrinis, & ignotis, nu. 5. car. mibi 131.*

2 Ampliatur primo hic effectus, vt non solum procedat in clericis simplicibus, verũ ẽt multo magis in Bñficiatis, & Episcopis, qui non possunt peregrinari sine licentia Summi Pontificis not. *in c. magnæ de voto, & in cap. licet de regul. Borgas. in trac. de irreg. p. 6. in tit. de voto, n. 56. car. mihi 189. Zanc. in trac. de priuil. eccl. priu. 72. nu. 9.*

3 Ampliatur 2. vt nec ẽt causa vtilitatis possint peregrinari, quia hoc facere non possunt absque licentia sui Prælati, vel Papæ *Authen. de sanctiss. Episc. §. interdicimus Zanc. d. num. 9.*

4 Ampliatur 3. vt non solum non possint peregrinari, verum ẽt nec facere votum peregrinationis absq; licentia sui Prælati, *c. non oportet de consecr. dist. 5. d. c. magnæ, §. verum Alfons. Aluar. in Specul. iur. Pontif. c. 64. circa princ. vers. sed quodlibet votum car. mihi 314.*

5 Ampliatur 4. vt nec etiam causa studij liceat clericis peregrinari, *c. relatum de cler. non residen. Borgas. in tract. de irregul. lib. 5. in tit. de peregrin. & ignotis, nu. 5. cart. mihi 131.*

6 Limitatur modo prædictus 25. effectus vbi clericus peregrinaretur pro appellatione ꝓsequenda, vel pro euitanda aliqua oppressione, qa tunc poterit accedere ad Papã, non aũt ad aliũ superiorem, ẽt eorum Prçlato inuito, *c. oẽs oppressi. 2. q. 6. Lel. Zanc. in tract. de priu. eccl. c. 72. nu. 9.* vbi dicit ꝙ isto casu de honestate debet petere licentiam, & est aduertendum ꝙ impedientes ne quis accedat ad Romanam Curiã pro quibusuis negotijs prosequendis, sunt excommunicati per Bullam in Cęna Domini, vt habetur in eadem Bulla circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in eius domo nõ possunt retinere mulieres maximè suspectas, nec cum monialibus cõuersari, nu. 6. 7. lim. nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

2 *Mulierum cohabitatio est periculosa ad perdendum castitatem.*

3 *Pœna clericorũ tenentiũ in domo fœminas suspectas.*

4 *Clerici nõ possunt frequentare monasteria monialiũ.*

5 *Clerici non possunt loqui cum mulieribus suspectis, nec eis literas secretas mittere.*

15 *Monacis, & cæteris regularibus nunquã permittitur habitare cum mulieribus, sic etiã Episcopis, n. 16.*

17 *Viri sancti peccauerunt ex causa conuersationis cum mulieribus.*

VIGESIMVSSEXTVS EFFECTVS.

1 Vigesimus sextus effect. clericatus est, vt clerici in eius domo non possint retinere mulieres, & præcipuè suspectas, & si moniti non dimiserint suspenduntur, & postmodum, vt incorrigibiles deponuntur, *c. 1. & c. 2. & c. sicut, de cohabit. cler. & mulier. c. sed id forte 81. dist.* & modernissimè hoc idẽ est determinatum *per Sacrũ Cõcil. Trid.* vt habetur *sess. 25. c. 14. de refor. Isidor. Moscon. de maest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. retinere ĩ domo car. mihi 409. Pet. Barbob. Patauin. cõs. 96. n. 3 inter cõs. crim. diuers. lib. 2. Decia. in trac. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. n. 4. Menoch. in tract. de præsum. lib. 5. præsump. 17. n. 2. Ancher. iun. in qõ. famil. lib. 2. q. 12. n. 3. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priuil. 75. nu. 1. & 2.* & huius effectus pñt duæ esse rõnes, quarum Prima põt esse, quia domus Cæsaris non solũ dẽt carcere delictis, sed ẽt suspitione

2 delicti. Secunda est rõ, quia cohabitando cum muliere exponit se maximo periculo perdendi castitatem, q̃ difficile est seruare cohabitando

do cũ mulieribus, imò quasi impossibile quẽadmodum stuppa, cera, aut stipula iuxta ignẽ, iuxta illud *Prouerbij 6. Nunquid põt homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta ipsius non ardeant, aut ambulare super prunas, & non conburantur plante eius, sic qui ingreditur ad mulierẽ non erit immunis cum tetigerit eam*, & *S. Gregor. in dialog.* dicit. *Qui corpus suum continentiæ dedicat, habitare cũ mulieribus non præsumat, ne ruina ruenti tanto repẽtina subrepat quanto male concupiscentia ex præsentia concupitæ formæ fæminorum*, Pœnę autem cle-
3 ricorum tenentiũ in eorum domo fęminas suspectas est peccatũ mortale *Turrecr. in c. interdixit n. 13. 32. dist. Graff. i dec. aur. p. 2. li. 3. c. 9. n. 11.*

4 Ampliatur 1. vt non solum nõ possint habitare cum mulieribus, verum ẽt, nec monasteria monialiũ frequentare possint, nã si continuo ea frequentarẽt suspendunẽ *c. his igitur 24 dist. c. monasteria de vit. & honest. cler. Abb. in c. clerici eod. tit. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 11. Henric Bobic in rub. de cohabit. cler. & mulier. n. 2. Mosco. de Maest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. monasteria cart. mihi* 410.

5 Ampliatur 2. vt ẽt eis sit interdictũ loq cum mulieribus, vel eis nuntium, vel Epistolas secretas mittere, *c. clericus* 81. *dist. c. 2. de cohabit. cler. & mulier. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 41. n. 20. Bolognet. in l. 1. n. 128. ff. de verb. oblig. Graff. d. c. 9. n. 2. & in append. ad easdem dec. aur. lib. 4. c. 3. n. 13.* vbi scribit ꝙ ad hoc vt euitẽt oĩs suspitio mala, nullus clericus, nisi certis tpibus debet loqui cũ fæminis, hoc est in luce, & nõ in tenebris, & in certis locis, vt in publicis, honestis, & congruis, *c. ab isto 32. q. 6.* & corã psonis honestis, & nõ suspectis, & ex hac cã motus Alexãder Secundus Pontifex Maximus, *in c. clericus* 81. *dist.* statuit vt clericus solus ad fæminę tabernaculum non accedat, neq. ꝑperet sine maioris natu sacerdotis iussione, nec solus presbyter cum sola fæmina fabulas misceat, nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè,

6 Ampliatur 3. ẽt si mulier esset monialis, qa nec cum mulieribus monialibus clericus habitare poterit, *c. 1. 23. dist. c. sacratas de consecrat. dist. 1. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 10. Marquat. de Susan. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2.* q dicit quod nec istud permittiẽ clericis, & monialibus etiam si hoc facere velint prætextu sanctitatis, vel hospitalitatis.

7 Ampliatur 4. vt nec ẽt liceat clericis cũ mulieribus multum conuersari, quia non est hoc tutum volenti seruare castitatem *Maria. Socin. iun. in c. cum in iuuentute nu. 4. de purgat. canon.*

8 Limitatur 1. prędictus 26. effectus clericat⁹, qñ mulier esset ita senis, & deformis, vt cum ea nulla posset oriri suspitio, qa cum talibus, cũ quibus suspitio oĩno abest habitare poterit, *c. cum sit prædictus de conuers. coniug. Hostiens. & Bobic n. 4. in rubr. de cohabit. cler. & mulier. Turrecr. in c. introduxit n. 8. & 9. 31. dist. Port. cons. 16. nu. 7. Monald. cons. 21. n. 24. lib. 2.* qui ad hoc ponderat *tex. in c. 1. de cohabi. cler. & mulier.* dum in eo dr̃, vt nullus sacerdos fæminas, de qbus suspitio põt esse, retineat, & *tex. Concil. Trid. sess. 25. c. 14. de reform. ibi, ne cõcubinas, aut alias mulieres, de qbus possit haberi suspicio in domo, vel extra retinere*, & vltimo concludit quod hæc fallentia procedit etiã si talis mulier non esset consanguinea.

9 Limitatur 2. qñ clericus esset infirmus, in quo non vigeret incontinentiæ præsumptio, ex quo mulieres sunt necessariæ ægrotis, iuxta illud *eccl. 36. vbi non est mulier ingemiscit æger, Th. Actius in tracta. de infirm. par. 2. in ver. mulier, & in ver. iuuenes, num. 4.*

10 Limitatur 3. qñ prędictæ mulieres essent necessariæ p familia, vt sũt ancillæ, & pedissequę *c. cum omnibus* 81. *dist. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 7.* de qua limitatione ego valde dubito, & reputo eam potius falsam q̃ verã, nisi ipse ancillæ sint tales, vt dixi in 1. limit. vel nisi clericus si ita senex, vt de eo nihil posset dubitari.

11 Limitaẽ 4. in clericis coniugatis, qa ipsi non prohibentur habitare cum mulieribus, *c. 1. & per tot. tit. de cler. coniug. Henric Bobic in rub. de cohabit. cler. & mulier. num. 2.*

12 Limitatur 5. qñ mulier cum qua clericus inhabitat esset mater, vel soror, vel consanguinea ascendens, vel descendens, vsque ad quartum gradum inclusiuè, & in linea trãsuersali, vsque ad secundum gradũ ẽt inclusiuè *S. Ant. Florent. in summa in 2. p. tit. 13. gl. in c. volumus* 81. *dist. summa Rosell. in verb. clericus, il 3. in princ.* vbi dicit, ꝙ hæc limitatio ꝓcedit ẽt si consanguinea esset iuuenis *Isidor. Mosco. de maest. militãt. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. ver. nec cum mulieribus car. mihi* 410. *Iacob. de Graff. p. 2. lib. 3. c. 9. n. 4. & 5. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2.* qui duo vltimi dñt ꝙ licet sit ꝓmissum clericis habitare cũ talibus consanguineis, nihilominus hoc intelligitur se ipsæ consanguineę non habent secũ dammicellas, & pedissequas, vel alias mulieres suspectas, & sic ex ista intelligentia arguitur clare de falsitate prædictæ tertiæ limitationis.

13 Sublimitanẽ modo oẽs prædictę limitationes aliquibus modis, & Primo qñ ex tali cohabitationes oriretur aliqua suspitio iuuentutis, vel caloris naturalis, tunc. n. indistinctè est interdictũ clericis cohabitare cũ mulieribus sibi alias permissis *Henric Bobic in c. 1. n. 3. de cohabit. cler. & mulier. Decia. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. n. 4. Marquat. d. c. 3. n. 2. vers. item prędictæ limitãtur Graff. d. c. 9. n. 6.* q. dicit ꝙ tunc est consonãtius honestati, vt talis suspitio tollatur, & maximè

ximè si ex hoc timeretur scãdalum generari, & talis cohabitatio esset periculosa iuxta illud *eccl.13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea*, & quod opportunitas fecit latronem, vt not. *Io. Andr. & Hostiens. in c. veniens de eo, qui cognouit consang. vxor. suæ Abb. in c. 1. de cohabit. cler. & mulier Rosell. in sum. in verb. clericus il 3. in princ.* q duo vltimi loquunt de matre, vel sorore suspecta de incontinentia, & concludunt, q nec ẽt cũ eis isto casu clericus poterit cohabitare.

14 Secundo sublimitanť, vt licitum sit aliquo casu clericis in eius domo aliquas retinere mulieres, nõ tñ est eis licitũ cũ talibus immoderatam familiaritatem herede, ne vilis, & contẽptibilis habeatur, *c. quorũdam, dist. 34. Gras. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 9. num. 9.*

15 Tertio sublimitantur, vt licet clericis in casibus supradictis sit permissum cohabitare cum mulieribus, attñ monaci, & cæteri regulares nullatenus cum eis stare poterunt *Auth. de monac. §. cogitandum Hostiens. & Henric Bohic n. 2. in rub. de cohabit. cler. & mulier.*

16 Quarto, & vlt. sublimitanť in Epis, *c. quorumdam dist. 34. §. Epum vero in Auth. de sãctiss. Epis. collat. 9. Rosell. in summ. in ver. clericus il 3. n. 1. Bohic in pracit. n. 2. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2. ver. Episcopus tamẽ, & c. 1. n. 1. Grass. d. c. 9. n. 8.* qui dicit, q pp cohabitationem cũ mulieribus poterit ab Episcopatu eijci, & qđ neq. cum matre, aut sorore poterit cohabitare, & multa alia circa hoc scribit, *Borgas. in trac. de irregul. p. 1. q. 7. n. 45. car. mihi* 19. dixit quod Epus monitus ab Archiepiscopo, & alijs Episcopis, nolens abstinere a cohabitatione mulierũ, est deponendus allegat dictum *c. quorumdam in fi. & not. in c. cum in iuuentute de præsump.*

17 Cæterum si ius scire q̃ sancti viri perierunt causa conuersationis cum mulieribus, tàm ex testamento veteri, quàm ex nouo, & quę mala ex ea prodierunt ponit latè *Marquat. in tract. de celibat. p. 1. c. 8. n. 4. per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus dum conuenitur nunquam potest excipere, & opponere exceptionem excussionis.*

2 *Exceptio excussionis nõ admittitur de iure canonico.*

VIGESIMVS SEPTIMVS EFF.

1 Vigesimus septimus effectus clericatus est, vt clericus dum cõuenitur, nũquã poterit opponere exceptionem excussionis *Grat. respons. 37. n. 25. vol. 1. & respons. 87. n. 25. vol. 2. Caroc. in trac. de excuss. p. 2. q. 51. n. 3. cum multis alijs, quos allegaui in meo tract. de except. ad materiam stat. &c.*

2 *excep. 10. n. 75.* cuius effectus ea est rõ, qa ista exceptio non admittitur de iure canonico, vt dixi dicta *except. 10. n. 75. & voluit Ias. in §. item in quis fraudem, n. 78. instit. de actio.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt pugnare etiam minores, nu. 3. & 4. & quid contra Saracenos, n. 5. lim. in militibus Hierosolimitanis, n. 7. & quando esset dispensatum, n. 8. 18. 19. 20. 22. & 23.*

2 *Bellum affert inquietitudinem, & retrahi à contemplatione.*

6 *Effusio sanguinis est probibita clericis.*

7 *Clerici occidendo infideles efficiuntur irregulares sicut si Christianos.* (uino.

9 *Clericatus prouenit a iure positiuo, & canonico, & di*

10 *Papa non debet sine magna causa dispensare, vt clerici possint pugnare.*

11 *Papa dispensando, vt clericus possit pugnare censetur dispensare circa irregularitatem incurrendam propter ipsam pugnam.*

12 *Dispensatio si fiat cum clerico habente plura beneficia residentiam habentia, videtur dispensatum super residentia, & nu. 13.*

14 *Clerici an possint suadere ad pugnandum, licet ipsi non possint, & an possint effici commilitones ad pugnandum, num. 15. & 16.*

17 *Clericus pugnans per substitutũ efficitur irregularis.*

21 *Lex positiua ecclesiastica an possit tollere ius naturale*

24 *Pœna clerici pugnantis, quæ sit.*

25 *Clericis nõ licet pugnare etiã in singulari certamine.*

26 *Duellum est interdictum non solum clericis, sed etiam laicis.*

VIGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

1 Vigesimus octauus effect. clericatus est, vt clericis sit interdictũ pugnare per seipsos, & propria manu, *c. quicumq; clericus, c. clerici, & c. quicũq. ex vero 23. q. 8. c. ex multa, §. de clericis de voto clement. 1. de homic. Diuus Thom. in 2. 2. q. 40. art. 2. Henric Bohic in c. ex multa, n. 1. de statu mon. Alex. de Neuo in c. ego N. n. 48. de iureiur. Turrecr. in c. 1. n. 1. 23. q. 8.* vbi adducit varias rõnes ꝑ isto effectu, *& in c. quis vult, n. 5. dist. 36. Ludou. Molin. de instit. & iur. tract. 2. disput. 105. in princ. Petr. Rodriq. Hispan. cõs. 51. n. 3. Aluar. in Spec. iur. Põtif. c. 41. vers. & potest Princeps car. mihi 130. Paris. in tract. de confid. benefi. q. 9. n. 27. Maccabr. cons. 23. n. 11. Berret. cons. 4. nu. 19. Ancher. in c. ex multa n. 8. de voto*, vbi dicit, q est inhabilis ad pugnandũ, sed q talis inhabilitas non ꝓcedit à vitio, vel defectu, sed ab ordine, & officio clericatus, *Cesal. cons. 151. nu. 5. lib. 2. Curt. iun. cons. 192. n. 43. lib. 3. & in tract. de feud. p. 2. nu. 15. cart. mihi 274. Menoc. cons. 181. n. 79. li. 2. & cons. 202. n. 122. lib. 3. & cons. 54. n. 19. lib. 1. Harman. Vulte.*

in trac.

in tract. de feud. lib. 1. c. 9. n. 67. vers. ac ne sine ratio ne car. mihi 464. in princ. Couarr. in clement. si furiosus in 2. p. §. 3. n. 2. vbi dicit, ꝙ peccaret grauiter si pugnaret propria manu *Sebast. Medic. in summa peccatorũ capitaliũ p. 1. tit. 4. q. 76. in princ.*

2 q adhuc adducit rõnẽ hoc est, qa bellũ vt plurimum inquietudinẽ, & fluctuationem affert, ex qbus aĩus bellantis retrahit à cõtẽplatione diuinorum, & laude Dei, & orõne ꝓ populo, quæ oĩa spectant ad officium clericorum, q multa alia circa hunc effectum scribit potius curiosa q̃ vtilia, ideo ea ꝑtermittere decreui, q̃ rõnem adduxit ẽt *Menoc. cons. 54. nu. 19. lib. 1.* q adducit, & aliã. s. qa non pñt effundentes sanguinem humanũ iuxta illud Dñi. *Nõ ædificabis mihi templũ, qa vir sanguinis est paralip. c. 22.* & alias rõnes adducit *Turrecr. in c. 1. 23. q. 8.*

3 Ampliatur 1. hic 28. clericatus effectus, vt locum sibi vendicet ẽt in clericis in minoribus constitutis, qa nec ipsi pñt in bello pugnare *glos. in c. 1. 23. q. 1. Bart. in reper. in ver. clerici ẽt minoribus*, & ratio est, quia clerici in minoribus reputantur, & sunt verè clerici, prout latè dixi *sup. eff. 1. ampl. 8. num. 77.*

4 Ampliatur 2. vt nec ẽt possint esse duces belli, ẽt quod tali casu ꝓpria manu non pugnent *c. sñiam vbi hoc not. Abb. n. 16. ne cler. vel monac. Ludo. Molin. de iust. & iur. trac. dispu. 108. vers. cap. sententiam cart. mihi 393.*

5 Ampliatur 3. vt nec ẽt contra Saracenos, cęterosq; infideles pugnare possint, *c. ex muta vbi Abb. & Bobic n. 2. de stat. monac. gl. in c. suscepimus de homic. & in c. qui paganus 50. dist. Alex. de Neuo in c. Ego N. n. 48. de iureiur. Abb. in c. petitio n. 1. & 2. de homicid. Zannett. in trac. de different. iur. canon. & ciuil. differ. 107. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 2. c. 19. n. 7. Balzeran. in comment. ad vsus feud. in tit. de milit. vassal. qui arma depos. in verb. miles n. 18. car. mihi 189. Socy. iun. in cap. petitio, n. 1. de*
6 *homicid.* & rõ est, qa oẽm sanguinem effundere est ꝓhibitũ clericis, & tã sit irregularis occidẽdo infidelẽ, q̃ Christianũ, *d. c. petitio vbi hoc not. Abb. eod. n. 2. & Anch. n. 3. de homic. c. sicut, eo. tit.*

7 Limitatur 1. dictus 28. effectus clericatus, vt non ꝓcedat in militibus templarijs, & hospitalarijs (q hodie vocanẽ militenses, ac cæteris militibus, q licet (vt dixi *sup. eff. 1. ampl. 16. n. 209.*) sint verę religiosi, & comprehendanẽ in quacunq. dispositione de religiosis loquente, adhuc ipsis est ꝑmissũ pugnare contra Saracenos infideles *Abb. Io. And. & Bobic nu. 2. in c. ex multa de stat. mon. not. gl. in fi. in c. duo sunt genera 12. q. 1. Bald. cons. 539. in fi. lib. 5. Menoc. cons. 54. n. 35. lib. 1.* vbi dicit, ꝙ hoc expressè probat *tex. in c. igitur 23. q. 8.* in quo tex. dicit Leo Papa se exiuisse cum populo ad pugnã cõtra infideles.

8 Limitatur 2. vbi esset ꝑ Summum Põtificẽ circa hoc dispensatum, qa Papa põt dispensare cum clerico, vt pugnet ꝓpria manu aliqua subsistente necessitate *Molin. de iust. & iur. trac. 2. disput. 108. in princ. vers. est vero prohibitio cart. mihi 392. Abb. in c. Ego N. nu. 8. de iureiur. Fel. in c. petitio, nu. 2. de homic. Alex. de Neuo in d. c. Ego N. n. 45. & 50. Frãc. Aret. cõs. 58. n. 6. Rol. à Vall. cons. 37. n. 10. & Stefan. Forcatul. in comment. feud. c. 2. n. 14.* vbi dicit, ꝙ tẽporibus Clemẽtis VII. Hippolitus Medices Cardinalis fuit creatus Præfectus classis contra Solimannum Turcarũ Regem, & apud *Monaldum de Monaldesc.* legitur quod quidã Vitellus Vitellescus fuit Præfectus exercitus, & pluries pugnauit in Vmbria, ac cęteris Terris Ecclesię, & qđ multas obtinuit vi-
9 ctorias, & rõ est, quia cum hic clericatus effect⁹ sit vnus ex illis, q ꝓuenit à iure positiuo, & canonico, & non à iure diuino, vt dixerunt *Molin. & Neuus in locis proximè cit. Nauar. cons. 3. n. 16. in tit. de hijs, quæ vt in 1. to. car. mihi 211.* sequtur vt Papa possit illud in totum tollere, vt dixi *in meo tract. de except. 32. nu. 113.*

Et licet, vt dixi, Papa possit hunc effectum
10 tollere, & circa illum dispensare, attamen non debet hoc facere sine causa ꝑp errorẽ, q in pugna solet adesse *Io. Andr. in d. c. ego N. de iureiur. vbi etiam Alex. de Neuo nu. 50. & 53. Calder. in c. petitio, de homicid. Molin. d. disput. 108. vers. est vero prohibitio car. mihi 392.* vbi dicit, quod Papa minus rectè faceret ita dispensando, qa est indecens clericali statui talia exercere, *Fel. in c. petitio, n. 2. de homicid. vbi in ver. limita cõclusionem*, asserit ꝙ tunc valet dispensatio ista Primo qñ bellum est iustum, Secũdo qñ cum solis laicis sufficienter expediri non posset, Tertio qñ talis dispensatio fuisset concessa consultis Cardinalibus: sed re vera potest Summus Pontifex dispensare si velit, & hunc officium tollere quidquid dicat Fel. &c.

11 Et nota quod eo ipso quod Summus Pontifex dispensat cum clerico, vt possit ꝓpria manu pugnare, cẽset dispensasse, qđ sic ꝑp talem pugnam esset homicida, non incurreret irregularitatẽ, qa eo ipso censeẽ Pontificem id auferre ab actu, q remittit oẽs pænas, ac censuras *Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disp. 108. vers. est vero prohibitio car. mihi 392. & disp. 110. ver. tertia conclusio car. mihi 400.* vbi dicit ꝙ secus est in laicis *Couar. in repet. clement. si furiosus p. 2. §. 3.*
12 *n. 2. Fel. in c. petitio. n. 2. de homic.* sic in simili dicimus ꝙ si cum aliquo est dispensatum super pluralitate bñficiorũ residentiã habẽtium, vł etiã dispensatum sup residentia, *gl. in c. si quis clero 7. q. 1. Spec. in tit. de dispensat. Host. §. dicendũ vers. ꝙ si habens, Io. And. in c. dum de elect. gl. Panor. Dec. & alij in c. quia tamen de præbend. Vinc. Caroc. in repet. c. cum quid in 2. p. ampl. 1. nu. 7. car. mihi 86. de reg. iur. in 6.* qđ tñ intelligas ꝙ sit ve-
13 rum quo ad residentiã vnius, non aũt vtriusq;

ideo

ideo si ecclesiæ sunt æquales, & remotæ dēt residere mō in vna, & mō in alia, si vero sunt inæquales in digniori, *glos. in c. non pōt in §. illud in verb. retinere, & ibi latè Frācus de pr̄eb. in 6. Card. in clem. 1. in fi. in 11. q. de præbend. Ias. in l. fi. num. 46. de constit. Princ. Caroc. d. ampl. 1. n. 9.*

14 Limitatur 3. vt licet clerici non possint p se ipsos pugnare, pñt nihilominus suadere iustū bellum, & ad illud inducere, incitare, atq. hortari *D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 2. ad 3. & quatuor sequ. 23. q. 8. Molin. de instit. & iur. tract. 2. disp. 108. ver. clerici licet, & ver. an vero interesse, & ver. his non obstantibus, & ver. secundum vero* quibus locis latè examinat materiam præsentis limitationis, & ponit qñ est necessaria superiorū authoritas, & circa quæ possint se ingerere *cart. mihi 393. & 394. Alex. de Neuo in c. Ego N. n. 48. de iureiur. Fel. in c. petitio, n. 3. de homic. Abb. in c. quod in dubijs, n. 2. de pœn. vbi ēt Anch. n. 2. & Innoc. n. 1. idem Ancher. in c. ex multa, nu. 8. de voto, & in c. postulasti, n. 4. eod. tit. Couar. in repet. clem. si furiosus, p. 2. §. 3. n. 2. Sebast. Medic. in sum pecca. capital. p. 1. tit. 4. q. 76. circa medium, Nauarr. in cons. 3. nu. 16. in tit. de his, quæ vi in 1. to. cart. mihi*

15 *211. & in manuali, c. 27. n. 215.* vbi dicit, ꝙ clericus præsens bello iusto, ēt ad hortādum ad victoriā gñaliter, & percutiendo multos pprijs manibus, & efficiendo, vt comillitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis, si per se nō deformet, qa non dat cām ppinquam deformandi, cum non faciat actū speciatim ad deformationem directū quo ad pcussos ab alijs, secus si bellum esset iniustum, qa tunc clericus exhortando, pugnando, vel auxilium pbendo fit irregularis ēt ꝙ ipse non occidat, vel deformet, sed alij, quib. opem fert, & hortatur, *c. sicut dignum §. fi. de homic. vbi hoc not. DD. Abb. in c. petitio eo. tit. Maria. Soc. in c. ad audientiam, n. 6. de sentēt. excom. Gondislaus a Villad. in tract. de irregul. in c. de homic. col. 4. Rimin. sen. cons. 23. n. 5. & cons. 13. nu. 11. lib. 1. Couar. in clem. si furiosus p. 2. §. 3. n. 2. vers. quod si bellum de homic. Molin. de instit. & iur. tract. 2. disput. 110. in primis verbis* vbi dicit ꝙ nō solum, q in bello iusto pugnat, sed ēt qui quouis mō opē, vel auxilium dat exhortādo consulēdo, aut quouis alio mō, imò, & qui præsentes sunt ad qđ uis subsidium, aut adiutoriū præstādum, sunt irregulares eo ipso qđ mors, aut mutilatio in bello sequit, q alios citat, *Lācellot. Corrad. in tēpl. iud. lib. 2. c. 5. de episc. §. 2. n. 32. car. mihi 202.*

Limitat 4. secundum aliquos qñ clericus nō

16 pugnaret per se, sed p aliū, qa pñt clerici indicere bellum, ac constituere Ducem, q loco sui bellum exerceat *Molin. in locis proximè citat. Hēric Bobic in c. ex multa, n. 1. de stat. monacor. Alex. de Neuo in d. c. ego N. n. 48. de iur. iur. sed in isto casu Menoch. in tract. de arbitr. in add. ad casum 231.*

17 *n. 7.* dicit ꝙ clericus per substitutum bellū gerens, fit irregularis, si sequit mors, vel mutilatio, sicut si pugnaret p seipsum, quemadmodū dicimus de clerico mādāte, allegat *Sim. Maiol. in trac. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 2. & c. 49. nu. 4.*

18 Limitatur 5. prædictus 28. effectus clericatus, p quem est phibitum clericis pugnare, vt non pcedat qñ clericus non posset aliter conseruare ppriam vitā, nisi pugnando, qa tunc ei licebit pugnare propria manu *Molin. de iust. & iur. disp. 2. disp. 108. vers. primus est quando car. mihi 395.* vbi hanc limitationem exemplificat in clerico, q existeret sup naue, cuius vita vnā cū vita aliorum periclitetur nisi ipse pugnet, & si victoria sit dubia *Alex. de Neuo eo. cap. 48. Turrecr. in c. 1. nu. 2. 23. quest. 8.*

Iste numerus deficit. 19.

20 Limitat 7. qñ id esset necessarium ad defensionem Reipublicæ, Patrię, vel Ciuitatis, ita vt pugnantibus clericis Patria, aut Ciuitas, aut exercitus posset conseruari: illis vero non pugnātibus destrueret, aut posset capi, tūc enim non solum licet clericis pugnare, sed ēt iure naturali ad id tenent *Caetan. in 2. 2. q. 40. art. 2. Medi. in summ. peccator. capital. p. 1. & tit. 4. q. 76. circa fi. Molin. in pluries allegata disp. 108. vers. se-*

21 *cundus quando car. mihi 395.* q dicit ꝙ isto casu lex positiua ecclesiastica non pōt tollere ius naturale *Couarr. in repe. clemen. si furiosus p. 2. §. 3. vers. sed si quis in bello* vbi dicit ꝙ isto casu clericus ita pugnans, fit irregularis si hominem occidit vel membrum mutilat, allegat *Gaetan. in 2. 2. quæst. 40. articul. 2.*

1 Vadragesimus secundus effectus clericatus est, vt si clericus in sacris, vel professus in aliqua religione approbata instituatur hæres cum condictione, si decederet sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore legitime descendentibus, talis conditio à fideicommisso reijcitur tamquàm impossibilis, & turpis, ex quo inuitaret religiosum in sacris ad fornicandum, *Gabr. Pallet. in tract. de not. & spuri cap. 28. Caualca. decis. 2. n. 2. lib. 3.* vbi dicit quod isto casu substitutio, & fideicommissum remanet purum, & habetur ac si testator diceret, vt post mortem grauati bona veniant ad substitutũ, quod firmauit etiam *Salic. in l. generaliter §. cum authẽ col. fin. C. de instit. & subst.* & quòd hanc opinionem semper sequutus fuit tam in iudicando, quam consulendo, & sic isto casu fideicommissum remanet firmum, & validum, & solum reijcitur illa condictio, sine filijs, &c. *Ascan. Clemens in tract. de patria potest. c. 5. nu. 13.* cum multis alijs, quos congerit ipse *Caualc. d. nu. 2.* & vlterius dicit quòd *DD.* qui sentierunt quòd totum fideicommissum annullatur, male sentierunt, & quòd hæc est opinio magis æqua, & in praxi obseruanda, sed quód imò isto casu non annulletur de medio ipsa condictio sola, sed pereat totum fideicommissum, ita, &

2 taliter quòd bona remaneãt libera pænes grauatum, est *tex. in §. sed hac præsenti in authen. de sanctiss. episcopis, & in cap. in præsentia de probat. vbi Abb. nu. 15. Bart. in l. hæredibus in fin. ff. ad Trebb. Bero. cons. 73. nu. 10. & 11. & cons. 107. nu. 30. lib. 2. late Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 7. nu. 22.* vbi testatur de comm. opin. *Paris. cons. 109. n. 2. & 3. lib. 3. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 28. nu. 42.*

3 Et licet in isto articulo secundum aliquos posset distingui hoc modo, aut vnus filius tantum, est sacerdos, & isto casu procedit prima opinio, vt tollatur illa condictio tãquam turpis, & impossibilis, ita vt non possit operari aliquem effectum, nisi ex dispensatione Summi Pontificis matrimonium cõtrahat, ad tradita per *Rip. in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell.* aut sunt plures filij instituti sub nomine proprio, inter quos adest clericus in sacris constitutus, & tunc ex quo ei condictio non conuenit, non videtur iniunctum tale fideicommissum, & per consequens quod ad eius partem bona sunt liberata, ita tenent multi relati per *Peregr. in tract. de fideicom. art. 28. nu. 42. & per Caualc. d. decis. 2. nu. 7. & per Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 1. nu. 7.* cuius opinionis principalis author fuit *Paul. de Castr. in l. 1. §. lex falcidia, nu. 4. vers. facit etiam si testator ff. ad l. falcid.* sed quia hæc vltima opinio non est vera, prout tenent ipsi *Peregr. & Caualc. locis citatis*, qui asserunt, ita alias fuisse iudicatum, ideo puto quòd effectus sit indubitate verus, & sic quòd condictio ipsa reijcitur, & sicut fideicommissum censetur purum, si sit clerico in sacris cõstituto cum condictio-

4 ne de restituendo bona si decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, ita parimodo censetur purificatam statim quòd institutus laicus sit clericus in sacris, quia existens in sacris quantum ad procreationem filiorum legitimorum, & naturalium ex suo corpore, habetur pro mortuo *Rip. in d. l. in facto §. si quis rogatus il 1. nu. 18. vers. si vero ff. ad Trebell.* quòd tamen

men puto verum quo ad hoc, vt substitutus sit certus quòd institutus erit decessurus, sine filijs non autem vt sit in omnibus, & per omnia purificata, namque si substitutus decederet ante institutum clericum in sacris, bona remanerent libera clerico instituto, *l. si ex pluri-*
5 *bus ff. de suis, & legit. Bald. cons. 435. nu. 5. lib. 4. & cons. 115. super isto lib. 5. Matth. Brun. cons. 112. nu. 20. & cons. 114. num. 37. Deci. cons. 417. nu. 2. Socy. iun. cons. 101. cum in praesenti, num. 14. lib. 1. Maluas. cons. 4. n. 4. Brun. à Sol. super posit. in verb. substitutio conditionalis* qui de comm. testatur, *Curt. iun. cons. 16. nu. 1. & 6. Ruin. cons. 179. nu. 5. & cons. 14. nu. 13. lib. 2. Paris. cons. 77. nu. 25. lib. 2. Rubeus Alex. cons. 28. nu. 8. Rim. sen. cons. 304. lib. 4. Ann. sing. 487. seu 384.* & sic tali casu conditio non habetur pro purificata.

6 Et aduertendum est, quòd licet filij nati ex matrimonio putatiuo excludât substitutum, & succedant prout legitimi *Bald. in cap. 1. §. naturales si de feud. fuer. contr. Ias. cons. 156. nu. 1. & cons. 168. nu. 6. lib. 4. Dec. cons. 153. casus nu. 1. Soc. iun. cons. 63. nu. 37. lib. 3. Addit. ad cons. Alex. cons. 5. lib. 7. Peregr. de fideicomm. art. 24. num. 72.* vbi de magis comm. testatur, & est ratio quia idem dicitur in iure tâm de filio nato ex legitimo matrimonio, quâm de filio nato ex matrimonio putatiuo, vt probatur *in cap. innotuit in vers. quamuis autem ibi non legitime genitos de electio. cap. ex tenore, qui filij sint leg. Emanuel. Cost. in cap. si pater par. 1. vers. vxorem num. 4. fol. 284. Soc. iun. d. cons. 63. nu. 30.* tamen hoc non habet
7 locum in filijs clericorum, quia nullus iustus error poterit excusare patrem clericum, qui suae conditionis, & qualitatis sciens erat *l. fin. ff. pro suo,* ex quo ad excusandum matrimoniû putatiuum requiritur error probabilis *cap. fin. §. 1. de clandest. dispon. Abb. in cap. 2. qui filij sint legit. Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 4. praesump. 78. num. 52.*

SVMMARIVM.

1 *Pater tempore necessitatis potest vendere filium, sed non quando esset clericus, nu. 2.*

QVADRAGESIMVSTERTIVS EFFECT.

1 Quadragesimus tertius effectus clericatus est, quòd licet tempore necessitatis pater possit vêdere filium *l. 2. C. de patr. qui filios distraxer. l. fin. C. de patr. potest. Menoch. de arbitr. cas. 180. nu. 3. Io. Batt. Magon. in lucern. moral. par. 1. cas. 3. nu. 5.* attamen si filius esset clericus non poterit vendi, *Io. de Anan. in cap. 3. de furt. Marsi. singul. 101. & in repet. rubr. ff. de fideiubs. nu. 143. Camill. Borell. in repet. pragmatica, odia litium §. 1. glos. 3. num. 250. Magon. d. cap. 3. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici nullo modo possunt fideiubere lim. num. 3. 4. 5. 6. & 7.*

2 *Poena clericorum fideiubentium quae sit.*

7 *Clerici licet non possint fide iubere, possunt tamen approbare fideiubsores.*

8 *Monachi, & caeteri regulares non possunt fideiubere in quocumq; casu.*

9 *Clerici non dicuntur fideiubsores idonei.*

10 *Fideiubsor, vt dicatur idoneus, debet esse facilis exactionis.*

11 *Obligatus praestare fideiussionem non liberatur dando clericum in fideiubsorem.*

12 *Fideiubsor receptus, & approbatus si reperitur minus idoneus non potest amplius reprobari.*

13 *Clericus qui fideiubsit pro laico non potest conueniri coram iudice laico.*

QVADRAGESIMVSQVARTVS EFFEC.

1 Quadragesimus quartus effectus est, vt clerici nullo modo debeant, nec possint fideiubere, *cap. te quidem 11. quaest. 1. capit. 1. de fideiubsoribus cap. non satis 86. distinct. l. curiales C. locat. l. de die §. 1. vbi glos. in verb. probandi, qui satisdar. cog. Petr. Gerard. singul. 100. num. 5. authen. de sanctiss. Episcop. §. Deo autem colla. 11. Azon. in summa in titul. de sanctissim. Episcop. num. 4. Roman. cons. 409. num. 7. vbi Mandos. in addit. in litter. C, alios allegat Ioan. de Selua in tract. de iure iuran. par. 3. num. 25. in 4. tom. tractat diuers. cart. mihi 351. Viui. decis. 210. num. 9. Menocch. in tractat. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 46. num. 15. Sebastian. Medic. in tract. de acquirend. & conseruand. possess. glos. 2. part. 1. num. 353. Marc. Anton. Marsil. Columm. in tractat. de ecclesiastic. Reddit. par. 3. cap. 24. num. 24. Bertazol. in tractat. clausul. claus. 39. glos. 2. num. 2. Zancus in tractat. de de priuileg. ecclesiastic. priuileg. 115. nu. 1. Io. Sailo super consuet. Turonens. titul. des Droitz. de basse iustice §. 24. versic. quaero decimotertio cart. mihi 29. Ancheran. in cap. 1. num. 1. de fideiub. Ferrett. cons. 213. num. 9. lib. 1. Marsil. cons. 19. num. 13. & in tract. de bannit. in verb. facti num. 21.* cleri-
2 ci vero fideiubentes puniuntur à suis praelatis poena arbitraria *glos. in cap. penult. in verbo grauiori, de fideiubs. Menocch in tract. de Arbitr. cas. 431. num. 1. Lelius Zanc. in tract. de priuileg. eccles. priuileg. 115. num. 3. & 12.* vbi dicit quòd dum *text. dict. cap. 1.* dicit quòd, abijciantur, habet tres intellectus, primum, vt abijciantur ab ecclesia, secundum, vt abijciantur a clero, tertium quod abijciantur, idest quod non debeant recipi in fideiubsores, quos intellectus con-

considerauit etiam *Ancharan. in dict. cap. 1. nu. 2. de fideiubs.* & tandem concludit ipse *Zancus d. num. 12.* quod sit amplectendus primus intellectus, qui ille magis placet, & ratione quia cum decretum prohibeat, quod clerici non fideiubeant, contrafacientes, & subfideiubētes sunt inobedientes, & sic quasi idolatri, *cap. sciendum* 8. *quæst.* 1. mihi magis placet opinio *Menoch.* hoc est vt puniantur arbitrarie tamquam transgressores canonum, prout in similibus dixi *supra* de clerico exercente offitiū aduocationis vel procurationis, vel tabellionatus, quod videtur etiam sentire *Felyn. cons. 9. num. 4.*

3 Limitatur 1. prædictus effectus, vt licet clericus non possit fideiubere, attamen si de facto fideiuberet, fideiubsio est valida, & remanet obligatus *cap. peruenit, & cap. constitutus de fideiubs. Bart. in l. 3. num. 11. ff. de fideiubs. Roman. cons. 409. num. 7. & ibi Mandos. in addit. in liter. C, Ias. in l. patre furioso num. 14. versic. 3. facit ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. 1. num. 10. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Marsil. consil. 19. num. 13. & in l. si quis ne quæstio num. 91. de quæstion. & in tractat. de bannit. in verb. facti num. 21. Menocch. in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsump. 46. num. 15. & per totam,* vbi adducit multa similia *Medic. in tract. de acquiren. & conseruand. possess. glos. 2. par. 1. num. 353. Bertazol. in tractat. clausul. clausul. 39. glos. 2. num. 2. Lelius Zanc. in tractat. de Priuileg. ecclesiast. priuileg. 115. num. 5. Ioan. Gutterr. in tractat. de contract. iurat. cap. 72. num. 2. in 6. tom. tractat. diuersor. cart. mihi 116. Ioan. Saison. super constitutio. Turonens. in titul. de duiz. basse iustice §. 24. vers. quaro decimo quarto, cart. mihi 29. Ferrett. cons. 213. num. 9. lib. 1.*

4 Limitatur 2. quando adesset vrgens necessitas, quia tunc clericus ex pietate tenetur fideiubere, ac alijs subuenire *glos. in cap. quòd quibusdam in verb. fideiubeat in princip. de fideiubs. Abb. in cap. 1. num. 3. de fideiubsor. Petr. Gera. d. d. singul. 100. num. 5. Zanc. dicto priuileg. 115. num. 6.* vbi dicit quod tūc est magnum pietatis opus. *Viui. decis. 110. nu. 11. Io. Saison dicto §. 24. vers. quæro decimo tertio.*

5 Limitatur 3. in causa dotis, in qua clericus potest esse fideiubsor, *Felyn. cons. 9. nu. 2.* vbi dicit quod is qui alias non est idoneus fideiubsor est, tamen idoneus in causa dotis *l. fin.* vbi *glos.* allegat similia *C. ad vellian.*

6 Limitatur 4. vbi clericus non fideiubendo verteretur aliquod periculum animæ, vel corporis *Oldrad. cons. 90. in fi. Marsil. in repet. rubric. de fideiubs. nu. 236. Viu. d. dec. 210. nu. 12.* vbi dicit quod hoc procedit etiam si iurasset non fideiubere.

7 Limitatur 5. vt licet non possit fideiubere in iuditij poterit tamen fideiubere in contractibus *glos. Io. Andr. & Butr. & Abb. in cap. 1. nu. 5. de fideiubs. Hostiens. in sum. in tit. de fideiubs. §. 2. Bartol. in l. 2. in fi. ff. de fideiubs. Lelius Zanc. in trac. de priuileg. ecclesiast. priuil. 115. num. 7. Felin. in d. cons. 9. num. 1.*

8 Limitatur 6. & vltimo, vt licet clericus non possit fideiubere, attamen non prohibetur fiubsores approbare quia is qui prohibetur fideiubere, non prohibetur illos approbare.

Et in casibus prædictis monaci, ac cæteri regulares non poterunt fideiubere sine consensu Abbatis, & superioris, & maioris partis Capituli *not. in c. quibusdam de fideiubsor. Henric Boich. in d. c. 1. num 1. eod. tit.*

9 Et aduertendum est, quod clerici non dicuntur fideiubsores idonei *Iacobin. in l. de die §. qui mulierem n. 7. ff. qui satisdare cogan. Bellon. in §. pro eo n. 2. instit. de fideiubs.* vbi allegat *glos. in l. 2. ff. qui satisdare cog. Cirill. in summ. crimin. in tit. de fideiubs. §. 2. nu. 1. Renat. Copin. super comentar. Age-*

10 *danens. lib. 1. tit. 11. num. 5.* qui omnes dicunt quòd ad hoc, vt fideiubsor dicatur idoneus non sufficit, vt sit idoneus facultatibus, sed etiam facilis exactionis, quod non est in clerico, qui potitur priuilegio fori; ideo is, qui ex forma statuti, vel ex dispositione iuris com-

11 munis, vel ex pacto tenetur satisdare non liberatur dando clericum, qui (vt dixi) non est fideiubsor idoneus *Bar. in l. 2. ff. de fideius. Ancha. in cap. 1. n. 4. eodem tit. Lelius Zanc. in d. trac. de Pri*

12 *uileg. eccl. priuil. 115. nu. 8. Bellon. eodem nu. 2.* est bene verum quòd si is talis clericus, vel aliter minus idoneus fuerit receptus, & approbatus non poterit amplius reprobari, & peti, vt iterum caueatur *Paris. de Put. in tract. de sindic. in verb. fideiubsor offitialis c. 3. nu. 8. Bossius in tract. crim. in tit. de carcer. fideiubs. relax. nu. 71. Cagnol. in l. cum alio nu. 2. ff. de reg. iur. Bar. in l. qui satisdare num. 6. ff. de fideiubs. & in l. 3. ff. eod. Mars. in l. si quis ne quæstio col. 8. ff. de quæstion.*

13 Secundo aduertendum est, quod clericus, qui fideiubsit pro laico coram iudice laico, non poterit prætextu sententiæ ab eodem iudice latæ coram ipso laico conueniri *Ancher. in c. ea quæ quæst. 21. num. 26. in fi. de regul. iur. in 6. Marsil. in tracta. de bannit. in verb. iudice n. 211. Baiard. in addit. ad Clar. §. 5. quæst. 95. num. 7. Valent. Franc. de fideiubs. capit. 2. num. 239. Bart. in l. prima numero 2. ff. si quis in ius vocat. non iuerit.*

SVMMARIVM.

Filij puniuntur ex delicto patris in crimine læsæ maiestatis cum priuatione bonorum paternorum, secus in filio clerico, num. 1.

QVADRAGESIMVS QVINTVS EFF.

1 QVadragefimus quintus effectus clericatus eft, vt licet filij ex crimine læfæ maieftatis per patrem commiffo puniantur, & patiantur pœnam priuationis omnium bonorum paternorũ, tam ex teftamento, quàm ab inteftato, & perpetuo fint infames, & ab omnibus honoribus, & offitijs fint exclufi, & fupplicantes Principi pro eis efficiuntur infames, vt habetur *in l. quifquis*
2 *C. ad l. Iuliam maeft.* ifte tamen pœnæ non imponuntur filio clerico, *ita glof. in cap. fatis peruerfum 36. diftinctio. Alex. in addit. ad Bar. in d. l. quifquis Marf. in repet. rubr. ff. de fideiubf. nu.* 143. *verf. item prædictis adde, Camill. Borell. in repet. pragmaticæ, odia litium §.* 1. *glof.* 3. *num.* 254. *&* 255. *Io. Batt. Baiard. ad Clar. in §. læfæ maieftatis, num.* 19. *Roland. à Valle conf.* 16. *num.* 15. *lib.* 4. *Maluaf. conf.* 40. *num.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro quocumque delicto, etiam immani non poffunt puniri pæna fanguinis.*
2 *Pænæ mortis de iure ciuili eft pæna detrufionis in proprium carcerem de iure canonico.*

QVADRAGESIMVS SESTVS EFF.

1 QVadragefimus fextus effectus clericatus eft, vt clerici pro quocumq; grauiffimo, & in mani crimine, & delicto nunquam poffint puniri pæna fanguinis, fed tantum poni, & detrudi in monafterium ad agendam pœnitentiam: *vt in c. tuere de pænit. & in cap. pænam fanguinis, ne clerici, vel monaci Abb. & Alc. in cap. cum non ab homine de iudit. Anan. in cap.* 1. *col. penult. de parric. Petr. à Plazza in epit. delict. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 15. *Paul. Burg. in tract. de irregul. par.* 6. *in tit. de homicid. nu.* 17. *car. mihi* 264. *Bernard. Bombin. conf.* 10. *n.* 1. *&* 2. *Alphonf. Vellagud. de extenf. leg. in tit. de extenfion. pænal. in mater. conatus nu.* 59. *cart. mihi* 199.
2 *Profp. Paffet. confil.* 180. *num.* 4. *&* 5. qui dicit quod in delictis, in quibus de iure ciuili imponitur pæna mortis in illifmet de iure canonico fit detrufio in perpetuum carcerem, quæ pœna perpetui carceris eft inuenta de iure canonico, & æquiparatur damnationi in metallum *Fel. Cardin. Aretin. & alij in cap. qualiter, & quando il* 2. *§. ad corrigendos de accufatio. Paffet. dicto num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Filij commictentes vnam ex fexdecim caufis poffunt exheredari, fed hoc non procedit in filio clerico, numero fecundo.*

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS EFF.

1 QVadragefimus feptimus effectus clericatus eft, quod licet filius, qui cõmifit vnam ex fexdecim caufis ingratitudinum, de quibus habetur *in §. illud quoq; capitulum in auth. vt cum de appell. cognofc. & per glof. in c. quintauallis de iur. iur.* poffit per patrem exheredari *Marf. in repet. rub. ff. de fideiubf. num.* 139. *& fingul.* 78. *Viui. in verb. filius Vuefimbec. conf.* 29. *lib.* 1. *Iaf. in l. non licet col. fin. ff. de lib. præter. Clar. in §. teftamentum quæft.* 4. *nu.* 1. *cum feqq. Borell. in repet. pragmat. odia litium §.*
2 1. *glof.* 3. *num.* 251. nihilominus hoc non procedit in filio, qui poftquam commifit aliquam ex prædictis caufis ingratitudinis, fuit factus clericus, vel aliter religiofus, ex quo tunc exheredari non poterit *cap. non licet, vbi hoc not. DD.* 19. *quæft. vlt. gl. in l. fin. in verb. quafi ingratum C. de epifc. & cler. text. & glof. in Authen. de Monac. in princip. Bald. in l. Deo nobis col.* 4. *C. de epifc. & cler. Marf. d. n.* 139. *Camillus Borell. d. gl.* 3. *n.* 252. *Vafq. in l. qui quartam nu.* 647. *C. de inoffit. teftam.* qui dicit quod com. opinio eft, quod per monachatum, & clericatum tollitur caufa, quæ principaliter refpicit turpitudinem exheredati, non quæ principaliter refpicit offenfam teftantis, ad quod allegat *tex. in d. l. Deo nobis §.* 1. *C. de epifcop. & cler. & ibi glof. Alber. Sali. Bald. Paul. de Caftr. Io. Fabr. Cin. & alios, Iaf. n.* 4. *Alex. num.* 8. *& Auth. non licet C. de liber. præterit. Abb. conf.* 27. *num.* 2. *lib.* 2. *Rip. in l. fin. q.* 67. *C. de reuocan. donat. & in l.* 1. *num.* 71. *ff. fol. matrim. & ibi Rom. num.* 479. *Campegg. in tract. de dot. in* 1. *part. q.* 47. *Fel. in c. Rodulfus nu.* 6. *de refcript. Guliel. de Benedict. in repet. cap. Rainutius in verb. in eod. teftamento relinquens il* 2. *nu.* 37. *de teftam. Caffan. fuper confuet. Burgund. in rub. des iuftices §.* 5. *num.* 103. *Emanuel. a Coft. in l. Gallus §. & quid fi tantum in* 3. *par. n.* 195. *Deci. in Auth. ingreffi in princ. C. de facroj. ecclef. Aret. in l.* 3. *§. filius col. pen. ff. de liber. & pofthu. Curt. iun. in d. Auth. non licet col.* 2. *Alciat. in peregr. iur. c.* 23. *lib.* 4. *Couar. in c. Rainutius in princ. num.* 20. *de teftam.*

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam inferens alicui tenetur ad reftitutionem famæ iniuriato, fecus eft clerico propter clericatũ n.* 2.

QVADRAGESIMVS OCTAVVS EFF.

QVadragefimus octauus effectus clericatus eft, quod licet inferens alicui iniuriam teneatur ad reftitutionẽ famæ, & ad fe difdicendum, & veniam

niam petendum ab ipso iniuriato in illis locis, in quibus iniuriam intulit, quod nos vocamus canere palinodiam, vt voluerunt *Paris. de Put. in tracta. sind. in verb. composito cap. 7. n. 5. & seq. Marant. in pract. part 4. in princip. num. 10. Boer. cons. 4. num. 41. Diaz in pract. crim. canon. c. 66. in verb. maledici n. 7. Iodoc. Damoder. in pract. crim. cap. 136. num. 1. & 11. Couarr. in lib. 1. varia. resolupt. cap. 11. num. 4. in fi. ver. iustissimum tamen est Farinat. in tract. crim. q. 105. num. 71. cum pluribus seqq.* vbi multa circa hanc emendam famæ scribit *Prugman cons. 22. num. 111. cum seq. Aufrer. ad Capp. Tolos. decis. 410. Cagnol. in l. quidquid calore n. 14. ff. de reg. iur.* Attamen is à tali palinodia dicenda, & à famæ restitutione, in foro exteriori excusatur, & liberatur propter clericatum, quia clerici non tenentur ipsam palinodiam canere, nec publicè se disdicere *Boer. d. cons. 4. num. 40. glos. & Cardin. Alex. in c. clerico 50. distint. Io. Lopez in addit. ad Diaz in d. cap. 66. in lit. A, vsque ad fin.* vbi multos concordantes adducit, *Iacob. de Graff. in decis. aur. part. prima, lib. secundo cap. 137. nu. 3. Farin. dicta quest. 105. numer. 75. & 99.* vbi dicit quod tenetur actione iniuriarum, *Seluester in sum. in verb. contumelia, num. 3. vers. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Filius studens tenetur post mortem patris conferre libros cum alijs fratribus in diuisione, secus in clerico.*

2 *Filij quando teneantur conferre libros, cum alijs fratribus in diuisione.*

QVADRAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 Qvadragesimus nonus effectus clericatus est, quod licet filius studens, qui non est Doctoratus ante mortem patris teneatur libros conferre simul cum alijs fratribus in diuisione bonorum paternorum, hoc tamen non habet locum in filio clerico etiam primæ tonsuræ *Ias. in l. filia licet col. 2. C. de collat. allegat Alber. in l. si donatione col. fi. eod. tit. Borell. super pragm. Odia litium §. 1. glos. 3. num. 246. Beringer. in l. in quartam in 3. par. num. 82. ff. ad leg. falcid. Surd. consil. 259. num. 11. lib. 2.* quo vero ad laicos quando teneantur conferre cum alijs fratribus libros sibi à patre emptos, ponunt latè *Io. Aloys. de Leo in l. præsbiteros, nume. 38. C. de episcopo, & cleric. & in lege 4. nume. 9. C. de aduocat. diuers. indit. Iacob. Benius de priuileg. iurisconsult. priuilegg. 88. Alexand. consilio 142. num. 25. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Laici in causa pecuniaria tenentur præstare fideiubsionem de iuditio sisti, secus in clericis, qui non tenentur, num. 2.*

QVINQVAGESIMVS EFFECTVS.

1 Qvinquagesimus effectus clericatus est, vt licet laici pro causa pecuniaria teneantur præstare de iuditio sisti *autent. offeratur C. de lit. contestat. §. sed hodie instit. de satisdat. §. suscepto in autentic. de exibend. reis coll. 5.* hæc tamen cautio non debet præstari a clericis pro ipsa causa pecuniaria, sed sufficit, vt tantum promittant de iuditio sisti cum hipoteca bonorum, *Azo. in summa tit. de episcopis, & cleric. nume. 13. authen. de santiss. episcop. §. si quis autem vat. glos. in l. cum clericus C. de episcop. & cleric. Specul. in tit. de satisdat. §. 1. Abb. in cap. fin. § in alijs num. 2. vt lit. non contestat.* vbi dicit quod hæc conclusio fallit in clerico, qui propter suam contumatiam ammisit possessionem rerum suarum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubiubsor de iuditio sixti liberatur, si is pro quo fideiubsit fecit se clericum.*

QVINQVAGESIMVS PRIMES EFF.

1 Qvinquagesimus primus effectus clericatus est, vt fideiubsor de iudicio sisti, sit liberatus si is pro quo fideiubsit fecit se clericum, vel monacum, *Cardin. in clement. 1. in 9. quæst. de censib. Bart. in l. si filius ff. de tutel. & ration. distrahend. Doct. in l. sed & si quis ff. si quis cautiom non obtemp. Boss. in tractat. crimin. titul. de carcer. fideiubs. committ. numer. 42. Marsil. in rubr. de fideiubs. nu. 138.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui habent vxorem, vt sunt Græci, possunt eam in priuato carcere detinere, quod non est permissum laicis.*

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS EFF.

1 Qvinquagesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici qui habent vxores, & sunt clerici in minoribus, & clerici orientales, siue Græci, possint eam in compedibus, & in priuato carcere mancipare, & detinere, quod

non est permissum laicis *capit. placuit vbi glos. 33. quæstio. 2. Simon Maiol. de irregular. libr. 5. cap. 41. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Res si uendatur duobus, is præfertur, qui habuit prius possessionem, licet fuerit secundum emptor, secus quando venderet clericus, aut ecclesia, quia præfertur primus emptor, num. 2.*

QVINQVAGESIMVS TERTIVS EFFECTVS.

1 Quinquagesimus tertius effectus clericatus est, quod licet inter laicos, vbi aliqua res reperitur vēdita duobus, is præferatur, qui reperitur possessionem cepisse, licet fuerit secundus emptor, *l. quoties l. de rei vendicatio. cum similibus adductis per Hierony. Marcelian. in repet. eiusdem l. quoties, num. 1. & sequen. Gozad. cons. 14. num. 14. Thom. Ferrar. cauthel. 48. num. 1. Roman. singul. 382. Berous cons. 164. num. 14. lib. 1. Magon.*
2 *in Rot. Florent. 135. per totam.* Attamen prædicta conclusio, non habet locum, vbi venderet clericus, vel alia persona ecclesiastica quia tunc semper prefertur primus emptor, licet secundus iam fuerit adeptus possessionem rei venditæ *Io. Andr. in cap. continebatur, de hijs quæ fiunt à prælat. sine cons. capitul. & ibi etiam Hostiens. Roman. in authent. similiter in 12. speciali piæ causæ C. ad l. falcid. & cons. 298. colum. fin. & cons. 70. Alex. cons. 83. lib. 7. Socyn. regul. 118. limit. 8. Marsil. in l. qui duobus in 2. limit. C. ad l. Cornel. de fals. Lambert. in tractat. de iur. patron. lib. 2. par. 2. in 7. quæst. princip. num. 9. Gozadin. cons. 14. nu.*
3 *14.* sed in isto articulo contrarium tenuerunt *Bald. Cardin. Abb. & Imol. in dict. cap. continebatur Ias. in dict. l. quoties in 7. limit. Alexand. sibi contrarius cons. 218. lib. 2. & cons. 189. eod. lib. Soc. cons. 29. lib. 4. Marsil. etiam sibimet contrarius sing. 82. cum alijs, quos allegant Marcilian. in repet. dict. l. quoties num. 301. C. de reiuend. & Marant. disput.*
4 *8. num. 22.* & licet hæc secunda opinio fortasse videatur communis, ego tamen non recederē a distinctione posita a Marcelianoloco proxime citato, qui hoc modo distinguit, aut loquimur in spiritualibus, & benefitialibus, casu quo possunt talia aliquo titulo transferri, & alienari in alium, & procedit proxima opinio, aut loquimur in ecclesia seu persona ecclesiastica vendente ecclesiæ, seu alteri personæ ecclesiasticæ, & tunc etiam procedit proxima opinio, quia in ecclesia ex solo titulo transfertur possessio, aut ecclesia seu persona ecclesiastica vendidit priuatæ, & seculari personæ, & tunc procedit secunda opinio, hanc prædictam distinctionem à Doctoribus communiter esse approbatam asserit *Couarr. in lib. 2. variar. resolupt. cap. 19. num. 4. & alij, quos recenset Marcilian. dict. num. 301.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a patre filio in sua potestate existente est inualida, quod secus est in filio clerico, num. 2.*

QVINQVAGESIMVS QVARTVS EFFECTVS.

1 Quinquagesimus quartus effectus clericatus est, quod licet donatio facta a patre filio in potestate sit inualida, vt est *text. in l. donationes quas parentes C. de dona. inter virum, & vxor.* vbi hoc notant *omnes Scrib. Paris. cons. 15. num. 19. lib. 2.* qui testatur de commun. opin. *Clar. in §. donatio quæst. 8. num. 1. Oldrad. cons. 151. num. 2. versic. si sic, Ancharan. cons. 106. num. 6. Bald. cōs. 430. num. 1. lib. 1. Hunded. cons. 47. num. 39. lib. 1. Tusch. in litter. D, conclus. 673. num. 1. Beltrad. cōs. 252. num. 2. lib. 1. Duenn. regul. 223. in princ.* hoc tamen non procedit in donatione facta filio clerico, quia licet sit in potestate donantis, adhuc valebit donatio, *Lup. in repet. cap. per vestras num. 42. de donat. inter vir. & vxor. Surd. cons. 259. num. 1.* vbi dicit quod tunc bona donata efficiuntur quasi castrense peculium.

SVMMARIVM.

1 *Clericus per clericatum efficitur nobilis.*
2 *Clerici sunt præstantiores laicis, & æquiparantur personis illustribus, num. 3. 4. & 5.*
4 *Appellatione plebeiorum non veniunt clerici.*

QVINQVAGESIMVS QVINTVS EFFECTVS.

1 Quinquagesimus quintus effectus clericatus est, vt quis per clericatum nobilitetur, *Io. Andr. in cap. libentius de seru. non ordinand. Bart. de Curtile in tractat. de nobilitat. part. 3. num. 220. in 16. tom. tract. diuers. cart. mihi 12.* vbi dicit quod quartus modus acquirendi nobilitatem est clericatus *Fulu. Patian. in tract. cui incumb. onus proband. negat. lib. 2. cap. 34. num. 4.* qui alios allegat, & multa circa istum effectum scribit *Tiraquell. in tractat. de nobil. capit. 9. num. 4. Port.*
2 *cons. 16. num. 38* vbi dicit quod clerici sunt præstantiores laicis, *& consil. 164. numer. 24. Grat.*
3 *consil. 71. num. 3. lib. 2.* qui asserit quod clerici æquiparantur personis illustribus, *Boni. in trac. de*

de appellat.§.2.num.8.in 5.tom.tract. diuers. cart. 49.vbi dicit,quod clericatus est dignitas *Ioan. Lechiner. in tract. de primogen.quest.24.num.10.*
4 *in 10.tom.tract.diuers. par.1.fol.35.* vbi propterea dixit,quod clerici non veniunt appellatione plebeorum,prout hoc idem ex multis affirmauit *Io.Petr.Bim. consil.109.num.38.lib.2.* &
5 quod clerici dicantur personæ egregiæ voluit *Bertachin. in suo repert. in verb. egregiæ*, & quia de materia præsentis effectus alias scripsi *sup. in præludio* ideo ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis potest exigi per laicos secus tamen per clericos,num.2.*

3 *Pœna conuentionalis, an possit exigi per laicos in foro conscientiæ.*

QVINQVAGESIMVS SEXTVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus sextus effectus clericatus est, vt quamuis laici possint de iure ciuili exigere pœnam conuentionalem, etiam quod excedat interesse, *l. ita stipulatus l. cum stipulatus sine l. liber homo §.de rem ff. de verb. oblig. l. permissis C. de transactio.glos.in l. titia ff.de verb.obligat.Ioan. Bernard.Diaz.regul.539.*vbi testatur de comm. opin. *Corset. in suis singul.in verb.pena Dec in l. qui cum alio ff.de regul.iur.Alex.cons.119.nu.14. & 18.lib.2.Vegg.cons.68.num.18.Roman. consil. 510.num.10. Caroc. in tract. de locat. par.7.concl. 18.num.2.* hoc tamen est interdictum clericis, qui non possunt petere penas conuentionales contractus,nisi quatenus adest interesse,& pro quantitate interesse *Innocen. in cap.dilecti de arbitr.Socyn.sen.consil.253.colum.fin.lib.2. Vegg.d. consil.68. num.37. Socyn. iun. cons.145. num.29. & 91. lib.1.Menocch. consil.143.nu.12.lib.2. Butr. consil.70.num.3.* quod procedit etiam inter laicos in foro conscientiæ *glos.in cap. fraternitas 12.quest.2.Vegg.dict.consil.num.36.Purpur. in l.rogasti §.si tibi num.87. ff. si cert. pet. Gomes. in §.ex malefitijs num.24.instit.de actio. Tiraquell. in rep. l. si vnquam in verb. reuertatur num.291. C.de reuocat.donat. Caroc.dict.conclus.18.num.26. Menocch.in tractat.de arbitr.cas.260.num.40.Intrigliol. in tract.de cas.conscient. cas.101.num.31. Anto. Gabr. in suis conclus. in tit.de malefit.concl. 34.num.10.& 11.Pancir.cons.156.num.12.*

SVMMARIVM.

Filius illegitimus, vel spurius legitimatur per ingressum religionis, & per clericatum, & potest patri succedere, num.2. secus si sit filius spurius clerici,num.3.

4 *Institutio conditionalis filij spurij, & illegitimi, si a Principe sit legitimatus, valet, ita pariter valet si fiat monacus, vel clericus,num.5.*

6 *Legitimatus per ingressum religionis an possit habere prælaturam,& an possit habere benefitia ecclesiastica, num.7. & an per talem ingressum censeatur dispensatum irregularitati ex defectu natalium, num.8.*

QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus septimus effectus clericatus est, vt filius illegitimus, & etiam spurius per ingressum religionis, & per clericatum legitimetur, sicut per oblationem curiæ *Bal. in l.1.colum.4.C.de sacrosanct. eccles.Duenn.regul. 366.in 3.limit.*vbi alios allegat *Marsil.in rubr. ff. de fideiubs. num.143.circa fin. & singul. 273. Euerard.consil.239.num.6. late Tiraquell.in tract. de pia caus. priuileg.29. Paliott. in tractat. de not.*
2 *& spur. capit.45.num.6.*vbi dicunt quod isti tales tanquam legitimati possunt patri succede-
3 re, licet alias filius spurius, vel aliter illegitimus non possit patri succedere, nec interuiuos, nec in vltima voluntate *authen. quib.mod. natural. effic.sui §.final. in authen.ex complexu C. de incest. nupt. glos. in l. si qua illustris C.ad Orphician. glos. in dict.authen. ex complexu Paleott. in tractat. prædicto cap.43. Vegg. consil.62.num.28. Cæphal.cons.28. per totum,late Ludouic. Molin. de primogen. Hispan.lib.2.capit.11.num.28.Velasc.*
4 *decisio.19. num.2.* & ideo sicut valet institutio filij spurij, vel aliter naturalis sub conditione si filius ipse à Principe legitimetur,cum tūc dispositio in tempus habile conferatur, *l. in tempus ff. de hæredib. instituend. Bald.Imol.Socyn. Alexand. & communiter scribentes in l. gallus §. instituens ff.de liber. & postumis Bald. in l.1.num. 17.C. de institut. & substit. vbi etiam Socyn. num. 11.Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.§.29.num.4.Curt.iun.cons.84.num.3.Emanuel à Cost. in repet.d. l. gallus §. & quid si tantum in 2.part.num.172.Ludou.Molin.de primogen.Hi-*
5 *span. lib.2. capitul.7.num.4.* ita pariter valebit sub conditione si fiat monacus, vel clericus *Guglielm. de Cun. & Bald. in l.1.num.3. versicul. iuxta hoc quæro C. de sacrosanct. eccles. & ibi etiam Andr. de Besetis in repet.num.111. Petr. Dueun.*
6 *regul. 366. in 3.limit.* & licet legitimetur ingrediens monasterium, vt dictum est, nihilominus ei interdicitur omnis prælatura si nō sunt per summum Pontificem ad hoc expresse dispensari, *Abb. in cap. in quibusdam. colum.2. in princ.*

princip. de pen. glos. in verb. canonica, *& Io. Monac. & Geminian. in capit. indemnitatibus* §. 1. *de electio. in 6. Archidiac. in capitul. quam sit* 18. *quaest.2. Cardinal. in capit. attendentes* §. *tacuimus quaestio.6. in clementin. de statut. monac. Felyn. in capit. at si clerici num.* 19. *de iudit. Cappell. Tholos. decisio.296. Felyn. in capit. meminimus de accusat. Petr. Andr. Gambar. de offit. legat. a later. lib.7. num.302. Simon Maiol. de irregular. lib.1. cap.29. num.10. Marc. Anton. Cuccus in institut. Canon. lib.3. tit.1. num.52. Intrigliol. de feud. dict. quaest. 53. num.91. & sequen.* qui duo vltimi in spetie loquentes de eleptione abbatissae monialium, dicunt, quod cum ea episcopus non potest dispensare, quod tamen, non seruatur in hac vrbe, vbi vidi pluries fuisse dispensatum per Archiepiscopum, in tantum quod infra tempus anni vnius fuerunt elapsae, & confirmatae duae abbatissae, quae erant illegitimè natae, contra quod exclamat Maiolus loco proximè citato, dum dicit quod non debet illa alijs praeferri, quae natalium maculam patitur, praesertim cum ad tales praelaturas promoueantur per eleptionem, & eligentes non possunt super tale defectu dispensare, nec superior videtur dispensasse in praeiuditium eligentium, *Tabbien. in summa in verb. dispensatio il* 5. *nume.* 21. *& in*
7 *verb. beneficium il* 2, *nume.* 20. & sicut non possunt esse prelati inter regulares, ita pariter non possunt habere beneficia ecclesiastica, vt copiose scribit *Dominus & praeceptor meus Flamin. Paris. in tranctat. de resignat. lib.4. quaest.4. num. 82. & seq.* & an per ingressum religionis censeatur dispẽsatum super irregularitatem prouenientem ex defectu natalium sicut per expressam dispensationem factam per summum Põtificem vide *Borgas. de irregularit. part.3. in tit. de dispensat. pro ingressum religionis cart. mihi* 83.

SVMMARIVM.

1 *Laici impune possunt occidere furem nocturnum pro defensione rerum suarum, quod tamen fallit in clericis, & quare, num.* 2. 3.

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

1 Qvinquagesimus octauus effectus clericatus est, vt laicus impune possit occidere furem nocturnum pro defensione rerum suarum concurrentibus alijs qualitatibus de quibus per *Clarum in* §. *homicidium vers. vltima est defensio Nouell. in pract. crim c.78. nu.2. Mars. in l. furem nu.2. ff. ad l. cornel. de sicar. & in l. si vt si allegas in princip. C. eod. tit. Io. de bonifac. in tracta. de furt.* §. 11. *num.32. Benincas. de Benincas. in* §. *superest, num. 382. instit. de action. Intrigl. de casib. conscien. cas. 125. num.4. & seq. Matthesil. singul.* 135. *Gomes.*
2 *in princip. n.55. instit. de action.* hoc tamen fallit in clericis, qui nunquam poterunt eundem furem occidere, etiam si inuenerint eum furantem sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, ita *Benincas. d. num.* 382. *Sebast. Medic. in*
3 *summa peccat capit. tit.4. quaest.95. per tot.* vbi adducit varias rationes propter quas clerici prohibentur occidere malefactorem, sed praecipua ratio puto quod sit, quia in foro conscientiae non est permissum talem furem occidere *Decian. in tracta. crim. tom.1. lib.2. cap.12. num.4.* qui asserit quod ita communiter tenent *omnes in cap.2. de homicid.* & praesertim *Fel. nu.* 4. cum alijs, quos allegat *Intrigl. d. tract. de cas. conscient. cas.125. nu.6.* vbi nu.7. recenset Doctores, qui tenent contrariam opinionem, & tandem nu. 8. easdem opiniones conciliat hoc modo, aut agitur de defensione vitae, & honoris, & tunc licet etiam in foro conscientiae occidere, aut agitur de defensione rerum, & non licet.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt se defendere per procuratorem in causa criminali, vbi veniret imponenda poena sanguinis, secus in clericis num.* 2.

QVINQVAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 Qvinquagesimus nonus effectus clericatus est, vt licet in causa criminali, in qua reus veniret condemnandus poena corporali à relegatione supra non admittatur procurator, *l. penult.* §. *ad crimen ff. de publ. iudit. cap. veniens de accusa. & vtrobiq. communiter Scribentes Ias. in l. cum rem in 2. not. C. de procurat. cum multis alijs, quos allegant Socy. reg.395. in princ. Foller. in pract. crim. canonica car.130. n.3. & seq. Damoder. in pract. crimin. cap. 32. per totum fol.51. Boss. in tract. crim. in tit. an in criminal. iud. quis possit pro absente interuenire nu. 1. Port. in suis conclusio. lib.5. conclus.38. in princip. & caeteris* melius ac copiosius *Farin. in tra-*
2 *ctat. crim. quaest.99. num.1. & seq.* vbi diuersimode hanc conclusionem ampliat, & limitat, haec tum conclusio procedit tantum inter laicos, ex quo clerici pro quocumq; crimine fuerint prosequuti semper poterunt se defendere per procuratorem *Capoll. late consil.72. per totum in crimin,* qui varijs rationibus, & argumentis hanc opinionem comprobat *Socyn. dicta regul.395. in 8. limitat. Grat. consil.71. num.1. & 2. lib.2. Monal. consil.108. num.7. lib.2. Port. conclus. praedicta in 8. limit. Farin. dicta quaest.99. num.9.* vbi dicit quod praedicta conclusio non pro-

procedit de iure canonico, quidquid in contrarium dixerit, *Paßett. consil. 80. per totum*, qui conatur huic opinioni totis viribus contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non potest esse in iuditio sine authoritate sui patris, secus si filius familias esset clericus, & ageretur in causa ecclesiastica, numero secundo.*

SESSAGESIMVS EFFECTVS.

1 SEssagesimus effectus est, vt quamuis filiusfamilias non possit esse in iuditio sine authoritate, & consensu sui patris, *l. cum non solum §. necessitatem C. de bon. quæ liber. Marsil. in repet. rubric. de fideiubs. num. 140. Bald. consil. 309. libr. 1. Fulgos. consil. 165. Ias. in l. si quis mihi bona §. iussu num. 19. ff. de acquirend. hæredit. Dec. in l. 1. in 2. lett. num. 61. C. qui admitt. Ioseph Ludouic. decisio. Perusin. 18. num. 1. Neuizan. consil. 18. num. 1. Vant. in tract. de nullitat. ex defect. person. agent. num. 39.* vbi asserit quod hæc est commun. opin. *Fabi. Turrett. consil. 20. num. 1. lib. 1.* qui etiam de comm. testatur *Ioan. Pels. in processu iuditiario titul. 3. &*
2 *sequen.* tamen istud fallit, vbi filiusfamilias esset clericus, & ageret, vel conueniretur in causa benefitiali, vel spirituali, vel alio modo ecclesiastica *cap. fin. in fin. de iud. in 6. Bald. in dict. §. necessitatem Specul. in tit. de actor. in column. 2. versicul. sed cum clericorum bona Bart. in l. si infanti in 3. col. vers. & ideo aduerte C. de iur. deliberand. Mars. d. num. 14. Io. Pels. eod. tit. 3. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus præfertur quando concurrit cum laico in aliquo negotio, & legatione.*
2 *Clericus etiam Episcopus potest esse legatus Principis secularis.*

SESSAGESIMVS PRIMVS EFF.

1 SEssagesimus primus effectus clericatus est, quod si clericus, & laicus commiscentur in executione alicuius negotij, clericus semper est præponendus, quod potest exemplificari in legatione facienda, in qua persona ecclesiastica semper debet anteire *Ancheran. in cap. Ioannes num. 7. de testamen.*
2 & est aduertendum quod clericus etiam si esset episcopus potest esse legatus, siue Orator Principis secularis, vt habetur, *in cap. cum parati, & quod ibi not. Doct. de appellat. not. etiam Doct. in Authent. habita C. ne filij pro patre glos. vnica in verb. legatum in capit. Episcopus 14. distinct. Anton. Corsett. noster Siculus in tractat. de potestat. Reg. part. vltim. num. 47. in 16. tom. tractat. diuersor. cart. mihi 143. Alphons. Aluarez. in Specul. iur. Pontific. cap. 23. circa medium vers. & an clericus possit esse cart. mihi 63.* prout sepius in isto Regno olim euenit, & vt plurimum cum legatis a Regno missis ad Suam Catholicam Maiestatem semper erat aliqua persona ecclesiast.

SVMMARIVM.

1 *Laicus confitens accepisse pecuniam mutuo infra biennium potest denegare, quod non fuit numerata, & creditor debet probare numerationem, secus in clericis, num. 2.*

SESSAGESIMVS SECVNDVS EFF.

1 SEssagesimus secundus effectus est, quod licet laicus, qui confitetur, se mutuo accepisse pecuniam, infra biennium negando pecuniam, non fuisse sibi numeratam, transfert onus probandi in creditorem quod vere fuit numerata, vt habetur *toto titul. ff. & C. de non numerat. pecun.* & dixi latè *in meo tractat. de except. exceptio. vltima, per totum*, nihilominus hæc conclusio non procedit in clericis, qui si fecerint talem confessionem, tenentur ex parte sua probare, quod sibi non fuit numerata pecunia, ita habetur *in cap. si cautio, vbi hoc notant omnes Scribent. de fid. instrument. Menocch. de præsumpt. præsumptio. 145. num. 7. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Laici testando debent testari cum septem testibus, vt valeat testamentum.*
2 *Testamentum clericorum potest fieri coram duobus testibus, & parrocho, & num. 3.*

SESSAGESIMVS TERTIVS EFFECTVS.

1 SEssagesimus tertius effectus est, quod licet regulariter inter laicos ad hoc, vt valeat testamētum requirantur septem testes *l. si vnus, C. de testamen. l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul. l. qui testamento, §. mulier de testament. Bart. in l. nemo potest, in prima oppositio. ff. de leg. 1. vbi Rip. nume. 2. qui de commun. testat. Couarr. in cap. cum esses, num. 8. de testament. Natt. consil. 423. num. 1. Martianens. consil. 64. nume. 4. in l. Clar. in §. testamentum, quæstio. 56. num. 1. & 2. & ibi Addent. in litter. A,* & ego huc vsque neminem vidi discrepantem

tem ab ea, prædicta tamen conclusio non habet locum in testamentis clericorum, in quibus sufficiunt solum duo testes tantum, cum præsentia parrochij, *cap. cum esses, de testament. & ibi not. Cardin. Florent. Crot. consil.* 421. *num.* 20. *lib.* 3. *Aluar. Velasc. decisio.* 74. *per totum* vbi cæteris melius, ac copiosius examinat materiam præsentis effectus, & ponit quid inter laicos in terris ecclesiæ in temporalibus subiectis, & quid in testamento laici facto ad pias causas, & licet contra præsentem effectum insurgat *Io. Sicardus consil.* 1. *num.* 24. *de testament.* dum dicit, quod clericus debet testari coram septem testibus, ad hoc vt eius testamentum sit validum, quia priuilegium testandi coram duobus testibus est tantum concessum militibus ob præsumptam ignorantiam, quæ non præsumitur in clericis, attamen ipse est allucinatus, dum præsupponit, quod clerici possunt testari coram duobus testibus ex eo solo, quod potiuntur priuilegijs militaribus, quia hoc possunt facere etiam ex dispositione iuris canonici, vt *in dicto capit. cum esses, & quod ibi not. Cardinal. Alexand. quod capitulum* se conformat cum dispositione iuris diuini, quo asseritur, quòd in ore duorum, vel trium stat omne verbum qui tamen effectus non seruatur in Regno, vt dixi *supra effect.* 19. *n.* 14. Et hæc dicta sufficiant pro complemento omnium effect. clericatus.

LAVS DEO, ET BEATÆ MARIÆ VIRGINI.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC TRACTATV Ex ordine continentur.

Cle-

ri

Cleri-

na

Di-

Epi-

G

Ius

Mili-

O

P

Pa-

S

Si-

Statu-

Statu-

T

V

INDEX

FINIS.